Iten se ordena y manda a todos los Padres Comendadores de nuestras Provincias Cumplan con la Clausula de la escritura de el Patronato General de el Ex.mo S.or Duq. de Medina sidonia Confirmada por todos nuestros Capitulos Generales por la qual esta obligada la Relizion Cada vez q̃ Hiciere Capit.o General. Hazer decir dos missas Rezadas a Cada Sacerdote y vna Cantada en todos los Conventos de las Provincias con su Vigilia y Responso — y por quanto el Primero dia de Pasqua de espiritu sancto e de Constit.on digan Por su intencion los Relizjosos Mandamos q̃ Por la q̃ dixeron por su Ex.a

Digan Por si Otra el segundo dia Como Vbieren llegado a sus Conventos y lo mesmo Haran los Padres Conventuales y Guespedes que se Hallaron al dicho Capitulo. ═

Otrosi este Difinitorio Aprobo y Confirmo las Constituziones que nuestro Padre Fr. Fernando de Santa Maria siendo Vicario General ordeno y dio a las Religiosa descalzas de nuestros Monasterios (Ympresas En Sevilla año de mil seyscientos y treynta y vno y Manda las guarden y obserben Con las advertencias que este definitorio embia firmadas a la Madre Soror Lucia de la Resurreccion Comendadora de nuestro Monasterio de Sevilla Para que las Haga ymprimir y Enquadernar Con las mesmas Constituziones y asi las embie a los demas Conventos Con que se Responde a la Peticion que dieron ═

Auiendo tenido noticia el difinitorio que tres religiosos de nuestra descalces poco o nada descalsos en su proceder escrivieron al Reverendissimo general desta orden vna carta pidiendole intentasse reducir a su obediencia la recolecion dando algunas razones agenas de razon y que el Reverendissimo general se queria valer desta carta en roma el difinitorio escrivio a su santidad de Vrbano octavo la carta seguiente y otra casi de la misma sustancia al eminentissimo señor Cardenal proponiente en la congregacion de regulares ═

Sanctissime Pater

Reformatio excalceatorum Beatæ Mariæ de mercede in comitijs generalibus congregata humiliter ad pedes vestræ sanctitatis obvoluta exponit: quod authoritate Gregorij decimiquinti, et uno et altero ipsius diplomate, quorum primum Romæ fuit datum die vigessima sexta novembris anni millessimi sexcentessimi vigessimi primi, secundum vero vigessima die Augusti sequentis anni a regimine patrum calceatorum fuit separata, et sub uno præsule vicario generali eiusdem reformationis alumno gubernata. id autem vestra sanctitas motu proprio die octava Julij anni millessimi sexcentessimi vigessimi septimi expedito; insuper litteris vestris datis Romæ die decima nona Januarij, quibus excalceatis fratribus transitum ad calceatos interdixit, et alijs die secunda Junij anni sexcentessimi vigessimi noni quibus constitutiones vivendique nostrum institutum approbavit, novo robore confirmavit. quibus omnibus reformatio nostra, et tranquillum vivendi modum, et perfectiorem quem optaverat adepta est. et quamvis prædictis litteris indictum est silentium patribus calceatis, ne forent pacis nostræ turbatores; scimus modo (extortis forsan epistolis ab aliquibus nostræ familiæ viris, et paucis et discolis, ob eorumque a prælatis censura monasticæ disciplinæ coercitis) Reverendissimum magistrum generalem ordinis contra status nostri quietem aliqua moliri. quod quidem quantum damni afferat, et observantiæ et

religiosæ

Religiosæ concordiæ ignorare nemo potest. Oramus autem ut qua nos semper es benignitate prosecutus, prosequaris: ut pacifice sub tuo patrocinio, nostræ perfectionis stadium procurramus. Vale Sanctissime Pater, quem Deus saluti orbis incolumem, ecclesiæque præsidio multis servet temporibus. Datis in nostro cœnobio oppidi de Toro in capitulo gnali. sigilloque maiori ordinis roboratis die tertia mensis Junij anni millessimi sexcentessimi trigessimi quarti — — — —

Sanctitatis vestræ pedes humiliter deosculamus

humillimi minimique filij

En seis dias del mes de Junio del año de mil y seiscientos y treinta y quatro, quarto dia de la celebracion de nro capº gnal, se leyó en el difinitorio un edicto gnal del sºr D. fray Antonio de soto mayor arcobispo inquisidor gnal de los reynos de españa expedido por el sto conse jo de la gnal inquisicion en la villa de madrid a veinti nueve dias del mes de otubre del año de mil y seiscientos y treinta y tres en el qual manda intimar a todos los prelados un memorial de las constituciones apostolicas expedidas en favor del dicho tribunal del sto officio y otras cosas como mas larga mente se contiene en el dicho edicto entre los quales es una q se lea en los capos gnales y provales y en su cumplimto se leió y obedecio y se remitio a los padres provales pa q con toda puntualidad se ponga en execucion lo que por el dicho edicto se manda

Auiendose ofrezido algunas dudas acerca de la Constiton y auiendose consultado en el definitorio de el Capitº Provincial celebrado en la villa de Toro año de mil seyscientos y treynta y assi mesmo en el Capitº Prov celebrado en Valladolid el año de seyscientos y treynta y tres resoluieron y determinaron lo q se auia de hazer acerca de las dichas dudas y visto por este sancto definitorio lo aprouo y confirmo y mando se escribiesen las dudas y sus soluciones en el libro de la Religion.

Dubia quædam circa Constitutiones et eorum solutiones.

Cap. 1º. 1ª dist. Primo est dubium circa Cap. 1. an Constitutiones obligent aliquomodo ad culpam saltem venialem? Respondetur negative. quia tantum ad pœnam sicut sonat sic enim intelligit D. Th. 2. 2æ q. 186. art. 9. ad 1. eandem propositionem in Constitutionibus Sti Dominici ex quibus nos illas accepimus et re vera non est dubium quod hæc obligatio cum sit voluntaria imposita per professionem intelligenda sit iuxta mentem et voluntatem Religionis. —

Cap. 1. eiusdem dist. 2. est dubium quid sit Contemptus Virtualis in eodem Capite? Respondetur ex D. Th. ubi supra et ex nostro Sumel. frequentiam transgressionis Regulae de est circa Plures et Principaliores ordinationes illius non autem 2do est in una vel altera Materia et si longo tempore sit Ratio est quia Religiosus tenetur sub mortali Vivere secundum Regulam et tendere ad Perfectionem nam hoc est quod directe Profitetur sed cum hoc minime potest saluari aut intelligi quod maiori ex parte Principaliora statuta ordinis longo tempore transgrediatur. &c. =

Cap. 5. 1e dist. 3. est Dub. circa Cap. 5. quae atentio Requiratur et sufitiat ad Horas? Respondetur quod Resolusio est communis silicet atentionem virtualem et verbalem suficere ad implendum Preceptum. =

Cap. 5. 1e dist. 4. Dub. an sufitiat Pro Missa Conventuali quae in hoc Capite precipitur Missa Dominicae vel 1. defunctorum quae ferijs secundis et sabatis Canuntur aut quaeuis alia =. Respondetur satis esse obligationi similibus missis ex vi constitutionis precipitur et si ex alio Capite silicet ex Consuetudine aut Populi Concursu possit disponi quod in alliquibus Conventibus Principalioribus allia missa sit =

Cap. 6. 1e dist. 5. dubitatur si quando solemniter Canitur missa Noua liceat igne et fulgura et Cimbalorum Repiques quae tantum in Publicis letitijs et festiuitatibus asignatis in hoc Capite fieri permitunt. = Respondetur negando id fieri posse et tallis festiuitas non comprehendit in asignatis ibi nec est communis letitia quia nec de bono communi nec de Re quae communiter ab omnibus festiuo gaudio Celebratur. poterunt tamen Patres Sacerdotes nouam missam Canentes demonstrationes similes extra Portes Eclesiae facere. =

Cap. 12. 1e dist. 6. dubitatur circa Cap. 12. quomodo Prohibet omni tempore egressum Cellarum nam videtur Perpetuum silentium et non Horis asignatis nobis imponi = Respondetur quod quando verba immediate sequentia hanc Constitutionem silicet. Precipimus. et tempore silentij Estrictionis in Cellas se Recipiant ex quibus nisi ad Chorum. vel ad necessaria naturae aud sine Superioris Consensu non exeant. Clare significant diverso modo et Rigore intelligendum esse totidie Clausuram et necessitatem exeundi a cellis ac precipit Clausura temporis Estrictionis. in hac Posteriori exigitur tam exacta necessitas sicud naturae et tam iusta et pia Causa sicud oratio et deuotio igitur in Priori altera minor necessitas satis erit ut Clare nobis Constat ex superiorum Permissu nimirum si quis ob Cellae incommoditatem alliquam. vel salutis aud exercitij gratia ad alliam commodiorem

Locum se transferat. dum tamen alijs non perturbet nec ad Con-
uersationem cum alijs ex proposito et deliberate exeat nec pro-
hibet. Vnum .l. alterum Verbum dum sit Honestum et Charitatis oto
sitate ==

Cap. 12 1ª dist. ad Cap. 12. obseruare oportet qd exeuntibus .l. de foris aduenien-
tibus precipitur flexis genibus benedictionem petere a Superiore
debere. non est necesse qd Vtrumque genu in terram figat Vtrumque
enim Vere flectit. nisi non sit Vsque ad terram satis ergo sit Vnum
Cap. 14. 1ª dist. ad terram pertingere. ==

-8. est dub. circa 14. Cap. qd contrarium Videtur Capite Precedenti de
Ieiunijs Vbi Cum non eximantur ab obligatione Ieiunij festum
Conceptionis et Sanctorum Inocentium Cum Venerit feria sexta aud
sabato. In hoc Capite inter festa in quibus Commendatoribus per-
mititur qd extra Communis Refectionis Horam aliqd edendum Re-
creationis Causa Communitati debeant Haec duo etiam enumerant
= Rx Recreationem Permiti his festis quoties Venerint in diebus
quibus non Ieiunant. siliced si Conceptio Venerit die dominica et alia
Cap. 15. 1ª dist. festa non ocurrant feria sexta sabato. - l. quadragesima ==

: 9 - dubitatur. circa Cap. 15. in quo totus Conuentus ad se Recreandum
Prohibet per integrum diem extra domum exire. ex quo sequitur
non prohiberi exitum totius Conuentus Vespertino tempore. tunc du-
bitatur an orationis mentalis obligatio cessare Videatur tempore
Vespertino siquidem Cum exitu post meridiem stare non potest.
. Rx. afirmatiue. quia qui dat formam dat Consequentiam
ad eam hoc est qui Concedit exitum toto tempore Vespertino
Concedit Consequenter exquationem exercitionum illius maxime
Cum oratio mentalis offitium non sit nec obligans ad Culpam ==
Cap. 15. 1ª dist. 10. dubitatur quid intelligat circa Cap. 15. per Vernum tempus -
- Rx totum tempus quo durat Nona post meridiem. - l. Hibernum-
tempus incipere a prima die mensis octobris Vsque ad Dominicam
Palmarum. festiuale Vero. e Contra ==
Cap. 15. 1ª dist. 11. in eodem Capite dubitatur quomodo intelligant Reppresenta-
tiones non nimis premeditate et quomodo cum Vna sola Recrea-
tionis Hora Compati possunt. == Ad Primum Respondet qd
Vt non censeatur Reppresentatio nimis Premeditata ad summum
octo diebus preueniri potest, ita Vt in illis nec a choro nec a

Ceteris

Ceteris obligationibus abiit Religionem et minime vestes de foris petant 29
= ad 2um Respondeo quod eo ipso quod permitit Constitutio quod fiant Re-
presentationes permitit etiam totum tempus ad illas necessarium. =
Cap. 18 1ae dist. Dubitatio 12 quando negat. in hoc Capite Commendatoribus facultas
tribuendi Licentiam fratribus non Sacerdotibus etiam per quatuor
dies An saltem in Casu quo urgeat necessitates et ad Superiorem
non possit Recurri possit Commendator cum Patribus Conciliarijs
hanc Licentiam prestare = Respondeo posse quia tunc voluntas et licentia
interpretativa Superioris presumitur debet statim tamen ei scribere
et certiorem facere et predictum fratrem non sine sotio mitere
ut decernitur in eodem Capite
[illegible] cap. 23 de elect[ionibus?] [illegible] Cap. 26. 2ae distinct. Dubitat. 13. circa hoc Cap. de Contionatoribus quibus Conceditur
ante Contionem per octo dies Choro non interesse nisi ex devotione
voluerint excepta Oratione mentali tam matutina quam vespertina.
An festa Principalia ocurrentia octo illis diebus exigiant
simul cum oratione mentali = Respondeo exceptionem horum festorum
Contionatoris devotioni Relictam fuisse quia potest Contingere
quod aliquis sit talis necessitas ut non possit Chorum addire,
; ceteris tamen Posibile erit Regulariter defectus quia illorum toti
Communitati apertum sui indevotionis signum erit. debet quia Prelatus
tanto minus dispensare cum illis ingratuitis quanto minus illi
Cap. 36 1ae dist. in voluntarijs Choro et Communitati deserviunt =
14 dub. est circa Caput 36 in quo exigit peritiam ceteris ab
illa generali Constitutione = Respondeo intelligi non solum ob sanguinis
aut generis nobilitatem sed etiam divitijs aut quacunque alio
genere dignitatis art facultatis aud artis in [illegible] famosos
Religioni perutilis = Rursus verba illa nullus Recipiat
nisi precedente informatione &a intelligenda sunt cum ea limitatione
Superius apposita circa licentiam Patris Provintialis, silicet.
in Casibus, in quibus aliquem Recipere diferri non Conveniat.
tunc enim Commendator cum Conciliarijs poterit Habitum
tradere. fatiat tamen Protestationem scriptam Recipiendum
ad ordinem quod si informationes eius defitiantes reperiant.
sine querela possit expelli =
Cap. 38 1ae dist. Dubitat. 15. circa Cap. 38 de Instructione novitiorum an quando dicit
de novitijs quod disciplinas frequenter sucipiant non solum
eas que ex vi Constitutionis in qualibet Hebdomada Commu

Communiter suscipiunt sed etiam q^{do}. sunt Communicaturi Intel
ligant.^r et 3. Snouiter Professi = Rx. intelligi eos solos qui simul
Cum nouitijs educant.^r et eodem modo viunt cum illis in ceteris secus
vero de omnibus alijs qui iam ad domum Professorum transiecrunt
et a fortiori de illis qui iam studijs et Literarum exercitio
mancipati sunt, nec etiam intelligenda est illa Constitutio cum
nouitijs sacerdotibus si aliqui sic admitant.^r et extra doctrinam
et subiectionem Magistri nouitiorum sub Cura Peculiari alterius sacer
dotis instruantur. = Dubitat.^r insuper an quidquid statuitur
in his Constitutionibus de nouitiorum et Professorum Magistris intel
ligat.^r etiam de ceteris aliorum Conuentuum qui pro fratribus istro
Lusticis aud quibuslibet alijs designantur. Rx. affirmatiue.
nam de omnibus est eadem Ratio quantum ad superioritatem quam
Cap. 15. 2.^a dist. Habere debent Circa suos subditos. =
Dubitat.^r 16. quomodo sit intelligendum qd depositarij eligant.^r
per Calculos albos l. nigros = Rx. sic intelligi qd a Commen
datore proponantur duo l. tres ex magis Idoneis et Conuentus
Primo suffraget.^r pro vno qui si habet plures Calculos albos quam
nigros maneat electus si autem non habet suffraget.^r Conuentus
pro secundo l. tertio vsque dum aliquis habeat plures Calculos
albos quam nigros. =
Cap. 16. 2.^a dist. 17. est dub. q^{do}. precipitur in hoc Capite qd eligant tres Con
ciliarij quorum vnus sit Magister nouitiorum et alij duo a Commen
datore eligant.^r nunquam tamen excludant definitores a Con
sultationibus, an definitores includi debeant in numero terna
rio Consiliatorum l. an super tres enumeratos ad Concilia admi
ttendi sunt = Rx. qd omnes definitores simul cum Magistro nouit
tiorum eligant.^r et Consultentur in omnibus et Commendator non
possit eligere alios Consiliarios si habet definitores quibus hoc
Cap. 21. 2.^a dist. potiori Iure Competit =
18. in hoc Capite dubitat.^r de expensis et necessarijs ad iter tam visi
tatoribus quam sibi vicarijs Generalis et Prouintialis ex missarum
elemosinis Prouidere debent. et in Capite 14. dicit.^r similiter
||| Pro expensis itineris solum petat et Recipiat id qd vere suffi
cere potest = Rx. qd secundum non aduersatur Primo ita
vt sensus sit qd solum petat et Recipiat de missarum elemosinis
quas apud se habet Conuentus quem visitat non vero de alijs Pecunijs seu
bonis Conuentus. =

Cap.

Cap. 23 2ª dist. 19. in Hoc Capite q.do negat Superioribus facultas Conferendi Coronam et Studium fratribus laicis Sermo est tantum de Professis in quibus sequunt inconbenientia non vero de nouitijs qui absolute nondum statum Religionis percepserunt usque dum illam Profiteant = est item Communis Regula Juris quoties sermo est de Religiosis qd in materia fauorabili Comprehendunt nouitij et in materia odiosa tantum Professi quia fauores sunt ampliandi et odia Restringenda =

20. dub. an in electionibus ubi Vota et Consultores equales sunt atendendum sit Voto Prelati et parti ad quam se inclinauerit = Rx affirmatiue illis exceptionibus exceptis in quibus nostrae Constitutiones maiorem partem medietate eligentium exigunt ut colligitur ex Capite 12. distinctionis 2ª =

Capite 17. distinctionis 1ª dicit nulla sit Clauis nisi in qua Resident Prelatus Ratione cuius videbat qd secretarij non possent Clauem Cellarum habere = Rx. qd nomine Cellae Prelati debent intelligi secretariorum Cellae si quidem apud illos Custodiunt quae ad superiores Prelatos et ad totam Religionem s. ad Prouintiam pertinent.

Capite 23. dist.e 2 ubi dicitur de lectoribus qd a Religiosis Communitatis oneribus exquerent dubitat an ab ofitijs verrendi et fricandi etc. senseant immunes. Rx tamen ab his ofitijs nec Pater Vicarius Generalis eximitur cuius ocupationes urgentiores sunt ac frequentiores igitur nec lectores aut Contionatores exipi debent Ratione sui ofitij nisi alias legitime illis horis sint impediti =

dist. 1. cap. 23. dubitat an fratres laici seu fratres obedientiae Votum habeant in Capitulo Conuentuali: etenim dicitur Cap. 23 distinct. 1. qd nullus fratrum nisi ordine Sacro sit insignitus habeat Votum in Capitulo Conuentuali qd si ita uniuersim accipiat videt predictos fratres ad nullum sufragium admiti posse cum ordine sacro Careant unde in Rebus alienandis in quibus debent Votum ferre Conuentuales in Capitulo solum fratres ordinati debent admiti

Ex alio Capite distinct. 2. Capit. 25. ubi sermo est de Posessionibus Habendis dicit qd Commendatoribus ordinis liceat acceptare bona Mouilia seu immobilia de Consilio fratrum Conuentualium. sed predicti fratres laici vere sunt Conuentuales et gaudent priuilegijs Conuentualium. ergo debent sufragium ferre in dictis Rebus. = Rx afirmatiue in talibus Rebus. =

Iten se presento al definitorio vna escritura de fundazion de el Conuento de Cartaya por la Ex.ma S.a D.a Joana de Mendoça Duqueza de Vexar Monja descalza Carmelita en el Conuento de S.ta Ana de Sevilla otorgada en el dicho Conuento a 29 dia de el mes de nouiembre de 1623 años ante Juan Bap.ta de Contreras. y este sancto definitorio la aprouo y confirmo con todo lo contenido en ella. =

Otro si este sancto definitorio manda q. en todos los Conuentos de la Relizion en llegando a ellos la nueba de q. es difunto alguno de los Padres q. an sido Vicarios Generales se les hagan los oficios y sufragios como si murieran actuales Vicarios Generales

Otro si determina este s.to definitorio q. en el libro de la Relizion se escriban los nombres de los Relijiosos y Relijiosas q. en nuestras Prouincias an viuido y muerto con nombre de partic.ar virtud y sanct.d y q. se escriua vna Recopilacion de su vida y muertes, año y dia y donde estan sepultados. Como son en la Prouincia de la Concep.on el Venerable P.e Fr. Manuel de la Madre de Dios q. murio en fuente siendo Com.o el Venerable fr. Antonio de S.n Pedro H.o de obed.a q. ya tiene vener.on de culto Pribado en osuna el P.e fr. Alonso de Jesus Primer Hijo de Profession de la Recolecc.on q. murio en S.n Lucar. el Venerable P.e fr. Ramon de S.n Fran.co q. murio en granada y el Venerable Herm.o fr. Joan de la Cruz natural de triana q. murio en la Ciudad de Zaragoza en el nuebo Reyno de Granada donde esta sepultado. y de las Venerables Madres soror Clemencia de la S.ma Trinidad Comendadora de el Conu.to de Lora donde murio. la Venerable M.e soror Maria de la Antigua q. murio en Lora la Venerable soror Ysabel de Jesus q. murio en Lora con titulo de la fundadora por ser Hija de los fundadores y Patronos de el dicho Conuento. La Venerable M.e soror Maria de Jesus q. murio en Lora y fue vna de las fundadoras de el Conu.to de osuna donde fue Com.ra. La Venerable M.e soror Lucia de S.n Josef q. murio en Lora y la Venerable M.e Joana de Christo beata Profesa de n.ra Relizion q. lo fue y murio en fuente. y de la Venerable Catalina de la Cruz beata Profesa de n.ro Habito q. murio en Sevilla en Casa de los Ex.s Duques de alcala q. de todos sean hechas Informaziones Juridicas de suerte q. hazen fe.

Y de n.ra Prou.a de S.n Josef n.ro muy Venerable P.e fr. Juan Bap.ta de el S.mo Sacram.to q. murio en Madrid. y muy Venerable M.e soror Mariana de Jesus q. murio en Madrid y esta alli colocada con Culto Pribado por Autoridad Apostolica = y el Venerable P.e fr.

Bar.e

Bartolome de Jesus q murio en Salamanca donde esta Sepultado y de nro
Venerable Pe. fr. luys de Jesus maria vno de los quatro fundadores y Primos
Padres de nra descalzes natural de Valladolid donde murio y de el Venerable
Ho. fr. Juo. de la Concepcion Religioso de la obedia. q murio en Madrid. y de el
Venerable Pe. fr. Christoual de la Asumpn. q murio en Valladolid
donde esta sepultado y de el Venerable fr. Gaspar de Jesus Ho. de obedia
q murio en Salamanca donde esta sepultado y de el Venerable
Ho. fr. Manuel de Sta Maria diacono lusitano murio en Argamasilla
donde esta sepultado y de el Venerable Hro. fr. Blas de la Encarnon.
en Valdonquillo donde esta Sepultado y de la Venerable ma. Ma
ria de Sn Josef Beata Professa en Argamacilla donde esta Sepul
tada y de la Venerable ma. Ysabel de el Ssmo Sacramto. en Arga
macilla donde esta Sepultada =
y en nra Prova. de Sn Ramon de el Reyno de Sicilia el muy Venera
ble Pe. fr. Mijel de las llagas. vno de los quatro Primeros descalzos.
q murio en Sicilia con grande opinion de Sancto en la ciud de
Mecina donde esta su cuerpo. y la Venerable ma. Sor
Ninfa Beata Professa natural de la ciud de Becin donde esta
su cuerpo. = Yten se ordena q assi mesmo se escriba en este libro de la Re
lizion lo sucedido en este Sexenio =

Acabose este Capito. a honrra y Gloria de Dios nro Sor y de su ben
dita ma. la Virgen Ma. Señora y Patrona nra y nro Glorioso Patriar
cha Sn Pedro nolasco en siete dias de el mes de Junio de mil seiscien
tos y treynta y quatro años = = = . en el 3. fho. 2a plana
va bettado ... menos de dos renglones no vala

fr. Jose Ldo de Sta maria presidente de capo.

fray Domingo de los Stos Proal — fr. Ysidoro de S. Ju Bapta Proal
fr. Po de jesus Ma Diffor. — fr. Pedro de la madre de dios Diffor
fr. Juan de S. Ramon Diffor. — fr. Thomas de Sta maria diffor
fr. Juan de la presentacion diffor. — fr. Lauo de Sto Domingo diffor
fr. Andres de la Concepcion diffor — fr. Ju Bapta de Sto diffor
fr. Ju de la Concepn diffor

Ferndo de ... secretario de capo y diffinitorio

fr. Ju. Crisostomo diffor, secretario de capo

En veinte y seis de Junio de mil y seiscientos y veinte y quatro años, nro P.e
fr Juan de S. Joseph Vicario General electo de todo el orden de Religiosos des
calços de nra S.a de la Merced R.on de cautivos, llamó a su celda al P.e fr Isidoro
de San Juan Baptista Provincial desta Provincia de S. Joseph de Castilla y al P.e fr Juan
de S. Chrisostomo y al P.e fr Laurencio de S.to Domingo difinidores generales de la
dicha Provincia y les propuso como en las actas del capitulo General estava determi
nado que por estar ausente del Capitulo en que fue electo se le tomase juramento (y porque se cumpliese del modo
en que mejor hubiese lugar en orden al General electo presente; lo que nuestra sagrada
constitucion dispone, que jure, antes que se le de la obediencia) y aunque el dicho defini
torio declaro a no ser esto necessario conformandose con la dicha Constitucion en el capitulo de electionibus
in communi, donde dice en caso que este ausente el Vicario General que es electo se de la
obediencia al Presidente del dho capitulo, en nombre del dho General electo y ausen
te sin hacer mencion de juramento alguno, con todo eso dixo su Reverencia que estava
presto y aparejado a prestar el dicho juramento como de facto en presencia de los dichos
Padres Provincial y definidores le hiço segun el tenor de nra sagrada constitucion con
tenido en el capitulo de electione Vicarij Generalis y assi lo firmo juntamente
con los dichos Padres Provincial y definidores el dicho dia mes y año en este
su convento de S.ta Barbara de Madrid = Va entre renglones | no ser esto necessario | vala.

fr Juan de san Joseph Vic.o g.l electo

fr Isidoro de S. Ju.o Bap.ta Prov.al

fr Ju.o Chrisostomo difinidor

fr Lau.o de S.to Domingo diff.dor

Memoria eorum, qui cum sanctitatis fama ex hac uita trãsierunt, in hac Prouincia S. Josephi Bᵉ Mariæ de mercede Redemptionis. Capt. a fundatione sacræ congregationis usq ad annũ 1634.

Venerabilis Pater fr. Joannes Baptista a santissimo sacramᵗᵒ optensis primus conditor Recollectionis, uir puritate animi morumq candore eximie preditus, pœnitentijs rigidis in iuuenili ætate carnem domuit, Oratione semper in deo fixus, nichil nisi deum sapiebat, cuius semper uerba in ore erant, obijt Matriti die 9. octobris Anno 1616. cadauer Sᵗⁱ uiri adiacet aræ maiori cum antea post tres annos sepultum incorruptum permansit. Anno 1616.

II

Venerabilis Virgo Mariana a Jesu Madritensis, quæ habitum nostrum in sæculo habuit, fuit eximia animi tranquillitate, et omnium uirtutum genere ornatissima Virginitatem semper coluit, imo nullo lethifero crimine uitam fedauit, claruit miraculis, Prophetiæ donis, et alijs quorum Pontificia auctoritate instrumenta publica fidem faciunt obidq cultu priuato ueneratur, iamq expectatur publicum Ecclesiæ iuditiũ circa eiusdem sanctitatem. Obijt 17. Aprilis anno 1624. extat adhuc cadauer sacrum expers corruptionis matriti in sacello ubi populi frequentia, uotis, et religione colitur Anno 1624.

3

Venerabilis uir Luisius a Jesu Maria Pintianus socius, et Parens Recollectionis, floruit uita puritate, modestia, humilitate, et mansuetudine. Prouintiæ S. Josephi primus fuit Prouintialis. Verbi Diuini eximius erat concionator multosq suis contionibus Hispali, Madriti, Valentiæ, et alijs in locis ad rectiorem uitam adduxit. post gubernatam Prouintiam incidit in morbum Vallisoleti ibiq offitio, et uita functus. 8. maij anno 1625. quo die Recollectio fuit fundata— Anno 1625.

4

Venerabilis uir fr. Bartholomeus a Jesu maria Salmantinus eximius diuini uerbi præco, uita fuit mirabili, et multarum uirtutum exemplis ornata. in regulari disciplina obseruantissimus erat, et zelo religioso plenus, doctrina feruentissimus, et paupertate, et humilitate conspicuus; obijt in collegio Salmanticensi quod ipse erexit anno 1609. Anno 1609

5

Venerabilis uir fr. Joannes a conceptione obedientiæ frater, qui rigidis macerationibus corpus premebat: Orationi ualde deditus, et proximorum saluti quãtum status sui conditio patiebatur. Obijt cum magna sanctitatis fama Matriti anno 1609. Anno 1609.

6

Venerabilis Pater fr. christophorus ab Assumptione loci de consuegra; uir in omni uirtutum exercitio uersatus, Orationis assiduitate, corporis maceratione clarus, Obijt Vallisoleti anno 1614. qui antequam animam exalaret ad diuinã raptus contemplationẽ affectibus amoris erga puerum Jesum occupatus mortalem uitam absoluit, inchoauit immortalem— Anno 1614.

7

Venerabilis uir obedientiæ fr. gaspar. a Jesu fuit religiosæ uitæ exemplum: paupertatis religiosæ observantissimus, obedientiæ detilissimus, in oratione ui-
gilantissimus, et maxima animi mansuetudine dotatus, humilitatem sic amo-
Anno 1615 uit, ut quamvis latinam linguam sciret obedientiæ potius uoluit quam choro
deputari. obijt in Salmanticensi collegio ubi ostiarij officium gessit multos q;
scholasticos suis colloquijs ad religionem pellexit anno 1615.

8

Venerabilis fr. Emmanuel a S.to M.no Ulisiponensis diaconus fuit magna orna-
tus humilitate, et modestia, qua sæculares ad omnem uirtutem componebat ob eã
Anno 1619. q; et singulares uirtutes quibus floruit, ut sanctum uenerabantur tam incolæ
uillæ de Argamasilla ubi obijt anno 1619, quam uicinorum locorum habitatores.

9

Venerabilis uir fr. Blasius ab incarnatione loci de Arapiles salmanticensis
diœcesis incola, fuit singularis cultor Religiosæ observantiæ, et omnis uirtutis: adeo
ut ad diaconatus ordinem ad quem ascendit, non nisi præcepto obedientiæ ordinari
Anno 1612 uoluerit, et quamuis breui tempore uixit in Religione expleuit tempora multa: humi
litatem sic amauit, ut quamvis theologiam optime calleret, se eam scire dissimula-
ret: obijt in Villa de Valdonquillo anno 1612

10

Venerabilis soror M.a a S.to Joseph Professa in habitu nostro, fuit orationis, et
mortificationis magnum exemplum, erga ægrotos et pauperes eximiæ charita-
Anno 1630 tis, obijt in loco de Argamasilla ubi magnã suæ sanctitatis reliquit famam
anno 1630

11

Venerabilis soror Elisabetha a Sanctissimo sacram.to sororis mariæ a S.
Joseph. comes, fuit omni uirtute predita, quæ cum in Villa de Argamasilla
uiduata maneret, nec paucis locupleta opibus dicta plurium parui pendens
Anno 1630. habitum nostrum suscepit, in eoq; preclara sanctitatis exempla exibuit, obijt
in dicto loco de Argamasilla anno 1630.

Sane elogia hæc brevissima pro viris et feminis tantæ Santimoniæ. dies obitus non bene
assignantur aliquibus; imo et anni defunctionis, ut plane in Chronica generali patet. Aliqua quæ
epitaphia, siue elogia a transcriptore decurtata, et minime suo exemplari consona videntur.
Legitimus transumptus est quem ego fr. Joannes a Presentatione in meo Miscellaneo Chrono-
logico apposui ex originali litteris, et characteribus plane notis R. P. fr. Francisci a S.ta
Maria Diffinitoris Generalis Provinciæ Castellæ. Ita est, et attestor, et fidem facio die vige-
sima tertia Maij An. 1662. in Matritensi Conventu. fr. Joannes a Presentatione

+

Eorum nomina, qui cum Sanctitatis fama ex hac uita migrarunt, in hac Provincia Immaculatae Conceptionis B.ae Mariae a fundatione sacrae congregationis excalceatorum ord. eiusdem B. Virg. de mercede Redemp. capt. adusque annum Domini 1633 -

I

In nostro conuentu oppidi despuentes hispalens. Diocesis obijt uenerabilis ac plus quam dici potest religiosus P. fr. Emmanuel amaltre dei Olyssiponens. qui etiam in saeculari uita multarum uirtutum exempla exibuit, Orationis, charitatis, et modestiae alumnus; in collegio hispalensi D. Laureani togam nrae Recollectionis suscepit, quam auide ipse ante desiderauit, in religioso statu strenue ut bonus Xi athleta insudauit: obedientiam exacte, et humiliter praelato exibuit, castitatem adeo coluit, ut nusquam eam labefactarit, paupertatem eximie custodiuit, praelati munus in monasterijs Villarum de Lora, et fuentes prudentissime exercuit, in eoque plurimum uitae exemplo suassionibusque subditos iuuauit = in proximorum salutem etiam cum proprio uitae periculo incubuit: multosque a prauo peccatorum statu ad uirtutis stadium reuocauit: Adeo in Virginem dei paranam pius, adeo studiosus fuit quod uix lingua enarrare sufficiet. Eius nomen simul cum Religione suscepit. Semper illi hoc uas immensissimum erat in sinu, semper in manu; sui omnes in Mariam, et sensus dirigebantur et actus nihil illi dulcius quam loqui, quam predicare de uirgine cuius plura encomia non sine ingenti studio, et constanti labore ex ss. PP. dictis collegit, et colligauit. uitam mortemque uiri dei illustrem reddidere prodigia. Afflatus prophetico spiritu aliqua praedixit Indigentiae domesticae panis miraculose prouidit. Moritur tamen in osculo domini cum eiusdem conuentus comendam teneret, in ipso festo descensionis eiusdem uirg. Mae ad nostri Ordinis fundationem IV. Kal. Aug. 1619. dum fratres omnes in choro uespertinum censum soluentes canticum magnificat solemniter incipiunt, cum egrotasset per septem et uiginti dies á die scilicet uisitationis eiusdem Virg. Mae. Religiosae personae post mortem apparuit, eique faelicitatem qua fruebatur ostendit; Cerei, qui in funere per quatuor horarum spatium comburuntur nullum cerae dispendium sunt passi. Attactu uestimentorum ipsius plures salutem recepere. Obijt sub secundo nostrae congregationis generali uicario religiosissimo P. fr. ferdinando a S. maria -

Anno 1619

II

In conuentu sanctimonialium eiusdem oppidi despuentes sanctissime obijt Venerabilis uirgo Ioanna cui christus+ animae indumentum, uitae speculum, uirtutum fuit praemium haec uirgo genere clara, uirtutibus clarior sacri Ordinis nostri habitum adhuc in saeculo manens suscepit, et tantum in uirtute profecit quod inter sanctissimas nostrae familiae faeminas adnumerari possit. Plurimis tandem decorata miris, quibus

+ cognomen

Sua

sua saeculum, ordinem, genus, patriam fecit illustria, ibidem obdormiuit in
domino VII. Kal. februarij anni Domini 1616 sub Reuerendissimo uniuer
si Ordinis general. mag. fr. francisco de Ribera antea guadalaxarensi, nunc
Anno. 1616 uero Mechoacanensi Episcopo apud occidentales indos noua hispaniae, Ioannae
purissimam animam cęlum se uidisse testatur introeuntem ueneranda Mª ab
antiqua nostri Ordinis sanctimonialis, in suum regnaturam ab ipso primo mi
grationis instanti, heu felicem.

3

In conuentu sanctimonialium nostri Ordinis oppidi de Lora. obijt ueneranda uir
tutibus, necnon et sanctitate clarissima uirgo soror Clementia a sanctissima tri
nitate Hispalitana, de qua patres nostri calceati in suo generali capitulo Tole ti
celebrato anno Domini 1627. ea quae sequuntur unanimes pronuntiarunt, haec si
quidem: nobilissimo genere nata, nobilior longe uirtutibus effici amans in nostro con
uentu Assumptionis Hispalensi sacrae nostrae religioni nomen dedit, hinc excalce
atorum omnium Ordinis nostri sanctimonialium fundatrix. Conuentum de Lora ab
ipsis primordijs erexit, magnis per uniuersum uitę tempus meritis comparatis
moriens maiora praemia iunxit: iam quinquagenaria, patri, qui eius dum aegrotaret, con
fessionem quam uocant generalem excipiebat, affirmauit se primum quod meminisset
tunc faciem uiri uidisse, nullius lethalis peccati, quod sciret ream se dixit: insuper, et
mortem distare: se sine dubio recuperaturam salutem, quod et euentus probauit, pau
cis deinde diebus transactis, iterum aegrotans, se eidem patri morituram tunc affir
mauit. Caellula ergo luce clarissima perfusa, hymnisque caelestibus auditis aman
tissimo sponso uirgo prudentissima obuiam exiuit, animamque tanto premio affi
ciendam ipsa libentissime concessit. corpus eius incorruptum perseuerat. haec
illi: Porro ipsius uitam fidelissime scripsit eius confessarius Ven. P. fr. Em
Anno 1621. manuel a Madre Dei, quae extat manu scripta in Archiuo nostri conuentus
hispal. Decessit anno Domini 1621. aetatis suae 55. uacante sede Magistro

4

In eodem conuentu Obijt Venerabilis uirgo, Soror Mª ab Antiqua: de qua ijdem
patres in eodem capitulo sequentia prodiderunt. Haec uirgo usque ad miraculum uirtu
tibus cumulata praeclaris, spiritu altissimo donata, scriptis innumerabilibus, dicta
te diuino sponso, per annum, et alterius partem dimidiam, sanctissima spiritualis
uitae, et id generis documenta, altissimis fidei misterijs luce praestita in Ecclesiae
gloriam tradidit: insuper mirabilis uitae fidelissimam relationem eodem domino
iubente descripsit: tandem in extasi ut praedixerat morte praeuenta, ad diuinos
uti concupierat amplexus euolauit: hucusque illi: uerum ipsius informationes
testium depositionibus iure iurando confirmatis, de ordine superiorum Religionis con
fectae

confecta: in archiuo conuentus Hispalensis asseruatur simul cum nonnullis scrip torum eius fragmentis exipsismet originalibus depromptis. Migrauit anno Domini 1617 Anno 1617
Septembris 21. sub Reuerendissimo tunc uniuersi Ord. gen. Magistro fr. Francisco a Ribera, Mechoacanensi nunc Episcopo.

5

In eodem conuentu obijt Venerabilis Virgo sor Elisabeth á Iesu eiusdem fundatrix ac Patrona, hæc nobilibus, necnon et diuitiarum copia affluentibus parentibus, in ipso Lauræ oppido nata ab ipsa met infantia prodigiosæ, sitiuæ sanctitatis non modica dedit indicia: in eadem namque paterna domo ueluti in seuerissimo rigidioris disciplinæ monasterio, adeo uirtutibus eminebat, quod nihil in femella desiderari posset. = a teneris annis aspero cilicio ad carnem utebatur, quater in hebdomada ieiunabat, ab iectu induebatur amictu, sanctis continueò Orationibus incumbebat, silentium sic obser uabat; ut signis manuum plerumque uteretur, ne uerba proferret, a parentibus sæpe tenta ta, ut sponsum duceret uiriliter restitit, uirginitatis perpetuæ uoto emisso, quod adeo fideliter obseruauit, ut nec uiri faciem aspexerit: hæc, et multa alia adhuc secularis monialis effecta ab anno Domini 1617 ætatis suæ nondum expleto 15. prædictis uir tutibus ipsas adiecit, quæ in religioso statu magis resplendent: quarum perfectionem adhuc tenuila assecuta, cælestiumque consolationum pabulo recreata, in extasim rapta, cæ lesti splendore circumfusa obdormiuit in Domino sexta die mensis Julij anni Domini 1619. ætatis suæ anno 17 mense quinto cum duobus ferme annis ante suam é corpore Anno 1619.
migrationem de die, et hora obitus sui certior esset effecta: Decessit sub Reuerendissi mo tunc uniuersi Ord. gen. Magistro fr. Ambrosio Machi de Aquena nunc Archiepiscopo Callaritano, Sardiniæ ac Corsicæ primate.

6

In eodem conuentu obijt Venerabilis Virgo Soror Maria á Iesu, quæ in ipso Lauræ oppido nata est 22 die mensis februarij anni Domini 1588. hæc a primis annis fuit addicta uirtuti eam primum feruidè insequita est in Ciuitate hispalensi, ubi candidum ha bitum sacri Ord. nostri accepit, in seculo mansura, in quo diu præter seculi mores uixit macerationis carnis adeo fuit amans, ut noctibus solidis genuflexa 3. partem exi guam noctis consumeret: flagellis quotidie corpus domaret, cilicium fere semper indue ret. Monialis facta, obedientiam, Paupertatem, castitatem perfectissime obseruauit hancque toto uitæ curriculo illæsam custodiuit, Orationi deditissima fuit, in qua præ ter horas a constitutione proscriptas, quatuor, aut quinque quotidie obsumebat: miris in ea uisionibus fuit illustrata, multa declarauit abscon̄sa, futura prædixit, ignota pa tefecit, monasterium monialium nostri Ordinis oppidi de Lora, et fieri antequam construeretur, et locum eius ostendit, monasterium item monialium Vrsaonense fundauit, ubi aliquando Comendatricem egit. ad suam denique primeuam domum res tituta uirtutibus cumulata diem extremum clausit quinto idus augusti anni Domini Anno 1632
1632 ætatis suæ 44. mense 6. post mortem uestes ipsius infirmis adhibitæ

Sanitatem donarunt, febres continuas aliasq. ægritudines amouerunt. eius eximia sanctitas magni ab omnibus habetur, eamq. uti Sanctam eiusdem Oppidi incolę orantes inuocant, multumq. proficiunt, qui ad eius patrocinium confugiunt. obijt sub 2.º nrā congregationis Vicario generali prudentissº patre fr. ferdinando à Sancta Maria.

7

In nostro conuentu **Ursaonensi** Obijt Venerabilis frater Obedientiæ Antonius a S.to Petro eiusdem alumnus, natione Lusitanus, hunc occiduis dedit indis Lusitania sedulum mercatorem: ipsum iam adeo tactum ad hispanos nouus orbis remeabit, ut sacra Redemptorum familia tali potiretur alumno, qui solus posset illam per totum terrarum orbem commendare. in eodem ursaonensi conuentu habitum oblatorum suscepit anno domini 1611, deinde tempore procedente togam conuersorum admisit, et post emissam professionem taliter uixit quod sanctissimis uiris merito comparari possit, eius fides parum abfuit quin montes transferret omnimoda sanctitatis laude fuit admirabilis, religionis observantia conspicuus miraculorum gloria in uita, et post mortem illustris, talis deniq. ac tantus quod prope diem omnes expectent a Suprema Barjona sede sententiam, qua uniuersi fideles cum cultu publico solis beatis debito ueneréntur, quem hucusq. uenerantur cultu priuato, uiuere desijt anno domini 1621 Julij 30. postridie festi descensionis B. M.æ semper Virg. ad nostri ordinis fundationem sub primo nostræ congregationis generali Vicario P. fr. Joanne a S.to Josepho præsule præstantissimo.

Anno. 1621

8

Hispali in domo excelentissimi ducis de Alcala obijt Venerabilis, et nunquam satis laudata Virgo Catherina a Cruce orta in Ciuitate de llerena in ea parte hispaniæ, quæ dicitur extremadura, hæc a teneris annis Deum perfectius seruiendi desiderio accensa hispalim uenit, ut in recenter erecto monialium conuentu sub regula Sancti Dominici militantium cui titulus est a passione adusque uitæ finem mansura ingrederetur, sed Deo aliter disponente deuotionis habitum S. francisci suscepit in sęculo manens, in quo miros uitæ spiritualis, in jeiunijs, orationibus, uigilijs, alijsq. corporis macerationib. progressus facere cœpit Ab Angelo admonita templum magnum B.æ M.æ semperuirginis de mercede eiusdem Ciuitatis hispalens. adiuit, ubi confessarios insignes elegit, qui eius animæ curam gererent, inter quos primum locum obtinuit Reuerendus admodum perpetuaq. memoria dignus P. M. fr. Joannes Bernal in Bethica Redemptorum prouincia olim moderator rectissimus, Ioannes quidem non minus uitæ austeritate, quam prædicationis spiritu, quam zelo ecclesiæ plane decus non uulgare quem cœlestis militia gaudet obtentum, nostra hucusq. deplorat amissum

huic

huic inomnibus uirgo prudentissima se subiecit, ab hoc accepit quid quid in uia perfectionis optinuit: post eius felicissimum obitum alijs eiusdem conuentus patribus, qui cæteros uirtutibus ante ibant, sese tradidit gubernandam. inde non multo post ad oppidum del Visso hispalens. diocesis peruenit ut primos nostræ congregationis patres comitaretur, et adiuuaret in noua Recollectionis domo fundanda. ibi nostri Ordinis habitum suscepit franciscano dimisso, in quo incredibilis sanctitatis indicia dedit, mollitiam lecti declinans super nudo pauim.to s. asseribus recubabat, noctes insomnes ducens, genua coram aliqua imagine in Oratione perpetuò figebat, disciplinarum frequentia sanguinem copiosum toto corpore fundebat, lachymarum profluuium, noctes, diesque continere non poterat, Ieiunia non tantum diebus sed et hebdomadibus integris sola Eucharistia desumpta producebat, illi in oratione defixæ mundi Redemptor, necnon, et B.ma V. M.a sæpe sæpius apparebat, et uterque consolabatur ancillam christi, multas Diaboli persecutiones sustinuit, et ingentes ab illo diuersis uicibus uictorias reportauit. tandem diarrhœa per longum tempus correpta sacro sumpto uiatico in domino quieuit anno domini 1617. sub Reuerendiss.o tunc uniuersi Ordinis Gen. Mag. fr. francisco de Riuera, et in nostri Ordinis monasterio diui Josepho dicato sepulta fuit. Anno 1617.



In eodem conuentu obijt Venerabilis P. fr. Ildefonsus a Jesu Cæsariensis, siue astensis ubi in cœnobio patrum calceatorum nostri Ordinis nomen Religioni dedit, atque secum illum abduxit noster Parens fr. Joannes a s.to Joseph, et primus excalceatorum togam suscepit dimissa ueste calceatorum quam antea susceperat, et in noua Recollectione solemnem professionem primus emisit, solum enim nouitius apud patres calceatos extiterat et ideo in conuentu oppidi del Visso hispalens. diocesis religiosi tyrocinij rigorem inchoauit, et in eo uirtutum quas professus exercuit specimen dedit. fuit inter alia ea animi modestia præditus ut uidentes componeret ad uirtutem; qua in re non est obliuioni dandum, quod de uiro dei fama multorum personabat, etenim cum ad concionandum socius esset ven. P. fr. ludouici a Iesu maria, cuius conciones acres, feruidæ, et sanctissimæ multos in hac Prouincia ad meliorem uitæ frugem uocarunt, tanta assidebat uultus honestate, et modestia, ut æque socius ac concionator prædicare diceretur. dum constitit uiribus pœnitentiæ rigidis exercitijs fuit intentus, et in professionis nostræ rigore obseruantissimus, fractus salute causa laborum, quos ipse in Religione susceperat, uiginti annis ægrotauit, multoque tempore affixus lecto, tolerantiæ, et religiosi animi exemplum eximium fuit. nullam in tanto dolore s. malorum ualetudine s. infirmariorum negligentia querelam neducam exemit, sed nec mouit, fixus in deo nihil aliud optabat nisi quod eius Voluntas fieret: hoc erat eius uerbum, quo cunctos uidentes, et hilares reddebat, et aduirtutem compositos, unde merito apud omnes manet, et uita commendatus, et morte. Post obitum uiri dei fama est aliqua fuisse ab eo patrata miracula quæ ex informatione super eius uita, et morte facienda plenius constabunt, et ideo nulla pro nunc fit longior mentio de his. decessit die 4. februarij anni domini 1633 sub secundo nostræ congregationis uicario generali fratre ferdinando a sancta maria. Anno 1633.

10

Innostro conuentu granatensi obijt Venerabilis pater fr. Raymundus á s.to Fran-
cisco ortus in oppido de torresoncillo de Huete diocesis conchensis 7 idus octobris
anni domini 1571. hic aprimis annis, senex inmoribus procul abomni illecebrarum
cura, et abamore rerum temporalium puritatem cordis, et corporis tanta cura custodi-
uit, ut nunquam mortali peccato sese contaminauerit: a uenialibus autem tanto-
pere abstinuerit ut aliquando per plures dies nec una cogitatio inordinata in
eius animo reperiretur. Religionem nostram granatæ, in antiqua domo patrum
nostrorum obseruantium ingressus anno domini 1601 ætatis suæ 30. religiosæ uitæ
perfectionem ab ipso ingressu exacte custodiuit, obedientiam sic coluit, ut mori nó
auderet nisi iussus a prælato, quo ubi effectum est dimidia hora transacta ani-
mam deo reddidit, uirgineum candorem, et uultu, et moribus tota uita præmonstrauit
paupertatem sic dilexit, ut pannosas uestes circumtulerit, a die qua religionem
est ingressus, et aliquam duorum et triginta annorum spatio centonibus intertextas
conseruauerit. tantos fecit uirtutum progressus, ut in contemptu sui, obedientia
et humilitate, meditandi, et sacrificandi studio, ardentissimo cœlestium amore
et reliquis religiosis actionibus commilitones anteiret. In ægritudine deuotionis
erga deum humilitatis, et patientiæ plura edidit exempla. fusis lachrymis
uiaticum extremamque unctionem, et petijt, et suscepit, a fratribus ueniam tenere
postulans. Demum inuocato pluries dulcissimo Iesu nomine, oculis in cœlú
leuatis diem ultimum obijt pridie idus ianuarij anni domini 1633. ætatis suæ
Anno. 1633. anno 61. mense 3. die 3. sub secundo nostræ congregationis gen. uicario fr. fer
dinando á s.ta Maria. Post mortem miraculis eius sanctitas commendata est
uiri dei rossarium gutturi applicitum fœminam apostemate laborantem sana-
uit; Aliam alui fluxu, nec non et stomachi dolore diu grauatam sandaliæ
eius appositione pristinæ sanitati restituit: fluxum sanguinis per spatium
uiginti quatuor horarum impossibilem detineri uestimentum serui dei admotum
restrinxit. Ad eius funus multi sanctitatis fama uocati, ultro confluxere
et certatim uestes cadaueris accipiebant; unde in prædicta ciuitate apud gra-
ues, et honestos uiros uenerabilis Viri dei sanctitas plurimo in honore est
habita, indiesque eius ueneratio crescit

In nomine sanctissime Trinitatis Patris Filij et spiritus
Sancti Sub protectione Santissime Virginis Marie de
Mercede Redemptionis Captivorum Domine ac
= Patrone nostre =

En la Villa de Madrid corte de su Magestad en el convento de
Sta Barbara del orden de los Descalcos de nuestra señora de la
Md Rem de Cautivos, en ocho dias del mes de Junio de mil y
seiscientos y treinta y nueve años auiendose juntado para la cele-
bracion del Capitulo general conforme nuestra sagrada Constitu-
cion y bulas de su Santidad de gregorio decimo quinto y turba-
no obrano. nuestro Rmo P. Fr Adrian de la Madre de Dios vice Vicario
general por muerte de nuestro Rmo P. Fr Juan de san Joseph que sea en
gloria les propuso que segun nuestras sagradas constituciones se
avia de celebrar el Capitulo el sabado siguiente y segun el nom-
bramiento de la Cassa capitular del Exmo Sr Duque de Medina Sido-
nia Patron general de toda nuestra sagrada recoleccion firmado
de su nombre en san lucar en once dias del mes de Mayo de mil y
seiscientos y treinta y nueve años y refrendado por su secretario Juan
de Mostellon en que asignava por Casa Capitular el Convento del de-
sierto de la Villa de Ribas de esta Provincia de san Joseph, y que
proponia a los dichos PPs capitulares muchos inconvenientes en que
se celebrase el dicho capitulo en el dicho convento de Ribas asi por la
incommodidad del sitio como por los muchos calores que alli se pa-
decen con que se ocasionarian muchas enfermedades con que todos los
vocales vinieron en que se celebrase el Capitulo en esta dicha Villa de
Madrid = y al segundo Punto de que se celebrase el Viernes sin que
se aguardase el sabado para hacer la eleccion ventilaronse mu-
chas Razones y por obviar muchos inconvenientes que se representa-
ron vinieron todos los vocales nemine discrepante en que se an-
ticipase el dicho capitulo un dia antes que hiciese la eleccion el
dicho viernes que se contaron ~~dose~~ diez dias del dicho mes de Junio ato-
va entre Reglones diez vale y dose no vale =

do lo cual yo el infra secretario me halle presente y doi fee de ello y los dichos capitulares lo firmaron de sus nombres =

generalibus, comisarius tamen generalis alicuius provinciæ in gradu apellationis vel
per modum recursus predictas causas iudicans semper iudicare debet cum quatuor
commendatoribus eiusdem provinciæ cum in prima instantia de ipsis iudicaverit cum
difinitoribus. predicti autem superiores quoties fuerint requisiti a dubus difinitoribus
ut aliquis procesus seu causa religiosi etiam ex visitatione procedens in difinitorio pro
vinciæ ad quam pertinet ad efectum iudicandi videatur dictum procesum seu causas
teneantur difinitorio manifestare. quilibet autem procesus seu causa et sententia sine
stillo iudiciali a difinitorio generali approbato irritus sit et nullus. =

Item decernimus ut in secundo anno trienni capituli provincialis in qualibet
provincia hoc est in die omnium sanctorum congregentur provincialis et difinitores in domum 70
a provinciali designandam ut ... conventuum rationes et ... constitutiones ...
vant et commendatorum renuntiationes accepient vel dimitant. in qua congregatione si in pro
vincia presens fuerit teneatur asistere et presidere Pater Vicarius Generalis si vero sit
absens et de presidente dictæ congregationis intra viginti dies admonitus non providerit
provincialis et quatuor difinitores congregentur et omnia circa predicta executantur

Item confirmamus decretum capituli generalis proxime precedentis quo
statuitur ut omnes conventuum fundationes sive translationes tam religiosorum
quam monialium fiant non solum de licentia patris vicarii generalis aut provin
111 cialis aut comisarii generalis sed etiam difinitorii illius provinciæ ad quam pertinent
et electio presidentis in dictis domibus noviter erectis fieri debet cum voto decisivo pre
dicti difinitorii; si vero in provincia Regni Siciliæ ocurrerint predictæ fundationes aut
translationes et in ea non adfuerit comisarius generalis provincialis dictæ provinciæ
et difinitorium eas exequatur. moniales vero quæ ad nobas fundationes provinciæ
Conceptionis mitentur a patre vicario generali et provinciali nominentur de con
sensu commendatoris conventus hispalensis et confesarii monasterii monialium ex
quo tales fundatrices asumuntur = 71

Item confirmamus declarationem factam in dicto capitulo gene
rali proxime precedenti circa caput 36 dist. 1 nostrarum constitutionum ubi explicatur
quod non recipiantur alterius ordinis professi nisi per capitulum provinciale et no
mine capituli intelligendum decernitur provincialis et quatuor difinitores provinciæ in
qua dicti professi ad nostrum ordinem recipiuntur et predicta constitutio extenditur ad
religiosos calceatos nostri ordinis admitendos per sufragia difinitorii a quo debet asig
nari dictis religiosis calceatis locus antiquitatis atenta ætate et litteris et qualitatibus recipien a recipien.
dorum. =

Item confirmamus decretum predicti capituli generalis proxime preceden
tis quo statuitur ut omnes nostræ familiæ commendatores in universis provinciis executan 72
tur statuta patronatus excellentissimi ducis Mediniæ Sidoniæ ab omnibus capitulis gene
ralibus approbata ex quibus predictis dominis tenentur singuli sacerdotes quoties
generale capitulum fit duas missas celebrare et quilibet conventus unam solemnem
de funtorum cum vigilia et responso =

Item confirmamus decretum predicti capituli generalis proxime pre
cedentis quo atentis eximiis beneficiis in nostram collatis recolectionem ab illustrisimis 73
dominis comitibus de Castellar statuitur ut pro dictis dominis perpetuis temporibus quo
ties ex hac vita migraverint fiant in omnibus monasteriis nostræ familiæ solemnes exe
quiæ cum vigilia et responso et missa et disciplinas conventuales ieiunia et alia pia opera
a religiosis in una sebdomada a monialibus vero per unum mensem exhibenda et eadem
ipsis dominis applicamus. =

Item declaramus capitula generalia perpetuo esse celebranda servata
alternativa in provincia Sancti Josephi et Conceptionis respective et secretarium patris
Vicarii Generalis ex altera ex istis provinciis esse sumendum a diversa ab ea cuius est Pater
Vicarius Generalis ita ut si sit ex provincia Conceptionis secretarius esse debeat ex provincia

Sancti Joseph et è Converso, quæ duo ante hoc Capitulum vim obtinuerunt constitutionis; et circa precedentiam in capitulo denuo declaramus diffinitores cuiuscumque provinciæ debere precedere Redemptores et procuratores =

Circa diffinitores

Cap 2 et 9 dist 2 Item declaramus quod vacet diffinitoris officium per absentiam sex mensium 74
a sua provincia si talis absentia fiat sine consensu diffinitorii eiusdem provinciæ. item vacat si per unum annum infirmitate continua impeditus diffinitorio assistere nequeat. si vero diffinitor aliquis absens fuerit extra propriam provinciam et monitus intra quindecim dies ad diffinitorium extra Capitulum non veniat loco unius absentis ad cassum occurrentem diffiniendum succedat quia in ea provincia vicarii generalis munus obtinuit quod si fuerint plures ille qui in dicto officio tempore precessit et his deficientibus qui provincialis aut vicarii provincialis eodem ordine officium gessit et deficiente hoc qui diffinitoris in precedenti capitulo provincialis sive extra Capitulum munus obtinuit servato inter diffinitores ordine professionis et his omnibus deficientibus succedat Commendator Conventus in quo diffinitorium celebratur =

Item decernimus ut diffinitores eorum omnium quæ in diffinitorio 75
tractantur teneantur secretum servare sub pena inhabilitatis perpetuæ in Constitutione Cap 11 dist 2 expressa secretarius autem generalis et provincialis respective iurent coram diffinitorio cuiuscumque provinciæ fidelitatem et secretum omni tempore servandum =

Cap 15 dist 2 Item decernimus ut diffinitores canonice eligantur per maiorem partem electorum 76
hoc est per excessum dimidiæ partis omnium suffragantium, et electores in una schedula quatuor nomina eligendorum Diffinitorum inscribant, et illi censeantur electi qui ultra dimidiam partem suffragiorum aliquem excessum habuerint.

Item decernimus ut rationes dati, et accepti quas Commendatores ad Capitulum Provinciale deferunt, 77
cap. 20 dist. 2 et Visitationes omnes legantur, et examinentur ante electionem Diffinitorum in eodem Capitulo eligendorum =

Item declaramus quod Diffinitores preter suffragia Patris Vicarij Generalis, Provincialis, Diffinitorum, et 78
circa idem caput. Commendatorum etiam eligendi sunt a Procuratore, et Redemptore Provinciæ, cum in nostra Constitutione exprimatur, quod procedant ab eisdem a quibus processit Provincialis. Nec obstat quod dicitur cap. 12 et 17 dist. 2 quod Procuratores solum habeant vocem in electione Vicarij Generalis, non autem in alijs actibus Diffinitorij, quia hoc solum excludit Procuratorum et Redemptorum suffragium ad electiones et decisiones faciendas intra Diffinitorium. =

Item declaramus in omnibus electionibus tam Diffinitorum quam aliorum Vocalium Capituli ge 79
cap. 17 dist. 2. neralis, et Provincialis, si in Provincia adfuerit Pater Vicarius Generalis, quod debeat, et non sit liberum suffragari; si vero absens fuerit antequam ad predictas electiones procedatur debet moneri, et consuli circa illas. =

cap. 20 dist. 2. Item decernimus quod Diffinitores, etiam electi in Capitulo Provinciali, si per duos annos continuos offi 80
cium non exercuerint, iterum possint eligi in Capitulo immediate sequenti ad eorum electiones; si vero aliquis Diffinitor extra Capitulum eligatur, et per duos annos continuos officium exercuerit eligi non potest in Diffinitorem in Capitulo Provinciali immediate sequenti ad eius electionem, sicut decernitur cap. 9 dist. 2 de Vicario Provinciali =

cap. 17 dist. 2 Item decernimus quod Diffinitorum officium, et eorum voces et suffragia consultiua et decisiua in omnibus 81
actibus, et electionibus Capituli non expirant etiam alijs Diffinitoribus in Capitulo loco illorum electis quoad usque Capitulum Provinciale totum absoluatur, eo modo quo non expirat suffragium et vox consultiua et decisiua Provincialis preteriti in Capitulo immediato in quo eius finitur officium; et predicti Diffinitores sedeant in dicto Capitulo post electos de novo, sicut precedens Provincialis sedet post Provincialem noviter electum =

Item decernimus quod Diffinitores Provinciæ Vicario Conventus non sint subiecti, nisi ille in Conventu … presideat, neque in Capitulo Conventuali dicti Vicarij teneantur assistere, nisi dictus Vicarius Presideat in Conventu ut dictum est. =

Item confirmamus decretum Capituli generalis proxime precedentis, quo statuitur ut simul esse non possit aliquis secretarius et Diffinitor, vel econverso, et declaramus cum officio dicti secretarij esse incompatibile officium commendatoris.

Item confirmamus decretum dicti Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur ut vacante Diffinitore.

[illegible] qui de novo eligendus sit non solum procedat a suffragiis provincialis et trium diffinitorum ac 51
tualium verum etiam addatur votum decisivum illius qui in ea provincia Vicarii generalis munus ob
tinuerit quod si fuerint plures succedat qui in dicto officio tempore praecesserit et his deficientibus suc
cedat provincialis aut Vicarius provincialis eodem ordine temporis servato et his deficientibus prae
cedentes diffinitores qui in Capitulo immediate antecedenti vel extra Capitulum in eodem triennio
fuerunt electi inter quos servetur ordo professionis et in defectum praedictorum succedat Commenda
tor domus in qua diffinitoris electio facienda est =

Circa Patrem Vicarium Generalem

cap 4 dist 2 Item decernimus et declaramus quod P. Vicarius Generalis non solum in Capitulo generali 85
in quo finit officium sed nec in capitulo provinciali aliquod obtineat nisi quatuor annorum sequentium
intermediaverit post munus Vicariatus generalis ut sic a labore suo quiescat =

Item statuimus ut computum omnium quae receperit vel expenderit P. Vicarius generalis 86
in libro speciali scribatur ut omni tempore constet et qui rationes sumunt in dicto libro ut pridem fa
ciant subscribant et idem fiat cum patre provinciali et Vicario provinciali et Comissario generali
in fine suorum officiorum =

Item declaramus toto capitulo generali approbante quod in nostris constitutionibus cap
6 § et rursus dist 2 dicitur quod P. Vicarius generalis posse solum eam potestatem in toto ordine 87
habet quam provincialis in sua provincia et Commendator in suo conventu quibus verbis exprimi
tur quod solus P. Vicarius generalis ordinariam habeat potestatem in toto ordine quam habent
simul omnes praelati superiores et inferiores, et hanc declaramus posse integre sub delegare suis co
misariis respectu cuiuslibet provinciae =

cap 6 dist 2 § et nunc Item declaramus dictum Patrem Vicarium generalem non solum intra sed extra visitationem
prout suae prudentiae bene visum fuerit posse in praelatorum ministeria se immiscere et semper teneri 88
inferiores praelati illi obedire et hanc potestatem etiam declaramus posse subdelegare suis comisariis

cap 2 dist 2 Item confirmamus decretum capituli generalis proxime praecedentis quo statuitur ut vacante
per mortem Vicariatu generali eius secretarius convocet statim provincialem provinciae ex qua fuerat 89
defunctus Vicarius generalis vel si non sit provincialis Vicarium provincialem qui adiunctis duobus diffini
toribus redemptore et procuratore provinciae per secreta suffragia eligant praesidentem generalem qui
recolectionem quam habeat et convocet ad capitulum generale post sex menses a morte dicti Vicarii gene
ralis celebrandum in sabbatto primo sequenti. Si autem in praesidentem generalem eligatur provin
cialis aut vice provincialis idem electores a quibus processit praesidens generalis eligant Vicarium
provincialem qui provinciam gubernet usque ad capitulum generale et in eo dictus Vicarius pro
vincialis habeat in omnibus electionibus et decisionibus vocem et sedem et si forte provincialis cui suc
cessit Vicarius provincialis praedictus eligatur in Vicarium generalem Vicarius provincialis vocem habeat
in electione post capitulum generale facienda de novo Vicario provinciali si vero provincialis prae
dictus non eligatur in Vicarium generale Vicarius provincialis illius in praedicto capitulo generali
vocem et sedem habeat post ipsum provincialem. Si autem aliqua mutatio fiat circa provinciam
Siciliae succedat Vicario generali defuncto qui in const. designatur cap 2 dist 2 et intra quadraginta
dies congregetur capitulum generale nec tunc nominetur aut eligatur Vicarius provincialis =

Item confirmamus decretum proxime praecedentis capituli generalis quo statuitur
ut si aliquod tempus ab electione Vicarii generalis usque ad vigiliam pentecostes immediatam in 90
tervenerit non computetur ad sexennium Vicarii generalis quod incipit a dicta vigilia Pentecostes

Item confirmamus decretum praedicti capituli generalis proxime celebrati quo sub
praecepto formali sanctae obedientiae praelatis tam inferioribus quam superioribus et Religiosis omni 91
bus praecipitur ut processus seu alia scripta ad officium et bonum Religionis spectantia quae morte
patris Vicarii generalis fuerint relicta nullus extrahat neque accipiat neque legat. Ut autem
hoc integre servetur facto inventario a Commendatore conventus in quo dictus Vicarius genera
lis decessit vel commorabatur vel ubi praedicta asservabantur (cui inventario faciendo assistere
debent duo diffinitores actuales ex antiquioribus vel illis deficientibus duo immediate praecedentes
vel in eorum defectum duo Religiosi ex antiquioribus conventus qui cum Commendatore suos
[illegible]) cella claudatur et addatur in ea nova clavis sive aliud genus ferri ferri pro custodia
securiori et praedictum inventarium et claves custodiantur in deposito et novo Vicario generali
electo tradantur et idem fiat respective in morte provincialis

Circa Provincialem et Vicarium Provincialem

Item declaramus quod cum in nostra constit. tempus professionis provincialis eligendi varie de 92
claretur nam cap. 8 dist 2 exigitur quod per duodecim annos admissus sit in professione antiquus et cap 15
eadem dist. quod habitus professorum decimum habeat decisioni dicti capituli octavi standum esse cense
mus =

Item Confirmamus declarationem factam in capitulo generali proxime precedenti circa caput 9 dist 2 Constitutionis in quo decernitur quod Vicarius generalis vacante officio provincialis possit se solo eligere Vicarium provincialem quod debet intelligi ad dictum Patrem Vicarium generalem pertinere non eligere sed nominare Gubernatorem provinciae pro tempore quo ipse ab illa abfuerit nam postquam venerit in provinciam dicti provincialis vacantis debet Vicarium provincialem eligere cum voto decisivo quatuor diffinitorum et in hac elect.e suffragari Redemptorem et procuratorem generalem provinciae. et denuo addimus debere etiam ses P. Vicarius generalis in dictam provinciam venire non possit nominet presidentem predicte electionis Vicarii provincialis et ceam dicti suffragantes et presides exequantur. Vicarius autem provincialis a solo Patre Vicario generali nominatus non appelletur nisi presidens provincialis =

cap. 9 et 14 Dist. 2 — Item decernimus, ut quoties Pater Provincialis vel per absentiam a Provincia, vel infirmitatem Vicarium Provincialem instituit, talis Vicarius Provincialis Presidens Provincialis nominetur. Et precipimus dictis Provincialibus, ut cum limitatione facultatem tradant dictis Presidentibus Provincialibus circa Visitationes Conventuum, vel licentias Conventualitatis, et licentias ad confessiones excipiendas, vel predicandum, nisi in aliquo urgenti casu = 93

cap. 14 et 21 Dist. 2 — Item confirmamus declarationem in dubiis Capituli Generalis in Lora celebrati, et a precedenti proxime Capitulo generali approbatam, que vim habet Constitutionis, qua decernitur ut Pater Vicarius Generalis, Provinciales et Visitatores solum sumant pro expensis itineris de elemosynis Missarum Conventus visitati, non vero de aliis pecuniis eiusdem Conventus. 94

Circa electiones

cap. 15 dist. 2 — Item decernimus ut omnes electiones que circa personas versantur fiant per schedulas in quibus scribatur nomen eligendi, reprobatio autem aut approbatio que circa aliquid singulare versatur fiat per calculos albos et nigros vel per duas schedulas in quibus ad reprobandum inscribatur littera R. vel ad approbandum littera A. 95

Cap. 8 et Dist 2 et Cap 3. — Item declaramus quod cum panis et aqua vocalibus ministrari precipitur in nostra constit.e si quinque inter se non conveniunt circa electionem provincialis et idem est circa electionem patris Vicarii generalis id intelligi debet iuxta caput tertium dist.e 2 (cuius meminit) cap. 8 ubi predictum precipitur) videlicet si intra duos dies se invicem conformare noluerint circa electiones predictas 96

Item decernimus ut si prima et secunda vice non fiat electio per scrutinium quo ... applicentur in diffinitoris suffragia que in illis duobus scrutiniis a vocalibus fuerint tributa circa aliquas personas = 97

Cap. 12 et 15 Dist 2 — Item decernimus ut in omnibus electionibus et decisionibus tam in capitulo quam extra capitulum nunquam prevaleat pars in qua Vicarius generalis seu qui pre est suffragatur quando suffragantes vel decidentes sunt divisi in partes equales sed semper attendenda est maior pars suffragiorum non obstante cap 12 dist.e 2 in fine capitis quia dictum caput non concordat nec secum nec cum cap. 15 eadem dist.e ibidem relato ubi dicitur quod electiones omnes canonice fiant hoc est per excessum dimidie partis suffragiorum nec etiam concordat cum cap. 2. dist. 2 §. primo in fine ubi dicitur quod una persona duplicem vocem non habeat etiam si in ea concurrant diversi tituli ad suffragandum = 98

Item Confirmamus decretum capituli generalis proxime precedentis quo statuitur ut in ambicionis et suffragiorum sollicitatoribus non solum exequantur pene expresse in constit.e cap. 15. dist 2.e sed etiam ille que a Clemente octavo felicis memorie ... in decretis pro reformat.e Regularium approbatis a sacra Congregatione ... et innovatis iussu santissimi Urbani octavi quibus decernitur ut directe vel indirecte sibi vel aliis suffragia procurantes privationem officiorum que obtinent ipso facto incurrant necnon inhabilitatem ad futura officia super quibus nisi a summo Pontifice dispensari non possunt et easdem penas incurrant complices dictorum ambitiosorum et scientes et non revelantes 99

Circa Procuratorem Romane Curie

...ap 15 dist 2 — Item declaramus officium vocalis cuiuslibet sive capituli generalis sive provincialis sit statim vacare si in procuratorem Curie Romane eligatur et dictum munus procuratoris acceptet pre dicto vocali procuratori Curie Romane ... quam in posterum ... 100

eligendo plenam potestatem concedimus ad tollendam irregularitatem apostatarum et eosdem
habilitandos ad sacramentorum administrationem praeterea quae conceduntur illis cap. 5 dist. 2 nos
trarum constitutionum =

Item decernimus quod praedictus procurator Romanae curiae praestet fidelitatis iuramentum
eo modo quo iurat provincialis provinciae ut dicitur cap. 8. §. 1 sub finem dist. 2 constitutionum nos 101
trarum =

Item declaramus quod cum in nostris constitutionibus cap. 5 § 4 dist. 2 dicitur quod P.
vicarius generalis non possit ab officio procuratorem Romanae curiae revocare nisi in capitulo no
mine capituli intelligendum esse diffinitorium illius provinciae ex qua asumptus est dictus procurator

Circa commendatores.

Item decernimus ut commendatores negligentes circa solvenda debita a suis praedecessoribus
relicta ut iubetur cap. 18. §. Comendatores omnes dist. 2 poena privationis aut suspensionis iuxta gra 102
vitatem negligentiae a diffinitorio provinciae irremissibiliter plectantur

Item praecipimus omnibus comendatoribus et rectoribus conventuum et collegiorum
nostrae Recollectionis ut ad dimidium triennii faciant suorum officiorum renunciationem ad di 103
ffinitorium provinciae illam quae remittant cum ratione domus et computo bonorum et pecunia
rum et nominibus suorum fratrum conventualium ut eorum renunciationes vel admittantur
vel non acceptentur praedicta autem teneantur remittere dicto tempore ante festum omnium
sanctorum cum litteris directis pleno diffinitorio quas illud et non alius superior praelatus
sub formali praecepto sanctae obedientiae audeat aperire abscondere aut detinere =

cap 7 dist 2 Item praecipimus dictis comendatoribus seu rectoribus nostrae Recollectionis ut semel
in anno curent quod procuratores quaesitores elemosinarum et alii religiosi intra vel extra 104
domum occupati spiritualibus exercitiis vacent per decem dies, quod si exequi praedicti comenda
tores negligant poenae suspensionis ab officio per unum mensem subiaceant =

Item confirmamus decretum capituli generalis proxime praecedentis quo decernit
ut nullus comendator aut eius praeses possit praeceptum formale sanctae obedientiae vel censu 105
ram toti communitati imponere absque expressa licentia inscriptis Patris Vicarii generalis aut
provincialis quae licentia nota sit communitati ante praeceptum vel censuram imponendam

Item confirmamus decretum capituli generalis proxime praecedentis quo statuitur
ut commendator qui per tria triennia officium exercuerit in dictum munus comendatoris 106
ad aliud triennium non eligatur =

Item confirmamus decretum utriusque capituli generalis proxime praecedentis quo
statuitur ut nullus comendator seu praeses conventus sub praecepto formali sanctae obedientiae et
sub poena privationis vocis activae et pasivae per tres annos possit consumere elemosinas misarum
in specie pecuniae, si vero sin in aliis speciebus sub poena suspensionis per quatuor menses nisi 107
praedictis elemosinis misarum acceptis satisfecerint et solum permittitur expendi usque ad cen
tum argenteos et non amplius. Et si in aliquo conventu misarum elemosinae superfuerint
ita ut dificile posint satisfieri teneatur commendator seu praeses sub poena suspensionis ab
officio per quatuor menses comendatori infligenda praesidi vero sub poena privationis vocis et
vocis per alios quatuor menses applicanda monere provincialem ut quid sit faciendum
determinet =

Cap 3. 16. 18. dist 2 Item declaramus commendatores posse cum fratribus in singulari dispensare
cum temporis limitatione. Provinciales vero possunt dispensare vel cum limitatione temporis vel 108
sine illa =

cap 10 dist 2 Item confirmamus decretum capituli generalis proxime praecedentis quo sta
tuitur ut praesidentes conventus non possint absque licentia provincialis aut sui comendatoris 109
aliquid ex bonis conventus consumere nisi pro sustentatione et rebus omnino necessariis religio
sorum, et quod item praecipitur ut comendatores ad capitulum deferant inventarium rerum mobi
lium sui conventus subscriptum nomine propio et depositariorum et praesidis qui illi succedit, prae
dictum autem inventarium maneat etiam transcriptum in conventu teneatur quae praese
pro tradere comendatori. quod si in praedicto inventario faciendo et in computo dati et expen
si falsa narraverit comendator arbitrio diffinitorii secundum qualitatem culpae puniantur
ipse et depositarii nisi fuerint coacti a comendatore aliqua subscribere in re gravi quae vera
non sunt et in hoc casu teneantur monere depositarii diffinitorium provinciae sub poena in
carcerationis per duos menses et culpa comendatoris probata voce activa et pasiva et officio per
unum annum privetur =

cap 18 dist 2 Item praecipimus ut commendatores etiam intra sex menses a proximiores capitulo
provinciali posint per diffinitorium a suis officiis privari nec solum propter causas in constitutione cap. 110
18 dist 2 expresas verum etiam propter alias legitimas ab ipso diffinitorio examinandas. qui vero
fuerit privatus etiam intra dictos sex menses careat sicut officio iure sufragandi in capitulo =

Cap 6 et 7 dist 2. Item decernimus ut ante quadraginta dies proximiores Capitulo generali aut provinciali fiant
preces pro recta directione [illegible] et capitali successu quod servent semper Commendatores quam 111
[illegible] litteras convocatorias non remitantur =

Item precipimus ut preter magistrum novitiorum (qui in rebus circa novitios a
Constit.e consiliarius deputatur non vero circa alias res ad conventum pertinentes) semper 112
sint Consiliarii domus qui Vicarii generalis munus obtinuerint vel illis deficientibus aut non
sufficientibus qui provincialis vel Vicarii provincialis munere sint functi et his deficientibus
qui difinitores aliquando fuerunt et si ex nominatis plures sint eiusdem ordinis precedant
antiquiores in officio, et si in eodem tempore idem officium obtinuerint ut contingit difinitoribus
precedant antiquiores in professione. in Convento vero ubi non inveniuntur Consiliarii enume-
rati designentur alii a provinciali in principio sui officii no excedant autem numerum
ternarium consiliarii nisi ubi fuerint actuales diffinitores =

Cap 20 dist 2 Item declaramus in curia tipographi in precipuis que dicuntur in capitulo conventu- 113
ali post versum salvos fac servos tuos &.a esse omissum oremus pro fidelibus defunctis et Requi-
em eternam dona eis domine etc. post dicta autem preces expediantur novitii et postea pre-
latus proponat que ad Correctionem pertinent. Predictum autem capitulum conventuale
fiat in hebdomada die Veneris eo tempore quo solet oratio mentalis matutina habere cui
Capitulo teneantur omnes assistere omni excusatione remota =

Circa Redemptores

Item Confirmamus decretum capituli generalis proxime precedentis quo statuit 114
ut Redemptor provinciae eligatur in Capitulo provinciali sicut comendatores et habeat votum
in omnibus Capitulis provincialibus et generalibus eo modo quo illud habent procuratores
generales provinciae et in quocunque Conventu locum habeant immediate post difinitores
provinciae. si autem dictum officium Redemtoris vacare contingat eligatur novus Redemptor
per suffragia secreta difinitori Provinciae ad quam pertinet officium Redemptoris et idem ob-
servetur in elect.e procuratoris generalis vacantis. et demum decernimus quod predicti Redemp-
tores post suam electionem barbas non radant ut sint cogniti a secularibus et ad elemosinas
pro captivis elargiendas alliciant =

Circa novitios

Cap 38 dist 1 Item Confirmamus decretum capituli generalis proxime precedentis quo statuitur 115
ut novitii in die ante eucharistiae sacre Comunionem non suscipiant disciplinam si dies
ante dictam Communionem sit Dominica aut alia excepta a predicto exercicio disciplinae
et precipimus omnibus non sacerdotibus quod bis in qualibet hebdomada sacram Recipiant
eucharistiam =

Item Confirmamus declarationem iam per tria capitula continua generalia 116
approbatam quod nomine novitiorum qui disciplinas debent suscipere quando sunt com-
[illegible] non intelliguntur professi extra domum novitiatus et multo minus scholas-
tici = Item confirmamus declarationem per tria etiam capitula generalia approbatas
Cap 23 dist 2 qua explicatur negari in constit.e facultatem superioribus ad conferendam coronam et
studium fratribus laicis iam professis non vero eam negari respectu fratrum laicorum
qui sunt novitii.

Cap 36 dist 1 Item Confirmamus decretum precedentis proxime capituli generalis quo statuitur 117
ut si aliquis ad habitum recipiatur, antequam eius informatio fiat, prestet iuramentum [illegible]
cam prelato et duobus Consiliariis Conventus quod si aliquod impedimentum iuxta nostras
Constitut.es factis informationibus occurrerit patietur ultro ab habitu dimitti, et prelatus exponat
ante iuramentum conditiones requisitas ad habitum nostrum gestandum

Cap 36 dist 1 Item Confirmamus decretum Capituli generalis proxime precedentis quo statuitur ut
informationes novitiorum iudicentur a comendatore et consiliariis conventus et quod sicut [illegible] 118
[illegible] novitii non habent votum in Capitulo nisi post transactum annum a sua professione
ut decernitur Cap 28 dist 1 in const.e idem intelligatur de illis qui subdiaconatus ordinem vel
[illegible]diaconatus ante susceptionem habitus nostri habuerint.

Item decernimus ut Magister Novitiorum et Professorum, non sit simul Vicarius Conventus, et quod 119
in domibus Professorum, vel Magister vel aliquis sacerdos eius Coadiutor dictos professos grammaticae instruat [illegible]
plina = Item decernimus ut omnes Religiosi choro deputati, et Iuvenes professi, quamvis [illegible] sacerdotes sint 120
obedientia, et subiectione sint Magistri Novitiorum, vel Professorum, [illegible] per sexenium, et si comm[illegible]

potest intra Nouitiatum commorentur, et in Religiosis Ordinandis omnino seruetur quod in capite 23 dist.
nostrarum Constitutionum stabilitur: fratres vero obedientiæ subiecti sint dictis Magistris per septenium, et si fieri
potest, intra Nouitiatum habitent, et semel in mense a Magistro cui subijciuntur examinentur circa mysteria
fidei, et Vicarius Conuentus reliquos obedientiæ fratres sibi subditos, nullo excepto, ad prædictum examen coge
get semel etiam in mense. =

Circa Moniales.

Item statuimus vt Moniales ieiunium seruent, in vigilia Patris Nostri sancti Petri Nolasco, et in 121
his diebus, quibus Religiosi dispensantur in ieiunijs et disciplinis etiam Moniales censeantur dispensatæ, et
seruent festa sanctorum Ordinis nostri, in quibus cessare debent a labore manuum =

Item statuimus vt Moniales possint absque facultate Prælatæ scribere Commendatori Conuentus cui 122
sunt subiectæ et qui in eo oppido assistit vbi monasterium dictarum Monialium situm est, modo id fiat non frequenter,
et quod scribitur pertineat ad vtilitatem et profectum spiritualem. =

Item perpensa antiqua nostræ Religionis consuetudine et alijs consyderatis concedimus prædictis Moniali 123
bus tantum vt sicut de more, et de consilio Dominorum Doctorum vsæ sunt, recitare valeant omnibus quintis ferijs per
annum non impeditis festo nouem lectionum, etiam in Aduentu, et quadragessima de venerabili Eucharistiæ sacramento,
et in omnibus sabattis etiam in aduentu et quadragessima de concepte immaculatæ Virginis. Et quia illarum
suffragia sunt numero parva decernimus addi pro qualibet defuncta moniali præter suffragia quæ
iis const. illarum conceduntur in die obitus unam missam conceptionis beatæ Mariæ Vir
ginis cantandam ante missam et vigiliam defunctorum et missas quæ per nouem dies post obitum
cuiuscumque recitabantur fieri solemnes et teneri conventum centum alias missas pro qua
libet defuncta moniali celebrare et in die commemorationis omnium defunctorum pro defun
tis monialibus unam missam cum cantu. Cum suo responsorio et vigilia. et quia nomine
illarum a definitoris fuit postulatum ut in suffragiis cum provincia Sancti Josephi sint sororia
tæ Concedimus prædictis monialibus eiusdem provinciæ Consortium ita ut quilibet con
ventus Religiosorum dictæ provinciæ pro qualibet defuncta moniali persoluat suffra
gia quæ et in provincia Conceptionis tribuuntur et æqualia rependant conventus monia
lium pro quolibet defuncto Religioso Provinciæ sancti Josephi =

Item quia experimento constat facile amoveri confessarios monialium præ
cipimus Patri provinciali provinciæ conceptionis ut nisi de consensu maioris partis con 124
ventus non amoveantur dicti confessarii. et circa torni præfectas et sacristiæ iubemus ut
vno solo anno in prædictis officiis exerceantur excipiendo monasteria noviter erecta ut in
in earum constitutione excipiuntur et nisi arbitrio commendatricis et vicariæ de consensu
Patris Vicarii generalis videatur conveniens ut aliqua ex his in dictis officiis per alium
annum dumtaxat prorogetur =

Item decernimus ut quoties ianuam Regularem monialium post pulsationem
salutationis angelicæ nocturno tempore necesse sit aperire assistant quatuor moniales
et non minus et si forte aliqua ex prælatis ægrotet et nequeat assistere possit loco eius 125
dem subrogari quæ antea officium obtinuit prælatæ = =

Item præcipimus ut in qualibet hebdomada tribus diebus sacram re
cipiant eucharistiam et in octavis sanctorum ordinis nostri et Religionis. Idemque sit pro 126
sua devotione singulis diebus sanctissimi sacramenti communione refici =

Circa Bibliothecam

Cap 24 dist 2 Item præcipimus sub formali præcepto sanctæ obedientiæ omnibus et singulis
Religiosis et ordinariis prælatis necnon etiam superioribus et visitatoribus ne quis det 127
accommodet aut a conventu extrahat neque in alium conventum transferat librum
aliquem seu codicem manuscriptum ex his qui bibliotheca communiter dicantur etiam id
sciente librario et illum scribente. et sub eodem præcepto præcipimus commendatori ut sit
in Bibliotheca liber papiraceus in quo scribant Religiosi libros quos ad propios usus e
Bibliotheca extrahunt et hic liber a Bibliotecario sub clavi custodiatur omnibus que Re
ligiosis prædictis sub eodem præcepto iubemus ut libros quos extraxerint e Bibliotheca in prædicto
libello subscribant manu propria =

Circa scholasticos

Item confirmamus decretum capituli generalis proxime precedentis per tria capitula gene- 127
ralia continua approbatum quod vim habet constitutionis quo precipitur ut in hatis collegiorum
et aliis conventuum in quibus scholastici demorantur ut actuales scholasticos non exerceant
in officiis ianitoris refectorarii procuratoris, aut sacriste neque extra conventum mittant ad
querendas elemosinas nec ad alia negotia peragenda sine consensu provincialis sub pena
suspensionis per quatuor menses irremissibiliter infligenda

Cap 23 dist 2 — Item precipimus ut in collegiis nostris post orationem mentalem vespertinam 12
immediate per duas horas studiis vacent scholastici hoc est usque ad octavam et post illas
matutine preces et laudes dicantur et alia exequantur ut in instruct.e collegiorum continetur

Circa acta et mandata

Cap 2 et 4 dist 2 — Item precipimus et declaramus solum ad capitulum generale pertinere que ad leges
spectant et constitutiones nostras mutare addere vel minuere. Et quia in nostris constitu- 130
tionibus exprimitur quod sufficiat maior pars capituli generalis ut in eodem capitulo
conferatur quod ad mutationem vel additionem constitutionum pertinet et non de-
claratur an necessarius sit maior numerus suffragantium ut dicta decernantur et pre-
ses capituli teneatur confirmare toto capitulo generali presenti consentiente statuimus
et declaramus quod ad mutandum in toto constitutionem ad mores et vitam communem
nostram pertinentem non sufficiat maior pars capituli sed necessarius sit omnium voca-
lium nullo discrepante consensus, neque a summo Pontifice sine predicto consensu possit
a quoquam Bulla aliqua circa id impetrari sub inhabilitatis perpetue pena ipso facto in-
currenda. Ad minuendum autem vel addendum aliquid contra vel supra constitutio-
nem in ordine ad mores necessarius sit consensus duarum partium vocalium capituli
generalis quod si ex omnibus vocalibus non constent tres partes equales vota que super-
sunt ad tres partes equales non computentur v.g. si decem et sex sunt vocales due partes
ex his sunt decem que sufficiunt ad predicta decernenda nam tertia pars equalis dicti
numeri sunt quinque vocales et superest unus vocalis qui non computatur, et similiter
si sint vocales decem et septem due partes equales huius numeri sunt decem et tertia
pars quinque et supersunt duo qui non computantur. Si vero aliquid non solum in
parte sed in toto in constitutionibus conveniat addere vel minuere vel omnino mutare quod
dumtaxat ad gubernationem pertineat per duas partes equales dicto modo quo supra de-
cernatur; ad interpretandum autem constitutiones sive ad gubernationem sive ad mores
pertinentes sufficiant etiam due partes equales vocalium =

Cap 3 dist 2 — Item declaramus quod ut acta vim habeant constitutionis non est necesse 131
ut a capitulis provincialis approventur neque illorum approbatio per tria capitula provincia-
lia sufficiens est ut acta capituli pro constitut.e habeantur quia hoc non spectat ad
capitulum provinciale sed ad capitulum generale quod est superius ipso capitulo provincia-
li =

Item precipimus ut mutationes, additiones, diminutiones, vel interpretationes
constitutionum facte a capitulo generali ut per aliud capitulum etiam generale muten- 132
tur aut varientur necessarium est ut concurrant tot partes vocalium que ad predictas
mutationes, additiones, vel diminutiones, vel interpretationes, fuerunt requisite, sine qui-
bus irritum et inane secus factum omnino sit. Et declaramus decreta omnia capituli
generalis pertinentia dicto modo ad nostras constitutiones dum expresse et forma supra
dicta in aliquo generali capitulo non derogantur etiamsi denovo non confirmentur
perpetuo esse observanda loco constitutionis mutate, diminute, addite aut interpre-
tate; alia vero communia statuta diversa a predictis nisi per tria capitula generalia
continua approbentur perpetua non sint =

Item precipimus ut nullum preceptum formale sancte obedientie 133
aut censuram a quocumque prelato etiam a Patre Vicario generali communitati im-
positum vim habeat ligandi nisi imponatur in scriptis exceptis censuris et precep-
tis que in capitulis visitationis voce tenus imponi solent. Visitatores vero omnes [illegible]
[illegible] non habent aliquid mutandi, addendi, aut minuendi, supra constitu-
tionem in his que ab illa prescribuntur et ad totam communitatem attinet =

Item precipimus ut mandata et precepta que a visitatoribus [illegible] 134
[illegible] conventuum et constitutionum observantia relinquuntur in domibus
visitatis non exprimunt excepti censuris etiamsi defecerint visitatorum officia quo ad
[illegible] predicta mandata in ultima visitatione relicta scilicet in fine trienni vel sexenni
a visitatore sequenti de novo videantur et si illa expresse non confirmet censeantur

abro

abrogata. mandata vero et censure provincialis aut visitatoris eiusdem in prima visita
tione relicta vim habeant usque ad secundam eiusdem in qua si non confirmentur maneant
abrogata et idem sit de mandatis et censuris patris vicarii generalis et eiusdem visitatoris in
prima visitatione relictis respectu secunde visitationis =

item precipimus ut acta capituli generalis et provincialis committantur duo
bus difinitoribus respective a difinitorio designandis qui postquam prelato et presidi capituli
disposita ab ipsis manifestaverint et eadem in difinitorio legerint et difinitorium approba
verit a secretario in libro provincie aut religionis scribantur assistente saltem ex difinitoribus 189
predictis quibus sub formali precepto iniungimus ut nullum versum addere aut subtrahe
re possint postquam in difinitorio acta fuerint lecta et approbata =

item commisit difinitorium patribus fratri Ioanni a Sto Gabriele lectori
theologie in provincia conceptionis et patri difinitori generali fratri Franco a Sta Maria
provincie Sancti Iosephi que ad ecclesiasticos ritus pertinebant =

item commisit venerabilibus patribus fratri Franco a Sto Iosepho provinciali
provincie Sancti Iosephi et fratri Ioanni a Sto Isidoro difinitori generali provincie conceptio
nis instructionem pro educatione novitiorum =

item commisit patribus fratri Franco a Passione difinitori generali pro
vincie conceptionis et fratri Franco a Sta Maria difinitori generali provincie Sancti Iosephi instruc
tionem pro informationibus novitiorum faciendis necnon ordinis iudicialis circa
causas religiosorum. insuper totum capitulum compromisit ut instructionem pro co
legiis concinarent cum asistentia patris nostri vicarii generalis quam collegiorum
instructionem a predictis patribus faciendam et a patre nostro vicario generali appro
bandam in omnibus et per omnia ex nunc capitulum approbat et confirmat

item fuit diffinitorio presentata quedam petitio pro monialibus nostris
qua suffragia maiora pro defunctis postulabant cui responsum est in his statutis titulo
circa moniales =

item fuit presentata petitio venerabilis patris fratris Ildefonsi a Sto Iacinto
procuratoris generalis Romane Curie qua postulabat ut atentis laboribus quos ipse pro
negotiis religionis perpessus est necnon longo et laborioso itinere quod modo ad curiam
Romanam ab ipso est conficiendum dignaretur difinitorium tempore sue mortis alia
suffragia illi concedere preterea que religiosis omnibus exibentur cui petitioni fuit res
ponsum quod atentis predictis conceditur dicto patri ut in singulis conventibus totius
nostri ordinis due misse a singulis sacerdotibus pro illo dicantur preter suffragia que
alias religiosis defunctis ex constitutione applicantur =

Denique in predicto difinitorio fuit actum de asignatione conventus pro
capitulo generali celebrando in vigilia Pentecostes anni futuri millesimi sexcentesimi
quadragesimi noni et in provincia Sancti Iosephi in Regno Castelle iuxta constitu
tionem alternative servande pro celebratione generalium capitulorum inter duas pro
vincias conceptionis et Sancti Iosephi et omnium vocalium consensu fuit asignatum
monasterium Sancte Barbare Matritensis si placet excelentissimo duci Medine Sidonie
ad quem iure patronatus generalis nostre recolectionis pertinet domum pro celebran
do capitulo generali nominare =

Ytem se mando en este difinitorio q. teniendo breve apostolico se pueda usar en la religion
si treadatoda ella sin aprovacion de todo el diffinitorio gnl. y si el dicho breve mirare a alguna de las
provincias aya de ser respectivamente con la aprovacion del diffinitorio de la provincia a quien
pertenecen los dichos breves. y asimismo q. en razon de las causas q. se ofrecieren juzgar
acerca de los religiosos profesos q. se han de expeler de nuestro santo habito
determino q. se sentenciasen con el parecer y acuerdo del diffinitorio de cada pro
vincia a quien las dichas causas pertenecieren, conforme se ha usado y practican
do en la religion sin averse conformado con el breve de nuestro santissi
mo padre Urbano octavo de apostatis et de eiectis por oponerse del nuestra regla
de confirmacion confirmada por el mesmo cinco años despues de la expedicion

del dicho Breve q̃ fue dado el año de mil y seiscientos y veinte y quatro años.

Acabose este Capitulo a honrra y gloria de Dios nrõ y de su bendita Madre la Virgen Maria señora y Patrona nuestra y de nrõ glorioso Patriarcha san Pedro Nolasco en ocho dias del mes de Mayo de mil y seiscientos y quarenta y tres años =

Fr. P.º de la Concepcion V.º Gal.

Fr. Gaspar de los Reies Vic.º Pal.

Fr. Juan de S. Joseph

Fr. Fr.º de san Isidro diff.

Fr. Miguel de Cocentaina diff.

Fr. Juan de [illegible]

Fr. Joseph del espu. s.to diffor

Fr. Sebastian de S. Agustin diff.

Fr. Francisco de S.ta Maria diff.

Fr. Juan de la Passion diff.

Fr. Jacinto de S.t Joseph diffor

Fr. Justo de S. Joseph diff.or de Italia =

Por m.do de nro P.e Vicario G.l y diffinitorio

Fray Antonio de S.n Juan Secret.o del capitul.

Instructio ab eis servanda qui informationes efficerint pro recipiendis ad ordinem.

1º – Precipimus ut informationes fiant ubi recipiendi originem trahunt id est ubi avi paterni atque materni sunt oriundi, et si contingat ad aliquam provintiam vel Regionem esse dificilem aditum si ad arbitrio diffinitoris hoc simpliciter necesarium iudicetur impedimentum adeo sit ut cuiusque ingressus precludatur.

2º – Iubemus re religiosi informantes in domibus eorum, qui habitum postulant vel illis consanguinitate, alioquin vinculo speciali valde astricti sunt diversentur pro rectitudine examinis exequenda, sed in domo vel loco alio opportuniore ad finem: nec insuper quolibet rumore aut fama minus digna initio inquisitionis exorta [illegible] aut commoveantur sed propia diligentia testes probatiores exquirant et iuridice examinent neque eis quos offerunt consanguinei solummodo contenti sint.

3º – Mandamus sub pena gravi quod informantes quamprimum sequiter extrahant fidem baptismi erga suscipiendum et in informatione ingerant, [illegible] [illegible] habitum [illegible] fides baptismi [illegible] sub pena [illegible] Comendatorem omitentem.

De interrogatorio.

1º Informantes premitant in unoquoque teste iuramentum in forma, respondendi ad interrogata simpliciter [illegible] que scieverint vel audiverint et a quibus tam in favore quam ex adverso.

2º Inquirant in primo quoque teste an sit habilis ad testimonium proferendum et [illegible] in aliquo ex impedimentis [illegible] secundum ius commune ut si consanguineus esset alicuius de quo fit inquisitio vel ratione [illegible] amicitie si inimicitie aut alterius rei similis fine commovebitur.

3º – Interrogentur de diuturna cognitione illius qui habitum petit eiusque parentum et avorum [illegible] tam paternos quam maternos quomodo omnes predictos parentes [illegible] ex testibus [illegible]

4º – [illegible] petit admitti aliquando a gremio sancte ecclesie abscesserit; vel descendat ex parentibus avis aut proavis usque ad quartam generationem, qui aliquando fuerint infecti macula Iudeorum, sarracenorum, hereticorum aut schismaticorum, vel alia secta condemnatis vel etiam aliquis eorum ab heretice pravitatis inquisitori hispano tempore fuerit punitus [illegible] sententiam [illegible] macula aut [illegible] publica [illegible] vel ita vehementer suspectus [illegible] conveniri posse timeretur. Omnia que circa predicta testes scieverint [illegible] informantes. Et de modo et circumstantiis quibus illa noverint, an ex [illegible] conversatione vel notorietate et publicitate loci, [illegible] fame, advertant tamen non obesse [illegible] hereticorum aut schismaticorum [illegible] contigerit [illegible] vel heresis [illegible] sit peccatum particulare ipsius persone [illegible] solum [illegible]

5º – [illegible] possit admitti [illegible] [illegible] infamia, [illegible] inquisitionis [illegible] tialiter [illegible]

6º – [illegible]

7º – [illegible] Cumlibus [illegible] [illegible]

8º – [illegible] legitime [illegible] vel de Presentem. [illegible] in seculo manente, vel si [illegible] contraxerit [illegible] dendo de se non posset disponere.

9º – [illegible] fuerit ex ligitimo matrimonio procreatus, et ut talis [illegible] reputetur; an ex alieno concubitu spurio vel sacrilego

10º – [illegible] in contra [illegible]

Egebunt ut absque eius vel Religionis presidio vivere non valebunt.

11 An professionem emiserint in aliqua Religione vel habitum novitii gestaverint, et cur inde ut religiosi exierint; nam eo casu eiectionis [illegible] causa dimissionis et arbitrio Difinitorii habitus tradi nequit.

12 Inquirant informantes an qui religionem nostram ingredi tentat, sit voluntarie ductus animo deo inserviendi; an vero aliqua vi timoris metu, aut dolo, vel animo fugiendi temporale inconveniens, vel propter respectum alium creaturae.

13 An ingrediens sit virtutibus assuetus et honestis moribus imbutus: vel econtra sinistre passiones, et pravi affectus, qui comprimi non possint, animadvertantur, vel peccatorum vitia, aut habitus, quorum difficilime speratur emendatio, vel correctio.

14 Demum inquirant an qui petit admitti corporis infirmitatem patiatur unde accidat obsurari, et parum sanum esse ingenium; vel nimia levitate, inconstantia animi, aut improprio sensu obduratione laboret. Vel in exteriori homine sit morbus occultus, debilitas, aetas valde tenera, vel monstruosa, vel monstruosa, et non parva deformitas.

15 Itaque instructionem tenentur religiosi informantes ad unguem observare sub formali precepto sanctae obedientiae, et fideliter scribere quae circa predicta invenerint et examinaverint, ex arbitrio difinitorii possunt dispensari aliqui pro ipsorum desertis, si alias animi, virtutibus, ac dei donis recipiendi ad ordinem esse decoverentur.

Fr. P. al Ang. Gen.lis
V9 Gen.lis

Fr. Franciscus à sancta Maria Diff.or

Fr. Vincentius à [illegible] diff.or

INSTRUCTIO COLLEGIORUM

Discalceatae familiae Beatae Mariae de Mercede Redemptionis captivorum, comitiorum generalium jussu, quae in Provincia conceptionis celebrata fuerunt anno 1643 ab omnibus observanda

Cum Provinciarum collegia oculorum sedem obtineant, nullam Praelati omnes maiorem sollicitudinem adhibere debent, quam in eorum pulchritudine augenda, et conservanda, deturpant enim venustam religionis faciem si vel vitae laxioris maculis deformentur, vel tenebris ignorantiae caligent. Vitorem et lucem exigunt oculi, ne vel impuri nequeant apte recipere lucem, vel viduatae pupillae lumine tenebrescant. Sic autem amico foedere coniungi debent studia, et virtutum observantiam, ut neque litterarum detrahant exercicia virtutibus, neque incommoda ad litteras coenobiorum profectus impediat, sed utraque oculorum acie virtutis dextera, et litterarum sinistra, universae, et sacrae sapientiae splendorem defixa unum, et alterum divino numine favente, iuvetur; neque enim scientia tantum, aut inflat, quam charitas Dei aedificat. Et quia in nostra constitutione ubi de collegiis agitur multa, quae ad litterarum exercicia pertinebant merito desiderabantur, generale difinitorium presentem instructionem fieri mandavit, ut exacta studiorum norma in omnibus haberetur nostrae religionis collegiis, et ut in illis, sicut in omnibus est coenobiis, una sit collegiorum etiam observantia communis.

Circa divinum cultum

Ad cap. 13. dist. 2 § 3. I. Praelatorum arbitrium circa horas cum cantu celebrandas omnino tollentes, decernimus in collegiis in die

Vigiliæ Natiuitatis Domini esse canendum a Kalenda usque ad finem horæ primæ ~~[illegible] profesti- uitate Kalendæ~~. Nona etiam in die Ascensionis cum cantu dicatur, et tertia in die prima Pentecostes. Matutinum sine laudibus canatur in prima die Natiuitatis Domini. Et matutinum cum laudibus solum in feria quinta maioris hebdomadæ, et in prima Die Paschatis Resurrectionis. et Pentecostes. In Epiphania vero necnon in festis S.ti Petri Nolaschi P.ris Nri. S.ti Raymundi, S.ti P.i Armengol, et cuiuslibet S.ti ex habitu nostri ordinis assumpti. Et in diebus octauæ corporis Christi, + Assumptionis. Revelationis conceptionis, et Natiuitatis, omnium sanctorum, Diui ~~[illegible]~~ Joseph. S.ti Thomæ Aquinatis. Et apparitionis S.ti Michaelis solum Te Deum laudamus canatur. —

+ S.ti Joannis Bap.tæ et Apostolorum Petri et Pauli

deel escudo dela Orden esten gravadas estas letras Diffinidor dela Prov.a (añadiendo el n.e propio
de aquella Prov.a donde es Diffinidor.) Y en los sobre escritos delas Cartas se ponga en medio esta pa
labra Diffinidor. Y las cartas deel Comendador dirigidas a subdito suio huesped en otro Convento
Constandole al Prelado deel Conv.to donde es huesped no las lea. Ni las Cartas q embian los secret.os
alos Religiosos q estan en otros Conventos alas quales para q sean conocidas en el sobre escrito se
les ponga esta palabra Secretario. = Y manda este Santo Diffinitorio con precepto formal de obe
diencia q ninguno delos P.es Diffinidores de alos religiosos Carta alguna q viniere en su pliego
para ellos sino al Prelado. Ni pueda poner sobre escrito para q vaian subrepticiamente
y q las Cartas deel q ha sido Vicario General y las q se le embiaren no las lea nadie ni se
las puedan detener. Y pena de gravi culpa q ningun religioso escriva Carta de gratulacion
ni Pasquas sino solo el Prelado deel Convento ni a superiores Diffinidores, Comendadores, ni de
otro officio alguno

§. 8. Acerca delos Confesores:

35. Iten Confirma este S.to Diffinitorio el acta 49 del Capitulo Gral proxime passado en q se
decreta confirmando la deel antecedente q al Confesor privado de este ministerio por sentencia lata
Conf.on no lo pueda habilitar algun prelado sino el Capitulo General, y esta determinacion tiene

y a fuerca de Constitucion por auer sido aprouada por tres Capitulos Generales continuos. Y se confirma la addicion de la misma acta en q se dispone q no pueda el Prelado Superior por si solo dar la dha sentencia de priuacion a los Confesores sino q aia de ser por sentencia dada de el Diffinitorio de su Provincia. Si dha sentencia se huuiere de dar por el P.e Prou.l y si la huuiere de dar nro P.e Vicario General bastarà q sea con voto de dos Diffinidores al modo q se dice en el acta circa diffinitorium generale.

36 Iten ordena este S.to Diffinitorio q la dispensacion q se hiciere con los Religiosos Confesores q no tienen quarenta años para oir Confesiones de mugeres se haga con voto decisiuo de el P.e Provincial y quatro Diffinidores de la Prou.a conformes de suerte q faltando alguno sea nulla la dhà dispensacion y que se de por escrito y firmada de todos.

37 Iten confirma este S.to Diffinitorio la acta 51. de el Capitulo G.l proxime pasado por la qual se determina q a arbitrio de el Superior quando lo pidiere la necesidad puedan ser examinados todos los confesores, y se declara q en nombre de Prelados exceptuados de el dhò examen en la Constit.on dist. 1.a cp. 24. nros P.es Vicarios G.les y Provinciales q han sido, y los q huuieren leido seis años Theologia o tres artes, y tres Theologia, y a los q huuieren sido Vicarios Provinciales de su Provincia por eleccion de el Diffinitorio.

§ 9. Acerca de Todos.

38. Iten confirma este S.to Diffinitorio el acta 52 de el Capitulo General proxime pasado por la qual se declara q nra Constit.on no obliga a culpa sino a pena sino es por razon de algun precepto, o menosprecio y se derogan las palabras *formalis, aut virtualis* de el Capitulo 2.o de la distincion 1.a dexando en la probabilidad las opiniones q sobre esto ay, y trata nro R.mo M.o Zumel en los escolios al proemio de las Constituciones de la Religion.

39. Iten ordena este S.to Diffinitorio q antes de la celebracion de el Capitulo Provincial si algun religioso hallare alguna cosa digna de remedio acerca del P.e Prou.l y Diffinidores q se pueda probar, sea obligado de auisarlo a nro P.e Vicario General lo qual se manda con precepto formal de S.ta Obediencia. Encarga este S.to Diffinitorio a nro P.e Vicario General procure hacer la ultima visita en cada trienio, y debaxo del mismo precepto se manda a los Religiosos subditos como Prelados q antes de el Capitulo General si hallaren alguna cosa digna de remedio o q pida satisfacion contra nro P.e Vicario G.l lo escriuan al Diffinitorio General pleno para q examinado y aueriguado por el dho Diffinitorio se corrija como pide la razon.

40 Iten ordena este S.to Diffinitorio q los Prelados Ordinarios registren las licencias de sus subditos de tiempo q comer carne, y dando lugar a q representen su necesidad al P.e Prou.l o a nro P.e Vicario G.l sino se les confirmaren dhas licencias no permitan vsen de ellas.

41 Iten ordena este S.to Diffinitorio, y manda con precepto formal de S.ta Obediencia y debaxo de la pena de grauiori culpa q ningun religioso entre a hablar ni confiese en conuento de monjas, y debaxo de el mismo precepto se manda q ningun Prelado Ordinario pueda mas q tres veces embiar a confesar a algun religioso a quien llamen señaladamente pero en tiempo de Jubileo pueda el Prelado Ordinario embiar los q le juzgare mas convenientes para confesarlas.

42. Iten ordena este S.to Diffinitorio q en la Missa gasten nros sacerdotes media hora, y el q en esto fuere defectuoso se le de por la primera vez pan y agua, y se le agraue la pena a arbitrio del Prelado sino se enmendare con el primer castigo. Y a los P.es Provinciales se manda q acerca de esto hagan particular inquisicion en sus visitas.

43 Iten ordena este Sto Diffinitorio q los Religiosos Informantes delas informaciones de novicios los nombre el Convento como manda Nra Sagrada Constitucion y no el Pe Provincial.

44 Iten Ordena y Manda este Sto Diffinitorio q los Religiosos q con licencia comen carne en los dias prohibidos no puedan cenar los dias q son de ayuno dela Iglesia y de Constitucion sin especial licencia in scriptis de nro Pe Vicario General o Provl para ello.

45 Iten ordena este Sto Diffinitorio q no se use el Verano de alpargatas soladas.

46 Iten Confirma este Sto Diffinitorio el acta 119. en quanto a q el Capitulo Conventual en tiempo de Verano se haga por la mañana mientras la hora de oracion, pero en tiempo de Ibierno se haga despues de noche ~~despues de la disciplina~~. no se lea borrado

47 Iten Ordena y manda este Sto Diffinitorio q en todos los Conventos aya un libro en q con asistencia delos Pes ~~Diffinidores~~ Depositarios pongan lo q se recibe y gasta, y compra, el dia y a quien se da de lienço, sayal, cordellate, estameña, &c y este esté en el deposito y le visiten los Visitadores q vayan a sus visitas.

Circa Diffinitorium Generale & Provinciale

48 Item Declaramus nomine Diffinitorij Generalis & Provincialis ad examen Legitimationis Vocalium ante electiones necnon controversiarum decisionem circa ipsas solum intelligi Diffinitores, & Patres Vicarius Generalis & Provinciales, seu Vicarij Provinciales qui per electionem officium obtinuerint, non vero alij Vocales Capituli. ~~Ut in proximo precedenti Capitulo Generali declaratum fuit.~~

49 Item decernimus poenam gravissimae culpae in nostris Constitutionibus dist. 2. cap. 11 §. 1. relatam, esse intelligendam poenam gravioris culpae. Ut declaratum fuit in proximo precedenti capitulo Generali. ~~Et additur~~ quod Consiliarij omnes Conventus, necnon Secretarij in quolibet Conventu eligendi a Provincialibus iurent fidelitatem & secretum circa ea quae fuerint cum ipsis tractata, & ad gubernationem vel bonum Religionis pertinentia, & eodem modo iurent Diffinitores servare secretum, & Secretarij tam Generales quam Provinciales & Procuratores Romanae Curiae & Regiae in cuius observantiam praesentibus generalibus Comitijs iuraverunt omnes Vocales tam superiores quam inferiores.

50 Item decernimus ut in prima sessione Capituli Generalis & Provincialis qui praeest imponat Vocalibus omnibus praeceptum in scriptis ut si aliquod impedimentum legitimum sub excomunicationis, suspensionis, aut interdicti, quod probari possit notorie in aliquo Vocali reperiatur a quolibet qui illud sciat ante Diffinitorium declaretur. illo vero probato: expellatur a Capitulo, qui tale patitur impedimentum. ~~prout in precedenti Capitulo Generali decretum fuit~~

51 Item confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis, quod scilicet ante electiones Vicarij Generalis et Provincialis, qui praeest, absolvat Vocales omnes absolutione ad cautelam modo praescripto in nostris Constitutionibus cap. 21 in fine dist. 2.

52 Item confirmamus statutum Capituli Generalis proxime praecedentis, quo decernitur, ut post electionem Vicarij Generalis, qui post illum praeest in Capitulo possit praecepto formali obedientiae obligare, ut electus Vicarius Gene

ralis acceptet officium, si iurare recusauerit, et si post impositum preceptum iurare noluerit electio sit nulla. Iuramentum autem prestandum a Patre Vicario Generali electo idem esse debet quo Prouincialis electus iurat et habetur in Constitutione cap. 8 dist. 2.

53. Item confirmamus statutum capituli Generalis proxime precedentis, quo decernitur ut si Vicarius Generalis post acceptam sui officij gubernationem, vellet illud dimittere et renuntiare, si renuntiatio fiat intra Capitulum a toto Capitulo Generali debet acceptari, si ad id rationes suppetant: si vero predicta renuntiatio fiat extra predictum Capitulum a Diffinitorio vtriusque Prouinciæ, videlicet Conceptionis in Vuandalia, et sancti Josephi in Regno Castellæ per vota decisiua acceptari debet. Non est autem necesse quod predicta Diffinitoria simul congregentur, sed vnumquodque in sua Prouincia renuntiationis predictæ causas examinet, et dictus Vicarius Generalis renuntians determinet Diffinitorium quod primo examinet an acceptanda sit dicta renuntiatio, ut possit expensis rationibus illius remittere quæ decreuit, et rationes decreti ad aliud Diffinitorium, et subscribant suffragantes in dicta renuntiatione Vicarij Generalis, et quamuis acceptetur renuntiatio non expiret officium Vicarij Generalis renuntiantis quousque congregetur Capitulum Generale in quo presideat: tempus autem necessarium ad dictam congregationem relinquitur arbitrio vtriusque Diffinitorij.

54 Item confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur, ut si Prouincialis renuntiare contigerit, predicta renuntiatio acceptetur a Diffinitorio suæ Prouinciæ, prius tamen moneatur, et expectetur consensus Vicarij Generalis circa acceptandam dictam renuntiationem, absente vero dicto Vicario Generali, et intra viginti dies ad Prouinciam non adueniente, neque mittente, qui in Deffinitorio Prouinciali, loco illius presideat, congregetur Deffinitorium in quo Pater Prouincialis renuntians assideat, sine voto tamen in ordine ad admittendam renuntiationem, cum iam proprium expresserit, et admissa renuntiatione predicta in electione Vicarij Prouincialis succedentis habeat votum cum deffinitoribus, et Procuratore Prouinciæ. Et si aliquis ex his defuerit, nec monitus aduenerit in tempore a Deffinitorio assignando pro dicta electione, electio sit valida cum presentibus.

55. Item confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime precedentis quo statuitur, ut quidquid in Deffinitorio Generali et Prouinciali, siue intra, siue extra Capitulum, decidendum proponitur, prius consulatur in voce, et expendantur rationes incipiendo a Deffinitoribus in Professione minus antiquis usque ad Presidem, ita tamen ut uno loquente alius non loquatur, et postea decidatur per vota secreta, scilicet per schedulas, vel per calculos albos et nigros iuxta formam rei decidendæ.

56 Item confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur, ut Processus et causæ iudiciales Religiosorum tradantur a Generali et Prouinciali transactis suis officijs, et Prouinciales sub formali precepto sanctæ obedientiæ teneantur de illis facere inuentarium, et Deffinitorio Prouinciæ tradere, ex cuius consensu causæ quæ asseruari debent, seruentur sub claui in loco securo, et quæ rescindi comburantur. Et idem faciat sub eodem precepto formali obedientiæ Pater Vicarius Generalis respectu causarum, quæ ad Prouincias pertinent. Et addimus quod nullus Prelatus, quamuis sit noster Pater Vicarius Generalis possit rescindere, comburere, aut delere Processus, aut schedulas, aut quodlibet scriptum, quod ad aliquam Religiosorum causam pertineat, aut pertinere possit, nisi talis Processus, schedulæ, aut scripta spectent ad Religiosum, qui iam vita excessit.

57 Item confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur, ut ad recipiendos iterum Nouitios ab habitu nostro expulsos, preter examen et informationem a Conuentu faciendam, etiam requiratur consensus Deffinitorij Prouinciæ sine quo habitus non tradatur. Neque alterius Ordinis Religiosi, etiam nostræ Obseruantiæ, si suffragia Conuentus primo non conuenerint, ad habitum possint admitti in alio Conuentu, sed iterum in eodem proponi possunt, ut admittantur, et non vltra. Et idem fiat cum omnibus, qui habitum nostrum postulauerint, qui iam in alio Conuentu dimissi, in alio non recipiantur.

58 Item confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur, ut hereditates aut bona quæ fratribus e iure paterno, aut materno, aut quouis alio titulo debentur ad Deffinitorium cuius cumque Pro

uinciæ pertineant absque consensu Communitatis iuxta priuilegium amplissimum Julij Tertij, et Gregorij
XIIIj, quo Præposito Generali vel Capitulo, seu Congregationi Generali Societatis Jesu, conceditur, et nobis per participa-
tionem, vt possint disponere de rebus Conventus absque consensu Communitatis ad quam pertinent, maxime cum præ-
dictorum adiudicatio seu dispositio non sit alienatio Bonorum Conuentus, sed non acquisito. Et addimus quod vlti-
mæ voluntates Religiosorum ante Professionem in suo robore permaneant, sicut de iure debent obseruari. Vt autem
Bona, quæ Deffinitorio proueniunt securè custodiantur, fideliterque expendantur, decernimus, vt pro custodiendis pecu-
nijs ex prædictorum Bonorum venditione, sit arca duabus obsignata clauibus, quas duo ex Deffinitoribus pro nutu
Prouincialis eligendi obseruent, et liber in quo scribatur computum Dati et accepti ex prædictis Bonis.

59 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis quo statuit Vt possessiones Conuentus, redditusque & bona quæcumque siue im-
mobilia siue pretiosa Mobilia nulli liceat ordinis Nostri Vendere aut alienare aut aliquo modo Commutare sine licentia in
scriptis diffinitorij Prouinciæ & de consensu Maioris partis illius conuentus ad quem pertinent illa bona & sic concordamus duo
Capita nostrarum Constitutionum Videlicet 18. & 26 dist.is 2ª. = Insuper idem præcipimus obseruari in Conferendis Patronatibus
Conuentus aut Sacellis Ecclesiæ et in alienandis Sepulchris perpetuis quæ sunt in Sacello Maiori; Prælati autem Conuentus con-
tra prædicta facientes pœnæ Suspensionis ab officio per sex menses subiaceant: Præter Consensum vero Maioris partis Conuen-
tus, Exigimus etiam Consiliariorum iudicium de Conuenientia aut disconuenientia circa prædicta, quod debet Diffinitorio manifestari.

60 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis quo toto capitulo Consentiente abrogatur Clausula Capitis 24. dist.
2ª. qua dicitur Statuimus Ne Prælatus etiam de sui Capituli Prouincialis consensu possit librum aliquem alienare sub poe-
na priuationis ab officio per Vnum annum

61 Item Confirmamus decretum Septuagesimum Capituli Generalis proxime præcedentis quantum ad partem eius, &
decernimus Vt ad priuationem Commendatoris & acceptandam renuntiationem officij eiusdem, & ad eligendum alium
de nouo (& idem est de reliquis Vocalibus Capituli Generalis & Prouincialis Excepto Vicario Prouinciali, Cuius electio pre-
ter diffinitores Exigit Procuratorem Prouinciæ) & ad expelendum Religiosum professum ab habitu, Vel ad pœnam
aliam grauissimam infligendam Non possit se solo procedere Pater Prouincialis Nisi cum quatuor diffinitoribus Prouinciæ
& Voto eorundem Consultiuo & decisiuo, aliter sint nullæ omnes & singulæ Sententiæ acceptationes electiones, aut pri-
uationes prædictæ non obstante capite 18 dist. 2ª. & alijs Nostrarum Constitutionum quæ a toto Capitulo fuerunt deroga-
ta, quod debet etiam obseruari a nostro Patre Vicario Generali, quantum ad electiones prædictas; P in ordine
ad causas iudicandas circa prædicta Ptr nr Vg ipsi possit iure ordinario cum voto decisiuo
duorum diffinitorum procedere; quin egeat voto decisiuo quatuor diffinitorum, ut iure constitutionis
ad ipsum pertinet; nisi in causa expulsionis ab habitu, de qua si in 1ª instantia cognoscit cum
voto decisiuo quatuor diffinitorum procedere debet; sin vero per appellationem aut recursum cum
voto decisiuo quatuor Commendatorum. Si vero ad Ptem nrum Vm Gem per appellationem aut
recursum pertineat cognoscere de causa iudicata a Prouinciali et quatuor Deffinitoribus, si sit in
tra Prouinciam vbi de prædictis causis agitur, teneatur iudicare cum voto decisiuo Duorum Commendatorum eiusdem Prouinciæ,
(excepta causa expulsionis ab habitu, in qua vt prædicitur, debet procedere cum voto decisiuo quatuor Deffinitorum, aut Commendatorum)
Si vero sit in aliena Prouincia cum voto decisiuo duorum diffinitorum illius Prouinciæ in qua assistit
Et declaramus prædictum decretum quantum ad Prouincialem, tam in ordine ad electiones faciendas
quam in ordine ad causas iudicandas cum voto decisiuo quatuor diffinitorum vim habere cons-
titutionis, ut pote per tria Capitula generalia approbatum; Et eandem vim habet Cons-
titutionis quantum ad electiones faciendas a nostro Patre Vicario generali cum voto
(ut dictum est) eorundem quatuor diffinitorum: Et in causa expulsionis ab habitu:
secus autem quantum ad alias causas iudicandas; quarum forma denuo stabilitur
abrogata illa quæ in prædicto decreto capituli generalis præcedentis tradita
fuit — De electione autem diffinitorum qua ratione fieri debeat, stabi-
litur infra in decreto 68. § Circa diffinitores

62 Item Confirmamus decretum capituli generalis proxime praecedentis quo stabilitur ut in secundo anno trienii Capituli Provincialis, in qualibet Provintia (hoc est in die omnium Sanctorum) congregentur Provincialis, et diffinitores in domo a Provinciali designanda, ut omnium Conventuum rationes, et bonorum computum exquirant; et Commendatorum renuntiationes acceptent, vel dimittant, in qua congregatione, si Pater Vicarius generalis in eadem Provintia fuerit, teneatur assistere, et praesidere; si vero sit absens, et de praesidente dictae congregationis intra viginti dies admonitus non providerit. Provintialis et quatuor diffinitores congregentur, et omnia circa praedicta exequantur. Et denuo additur quod Pater noster Vicarius generalis pro suo libito possit anteponere vel postponere per spatium unius mensis praedictum capitulum intermedium = Circa Capitulum autem Provinciale constitutioni standum est. dist.e 2.a cap. 6. §. Praesertim versus

63. Item Confirmamus declarationem factam per duo Capitula generalia immediate praecedentia circa Caput 36 nostrarum constitutionum ubi explicatur quod non recipiantur alterius ordinis professi, nisi per capitulum Provinciale; nomine vero capituli Provincialis intelligunt Provincialis et quatuor diffinitores Provintiae in qua tales professi ad habitum nostrum recipiuntur; quae constitutio extenditur etiam ad religiosos calceatos nostri ordinis admittendos per suffragia diffinitorii a quo debet assignari dictis religiosis calceatis locum antiquitatis attenta eorum aetate literis et qualitatibus. quae declaratio vim constitutionis habet

Const.on

64 Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia aprobatum quo statuitur Ut omnes nostrae familiae Commendatores in Universis Provinciis exequantur statuta Patronatus Excelentissimi Ducis Medinae Sidoniae ab omnibus Capitulis Generalibus aprobata quibus pro dictis Dominis tenentur singuli sacerdotes quoties Capitulum Generale fit duas missas celebrare et quilibet Conventus Unam Cantatam de funebrum cum Vigilia et responso, quod decretum Vim iam iam obtinuit Constitutionis

Const.on

65 Item Confirmamus decretum duorum Capitulorum Generalium proxime praecedentium quod iam Vim habet constitutionis, quo attentis Eximiis beneficiis in Nostram collatis Recolectionem ab Illustrissimis Dominis Comitibus de Castellar, statuitur pro dictis Dominis perpetuis temporibus quoties ex hac Vita Migraverint, fiant in omnibus Monasteriis Nostrae familiae solemnes Exequiae cum Vigilia et responso et Missa, et denuo illis aplicamus disciplinas conventuales, ieiunia, et alia pia opera a Religiosis in Una Sebdomada, a Monialibus Vero per Unum mensem Exibenda

Const.on

66 Item Confirmamus declarationem Capituli Generalis proxime praecedentis qua decernitur Capitula Generalia perpetuo esse Celebranda servata alternativa in Provincia S.ti Josephi et Conceptionis respective, et Secretarium Patris Vicarii Generalis ab altera ex giris Provinciis esse sumendum, diversa scilicet ab ea cuius est Pater Vicarius Generalis, ita Ut si sit ex Provincia Conceptionis debeat secretarius esse ex Provincia Sancti Josephi, et e converso: quae duo ante praecedens Capitulum Vim obtinuerunt Constitutionis, et circa praecedentiam in Capitulo Confirmamus declarationem eiusdem Capituli praecedentis, scilicet quod Diffinitores Cuiuscumque Provinciae debent praecedere Redemptores et Procuratores

Const.on

67

§. 11. Circa Diffinitores. =

Item Confirmamus declarationem proximi Capituli Generalis qua dicitur quod Vacat Diffinitoris officium per absentiam sex mensium a sua Provincia si talis absentia fiat sine Consensu Diffinitorii eiusdem Provinciae, et si per Unum annum in infirmitate Continua impeditus Diffinitorio assistere nequeat. Si Vero Diffinitor aliquis absens fuerit intra propiam Provinciam

& monitus intra quindecim dies ad Diffinitorium extra Capitulum non Veniat, loco
Unius absentis ad casum occurrentem Diffiniendum succedat qui in ea Provincia Vicarij
Generali munus obtinuit, quod si fuerint plures ille qui in dicto officio tempore precessit
& his deficientibus qui Provincialis aut Vicarij Provincialis per electionem eodem ordine
officium gessit, & deficiente hoc qui Diffinitoris in precedenti Provinciali Capitulo, sive ex
tra Capitulum munus obtinuit servato inter Diffinitores ordine Professionis, & his omnibus
deficientibus succedat Commendator Conventus in quo Diffinitorium celebratur, Et insuper
addimus quod in electione Diffinitoris que fit a Provinciali predictum debet observari, secus autem
si electio fiat assistente Patre Nostro Vicario Generali, quia in hoc casu electio Vacantis Diffinito
ris fieri debet a Provinciali et tribus Diffinitoribus solum, quia electio Diffinitoris Vacantis
facienda est per Vota decissiva quinque solum Vocalium. † Et denique declaramus quod si elegi ex nominatis antiquum [illegible]

[illegible] ratione [illegible] in Diffinitoribus continetur [illegible] absens fuerit [illegible] modo extra [illegible] per [illegible] ad talia [illegible] advenit [illegible] expectandus est [illegible] ipse [illegible] adveniet [illegible] intra [illegible] dies [illegible] Vocales [illegible]

68 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime precedentis quo statuitur Ut Diffi
nitores canonice eligantur per maiorem partem electorum, hoc est per excessum dimidie partis om
nium suffragantium, et electores in Una schedula quatuor nomina Diffinitorum eligendorum
scribant, & hi censeantur electi qui Ultra dimidiam partem suffragiorum aliquem excessum habue
rint. = ~~Et Insuper addimus quod si in tali electione [illegible]~~ ~~[illegible] suffragijs [illegible] prevaleat~~ [illegible]

69 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime precedentis quo statuitur Ut rationes
dati et accepti quas Commendatores ad Capitulum Provinciale deferunt, & Visitationes omnes
legantur et examinentur ante electionem Diffinitorum in eodem Capitulo eligendorum

70 Item Confirmamus declarationem in Capitulo Generali proxime precedenti factam scilicet quod
Diffinitores preter suffragia Patris Vicarij Generalis Provincialis Diffinitorum et Commendatorum
etiam eligendi sunt a Procuratoribus Provincie cum in nostra Constitucione exprimatur quod pro
cedant ab eisdem aquibus processit Provincialis, neque obstat quod dicitur cap. 12. & 17 dist. 2ª.
quod procuratores solum habeant Vocem in electione Vicarij Generalis non autem in alijs
actibus Diffinitorij quia hoc solum excludit Procuratorum suffragium ad electiones et
decisiones intra Diffinitorium solum faciendas. Et insuper addimus ad tales electiones
Diffinitorum in Capitulo faciendas requiri Votum et suffragium Magistri Domus Novitiorum, si
cut et etiam ad electionem Provincialis, sicut habent Commendatores

71 Item Confirmamus declarationem in dicto Capitulo Generali proxime precedenti factam scilicet
quod in omnibus electionibus tam Diffinitorum quam aliorum Vocalium Capituli Generalis &
Provincialis, si in Provincia adfuerit Pater Vicarius Generalis debeat, et non sit ei liberum
suffragari, si Vero absens fuerit antequam ad predictas electiones procedatur debet consuli circa illas

72 Item Confirmamus decretum eiusdem Capituli Generalis proxime precedentis quo statui
tur quod Diffinitores etiam electi in Capitulo Provinciali si per duos annos continuos officium
non exercuerint iterum possint eligi in Capitulo immediate sequenti ad eorum electiones, si Vero
aliquis Diffinitor extra Capitulum eligatur, et per duos annos continuos officium exercuerit eli
gi non potest in Diffinitorem in Capitulo Provinciali immediate sequenti ad eius electionem, si
cut decernitur capite nono dist. 2ª. de Vicario Provinciali

73. Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo decernitur Ut Diffinitores Provinciae Vicario Conventus non sint subiecti, nisi ille in Conventu praesideat neque in Capitulo Conventuali dicti Vicarij teneantur assistere nisi dictus Vicarius praesideat Ut dictum est.

74 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo statuitur Ut simul esse non possit aliquis Secretarius et Diffinitor, Vel e converso, et declaramus cum officio dicti Secretarij esse incompatibile officium Commendatoris.

Confm.

§. 12. Circa Patrem nostrum Vicarium Generalem.

75 Item Confirmamus declarationem factam a Capitulo Generali proxime praecedenti qua decernitur quod Pater Vicarius Generalis Non solum in Capitulo Generali in quo finit officium sed neque in Capitulo Provinciali aliquod officium obtineat, nisi quatuor annorum spatium mediaverit post munus Vicariatus Generalis, Ut sic a labore suo quiescat. Et denuo additur quod qui Provincialis munere functus fuit non possit per spatium anni et dimidij a tempore sui officij aliquod officium inferius Provinciali habere obtinere.

76 Item Confirmamus declarationem a proxime praecedenti Capitulo Generali factam qua decernitur dictum Patrem Vicarium Generalem non solum intra sed extra Visitationem prout suae prudentiae bene Visum fuerit, posse in Praelatorum ministeria se immiscere, & semper teneri inferiores praelatos illi obedire, & hanc potestatem etiam declaramus posse suis delegare Commissarijs.

77 Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia immediate praecedentia aprobatum quod Vim habet Constitutionis, in quo statuitur Ut Vacante per mortem Vicariatu Generali eius Secretarius moneat statim Provincialem Provinciae ex qua fuerat dictus Vicarius Generalis, Vel si non sit Provincialis, Vicarium Provincialem qui adiunctis secum diffinitoribus, & Procuratore Provinciae per secreta suffragia eligant Praesidentem Generalem qui Religionem gubernet, & convocet ad Capitulum Generale post sex menses a morte dicti Vicarij Generalis celebrandum in Sabbatho primo sequenti. Si autem in Praesidentem Generalem eligatur Provincialis aut Vice Provincialis, ijdem Electores a quibus processit Praesidens Generalis eligant Vicarium Provincialem qui Provinciam gubernet Usque ad Capitulum Generale, & in eo dictus Vicarius Provincialis habeat in omnibus electionibus et decisionibus Vocem & sedem, & si forte Provincialis cui successit Vicarius Generalis praedictus eligatur in Vicarium Generalem Vicarius Provincialis Vocem habeat in electione post Capitulum Generale facienda de novo Vicario Provinciali, si Vero Provincialis praedictus non eligatur in Vicarium Generalem Vicarius Provincialis illius in praedicto Capitulo Generali Vocem & sedem habeat post ipsum Provincialem. Si autem aliqua mutatio fiat circa Provinciam Siciliae, succedat Vicario Generali deffuncto qui in Constitutione designatur cap. 2. dist. 2ª. & intra quadraginta dies congregetur Capitulum Generale, nec tunc nominetur aut eligatur Vicarius Provincialis.

Confm.

78 Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia aprobatum quod Vim habet constitutionis in quo statuitur Ut si aliquod tempus ab electione Vicarij Generalis Usque ad Vigiliam Pentecostes immediatam intervenerit, Non computetur ad sexenium Vicarij Generalis quod incipit a dicta Vigilia Pentecostes.

Confm.

79 Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia aprobatum quod Vim habet Constitutionis quo statuitur praecipitur sub praecepto formali S.ae Obedientiae Praelatis tam inferioribus quam superioribus, & religiosis omnibus, Processus seu alia scripta ad officium seu bonum Religionis spectantia quae morte Patris Vicarij Generalis fuerint relicta nullus extrahat neque accipiat neque legat, Ut autem hoc integre servetur facto inventario a Commendatore Conventus in quo dictus Vicarius Generalis decessit, Vel commorabatur, Vel Ubi praedicta asservabantur (cuius inventario faciendo assistere debent duo Diffinitores actuales ex antiquioribus, Vel illis deficientibus duo immediate praecedentes, Vel in horum defectu duo religiosi ex antiquioribus conventus

Conuentus qui cum Commendatore subscribant) Cella Claudatur, & addatur in ea noua clauis
siue aliud genus ferri, ferq pro Custodia securiori, + ~~[illegible]~~ + [illegible], & idem fiat respectiue res
pectu Prouincialis Vel Vicarij Prouincialis cito eligendi

+ Et denuo addito ad tale inuentarium processus seu cau[...] nouo p[...] [...] generale electo, duo bus desinitoribus assistentibus, & subscribentibus tradatur

~~§ 13. Circa Prouincialem et Vicarium Prouincialem~~

80. Item compromisit Hoc Sanctum Diffinitorium in Patrem nrm Vicarium Generalem q statuat &
ordinet quę ad bonum regimem & gubernationem Prouintię Sti Raimundi in Regno Sicilię necessaria
& conuenientia iudicauerit tam circa communem Modum Viuendi quam circa electiones et habilitan
das Personas in ordine ad illas, dispensando in hoc q Vna Persona plura officia quibus annexa sit Vo[x]
in Capitulo habere possit, et de Vno in aliud sine limitatione promoueri Valeat, & omnia alia etiam
ad statuta Generalia in hoc capitulo determinata concernentia pro suo libito exequendo, & si opus
fuerit Mutando Vel etiam addendo. Et quę ab ipso sic ordinata & disposita fuerint ex nunc pro tunc
aprobat & confirmat.

§ 13. Circa Prouincialem & Vicarium Prouincialem.

81 Item Confirmamus declarationem Capituli Generalis proxime precedentis scilicet quod cum in nostra
Constitutione tempus Professionis Prouincialis eligendi varie declaretur, nam cap. 8 dist. 2 exigitur quod per
Duodecim annos ad minus sit in Professione antiquus, et cap. 15 eadem distinctione, quod habeat Professorum de
cimum habeat, decisioni dicti capitis octaui standum est.

82 Item confirmamus declarationem dicti Capituli Generalis proxime precedentis circa caput 9. dist. 2 nostrarum Con-
stitutionum, in quo decernitur quod Vicarius Generalis vacante officio Prouincialis possit se solo eligere Vicarium Pro
uincialem, quod debet intelligi ad dictum Patrem Vicarium Generalem pertinere, non eligere, sed nominare Guber
natorem Prouincię pro tempore quo ipse ab illa abfuerit, nam postquam venerit in Prouinciam dicti Prouincialis va
cantis, debet Vicarium ~~Generalem~~ Prouincialem eligere cum voto decisiuo quatuor Diffinitorum. Quod cum per tria Const^on
Capitula Generalia fuerit approbatum vim obtinet Constitutionis. Et denuo addimus cum Capitulo Generali proxime pre
cedenti dedere etiam in hac electione Vicarij Prouincialis suffragari Procuratorem Generalem Prouincię. Si vero intra
sex menses Pater Vicarius Generalis in dictam Prouinciam venire non possit, nominet Presidem ad predictam electio
nem Vicarij Prouincialis, et eam dicti suffragantes et Preses eam exequantur. Vicarius autem Prouincialis a solo Patre Vi
cario Generali nominatus non appellatur nisi Presidens Prouincialis

83. Item confirmamus decretum Capituli Generalis proxime precedentis quo statuitur vt quoties Pater Prouincialis vel
per absentiam a Prouincia, vel infirmitatem Vicarium Prouincialem instituit, talis Vicarius Prouincialis Presidens Prouin
cialis nominetur, et quo precipitur dictis Prouincialibus, vt cum limitatione facultatem tradant dictis Presidentibus Pro
uincialibus circa Visitationes Conuentuum, et licentias Conuentualitatis, et licentias ad confessiones excipiendas et Predi
candum, nisi in aliquo vrgenti casu.

84 Item confirmamus declarationem a duobus Capitulis Generalibus proxime precedentibus approbatam, quę vim Const^on
habet Constitutionis, qua dicitur, vt Pater Vicarius Generalis, Prouinciales et Visitatores solum sumant pro expensis
itineris de eleemosynis Missarum Conuentus visitati, non vero de alijs pecunijs eiusdem Conuentus

§§ 14 Circa electiones

85 Item confirmamus decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo stabilitur, vt omnes electiones quę circa
plures versantur fiant per schedulas in quibus scribatur nomen eligendi, quas schedulas secretarius Capituli omnibus
suffragantibus conferat, et nulli ex Vocalibus liceat alijs schedulis suffragari non obstante capite 3 dist. 2 §. vt autem.
ex litteris. Reprobatio autem, aut approbatio, quę circa ~~aliquod singulare versatur fiat~~ per ~~calculos~~

albos et nigros, vel per duas schedulas inquarum altera ad reprobandum scribatur littera R. et altera ad approbandum littera A.

86. Item Confirmamus declarationem a Capitulo Generali proxime praecedenti factam, scilicet quod cum paris Vocalibus ministrari praecipitur in nostra Constitutione cum inter se non conveniunt circa electionem Provincialis et idem est circa electionem Patris Vicarij Generalis, id intelligi debet iuxta cap. 3. dist. 2ª. (cuius meminit cap. 8 ubi praedictum praecipitur) videlicet si intra duos dies se invicem confirmare noluerint, circa electiones praedictas.

87 [illegible]

88 [illegible]

89 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quod ab alio immediato Capitulo Generali fuit stabilitum et vim habet Constitutionis, quo statuitur ut in ambiciosis et suffragiorum solicitatoribus non solum exequantur poenae expressae in Constitutione cap. 15. dist. 2ª sed etiam illae quae a Clemente VIIJ felicis memoriae infliguntur in decretis pro reformatione Regularium approbatis a sacra Congregatione Regularium et innovatis ab Urbano VIIJ quibus decernitur ut directe vel indirecte sibi vel alijs suffragia procurantes privationem officiorum quae obtinent ipso facto incurrant, necnon inhabilitatem ad futura officia super quibus nisi a Summo Pontifice dispensari non possunt, et easdem poenas incurrant Complices dictorum ambiciosorum et scientes et non revelantes.

Const.on

§. 15. Circa Procuratorem Romanae Curiae —

90 Item Confirmamus declarationem Capituli Generalis proxime praecedentis qua dicitur quod officium Vocalis cuiuslibet sive pertineat ad Capitulum Generale sive ad Provinciale statim vacet si in Procuratorem Curiae Romanae eligitur, et dictum munus Procuratoris acceptet qui praedictum offitium habebat. Praedicto vero Procuratori Curiae Romanae plenam potestatem concedimus ad tollendas irregularitatem Apostatarum et eosdem habilitandos ad Sacramentorum administrationem praeter eas quae illi conceduntur Cap. 5. dist. 2. Nostrarum Constitutionum.

91 Item Confirmamus declarationem factam a Generali Capº proxime praecedenti qua dicitur quod cum in nostris Constitutionibus Cap. 4. et 5. dist. 2ª. decernitur quod Pater Vicarius Generalis non possit ab offitio Procuratorem Romanae Curiae revocare nisi in Capitulo, nomine Capituli intelegendum est diffinitorium illius Provinciae ex qua assumptus est dictus Procurator.

§. 16. Circa Commendatores.

92 Item Confirmamus decretum a proximo praecedenti Capitulo Generali stabilitum quo statuitur ut Commendatores negligentes circa solvenda debita a suis praedecessoribus relicta, ut habetur capite 18. §. Commendatores omnes. dist. 2. poena privationis aut suspensionis iuxta gravitatem negligentiae irremissibiliter plectantur.

93. Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo praecipitur omnibus Commendatoribus et Rectoribus Conventuum et Collegiorum Nrae Recolectionis, ut ad dimidium triennij faciant suorum offitiorum renuntiationem in deffinitorium Provinciae, illamque remittant cum ratione domus et computo bonorum

bonorum & pecuniarum & nominibus suorum fratrum Conventualium Ut eorum renuntiatio
nes admittantur Vel non admittantur prędicta autem teneantur remittere ante festum omnium sanc
torum cum litteris directis pleno Diffinitorio quas illud & non alius superior Prelatus sub formali
precepto S.ꝭ Obedientię audeat aperire abscondere aut detinere

94 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime pręcedentis, & alterius immediate an
tecedentis quod Vim habet Constitutionis, quo statuitur Ut nullus Commendator aut eius Preses po
Const.on sit preceptum formale sanctę Obedientię Vel Censuram Communitati imponere absque expresa licentia in
scriptis Patris Vicarij Generalis aut Provincialis quę licentia Nota sit Communitati ante preceptum
Vel Censuram imponendam.

95 Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia aprobatum q.d Vim habet Constitutionis
quo statuitur Ut Commendator qui per tria triennia officium exercuerit in dictum munus
Commendatoris ad aliud triennium Non eligatur. Et addimus q. ille qui per novem annos
Const.on Continuos suffragium obtinuit in Capitulo Provinciali Non possit iure suffragandi potiri ad
aliud triennium nisi de speciali Consensu Patris nri Vicarij Generalis, & instante necessitate
quę illius arbitrio relinquitur iudicanda

96 Item Confirmamus decretum per tria Capitula Generalia proxime precedentia iam aprobatum
& ante hoc Capitulum Vim Constitutionis obtinuit quo statuitur Ut nullus Commendator seu Preses Con
Const.on ventus sub precepto formali S.ꝭ Obedientię & sub poena privationis Vocis activę & passivę per
tres annos possit Consumere eleemosinas Missarum in quacumque specie fuerint sive ero sint
in alijs speciebus sub poena suspensionis per quatuor menses, quin pro dictis Eleemosinis missarum
satisfecerint, & solum permittitur expendi Usque ad Centum argenteos et non amplius. Et si in
aliquo Conventu Missarum eleemosinę superfuerint ita Ut difficile possint satisfieri, teneatur Commen
dator seu Preses sub poena suspensionis ab officio Noiume revocanda Commendatori per quatuor men
ses. Presidi Vero sub poena privationis Vocis & loci per alios quatuor Menses infligenda monere Pro
vincialem Ut quid sit faciendum determinet

Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia proxime precedentia aprobatum q. Vim
97 habet Constitutionis quo statuitur Ut Presidentes Conventus non possint absque licentia Provin
Const.on cialis aut sui Commendatoris aliquid ex bonis Conventus Consumere nisi tantum pro sustentatione
& Victu religiosorum, & Commendatores ad Capitulum deferant inventarium rerum mobilium sui
Conventus subscriptum Nomine propio, & depositariorum & Presidis qui illi succedit. Predictum autem
inventarium Maneat etiam transcriptum in Conventu teneaturque Preses Novo tradere Commen
datori. Quod si in predicto inventario faciendo, & in computo dati, & expensi, falsa Narraverit Commendator,
arbitrio Diffinitorij secundum qualitatem Culpę puniantur ipse & depositarij, nisi fuerint Coacti a Commenda
tore aliqua subscribere in re gravi, quę Vera non sint, & in hoc casu teneantur Monere depositarij Diffini
torium Provincię, sub poena incarcerationis per duos menses, & culpa Commendatoris probata, Voce activa &
passiva & loco per Unum annum privetur

98 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur Ut Commendatores etiam
intra sex menses proximiores Capitulo Provinciali, possint per diffinitorium a suis officijs privari, nec solum
propter Causas in Constitutione Cap. 23 dist. 2ª expresas, Verum etiam propter alias legitimas ab ipso
Diffinitorio examinandas: qui Vero fuerit privatus, etiam intra dictos sex menses careat sicut officio
iure suffragandi in Capitulo

99 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo stabilitur Ut ante quadraginta dies proximiores Capitulo Generali aut Provinciali fiant preces pro recta directione Vocalium, & Capituli successu, quod servent semper Commendatores quamvis litterae convocatoriae non remittantur.

100 Item Confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo praecipitur Ut praeter Magistrum Novitiorum (~~qui [illegible] novitios a confessione [illegible]~~) semper sint consiliarij domus qui Vicarij Generalis munus obtinuerent, Vel illis defficientibus qui Provinciales. Vel Vicarij Provincialis munere sint functi. ~~[illegible]~~ & his deficientibus qui deffinitores aliquando fuerunt. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ praecedant antiquiores in professione. In Conventu vero ubi non inveniuntur consiliarij enumerati designentur alij a Provinciali in principio sui officij, non autem excedant numerum ternarium Consiliarij nisi fuerint actuales Diffinitores. Addimus q absolute sit Consiliarius Conventus Magister domus Novitiorum & statuimus quod habeat Votum in Capitulo Provinciali eo modo quo illud habent Commendatores, et eius electio in Capitulo fiat a Diffinitorio Provinciali et extra Capitulum a Diffinitorio Provinciae.

§. 17. Circa Redemptionem et Redemptores.

101 Item decernimus Ut pecunias & bona quaecumque ad Redemptionem expectantia intra quatuor menses omnia & singula Monasteria Provinciae Sancti Josephi teneantur remittere ad Conventum S.tae Barbarae Matritensis, & quae sunt in Provincia Conceptionis ad Conventum Sancti Josephi Hispalensem, & quae in Provincia S.ti Raimundi Nonnati ad Conventum Panormitanum qui dicitur de Monte. Curent autem Patres Provinciales summa diligentia praedicta exequi, & in praedictis bonis ad seneandis serventur quae in nra Constitutione pro illorum Custodia stabiliuntur Dist. 2 cp. 20. & poene ibi assignatae contra negligentes irremissibiliter infligantur.

102 Item decernimus Ut Redemptor qui nunc est in Provincia Sicula S.ti Raymundi, & futuris temporibus est eligendus habeat Votum in Capitulo ~~Generali et~~ Provinciali sicut Procuratores Provinciarum & sedem post Diffinitores quia Concordia innita circa Redemptionem cum Reverendissimo P.e Generali Calceatorum solum fuit facta circa Redemptores Provinciarum S.ti Josephi, & Conceptionis, & Electio praedicti Redemptoris Siculi pertineat ad Capitulum Provinciale, & extra Capitulum ad Diffinitorium Provinciae.

§ 18. Circa Novicios.

103. Item Confirmamus decretum per duo Capitula Generalia proxime praecedentia aprobatum quod Vim habet Constitutionis quo stabilitur Ut novitij in die ante Eucharistiae sacrae comunionem non suscipiant disciplinam si dies ante dictam Comunionem sit Dominica Vel alia excepta a disciplina; & praecipimus omnibus non Sacerdotibus quod bis in qualibet hebdomada sacram recipiant Eucharistiam; & similiter declaramus cum praedictis Capitulis Generalibus q nomine Novitiorum in ordine ad disciplinas suscipiendas ante diem Communionis non intelligantur professi, & minus scholastici qui sunt extra domum Novitiatus

Const.on

104 Const.on ~~Item confirmamus declarationem per [illegible] Capitula Generalia [illegible] quod vim habet Constitutionis [illegible]~~

105 Const.on Item confirmamus decretum per tria Capitula Generalia approbatum, quod vim habet Constitutionis, quo statuitur, ut si aliquis ad habitum recipiatur, antequam eius informatio fiat praestet iuramentum coram Prelato, et duobus Consiliarijs Conventus, quod si aliquod impedimentum iuxta nostras Constitutiones factis informationibus occurrerit, patietur ultro ad habitu dimitti, et Prelatus exponat ante iuramentum conditiones requisitas ad habitum nostrum gerendum.

106 Const.on Item confirmamus decretum per tria Capitula Generalia approbatum quod vim habet Constitutionis, quo statuitur, ut informationes Novitiorum iudicentur a Commendatore et Consiliarijs Conventus, et quod sicut sacerdotes Novitij non habent votum in Capitulo nisi post transactum annum a sua Professione ut decernitur cap. 23 dist. 1. in Constitutione, idem intelligitur de illis, qui Diaconatus vel Subdiaconatus ordinem ante receptionem habitus nostri, habuerint.

107. Item confirmamus decretum Capituli Generalis proxime precedentis, quo statuitur ut omnes Religiosi choro deputati, et denuo Professi quamvis sint sacerdotes sub obedientia et subiectione sint Magistri Novitiorum vel Professorum aut studentium per sexennium, et si commode fieri potest intra Novitiatum commorentur. Et in Religiosis ordinandis omnino servetur, quod in cap. 23 dist. 1. nostrarum Constitutionum stabilitur. Fratres vero obedientię subiecti sint dictis Magistris per septenium, et si fieri potest intra Novitiatum habitent, et semel in mense a Magistro cui subijciuntur examinentur circa mysteria fidei, et Vicarius Conventus reliquos obedientię fratres sibi subditos nullo excepto ad prędictum examen congreget semel etiam in mense.

§§ 19. Circa scholasticos

108 Const.on Item confirmamus decretum per duo Capitula Generalia proxime pręcedentia approbatum quod vim habet Constitutionis, quo pręcipitur Prelatis Collegiorum et aliorum Conventuum, in quibus scholastici demorantur, ut actuales scholastici non exerceant officia Janitoris, Refectorarij, Procuratoris, aut Sacristę, nec extra Conventum mittantur ad quęrendas eleemosynas, neque ad alia negotia peragenda sine consensu Provincialis sub poena Privationis suspensionis per quatuor menses irremissibiliter infligenda.

109. Item decernimus ut scholastici post orationem mentalem vespertinam matutinis precibus et laudibus assistant, et post matutinas preces per duas integras horas studijs incumbant, et alia exequantur ut in instructione Collegiorum continentur.

110. Item decernimus, ut in Collegijs Religiosi sacerdotes non scholastici per dimidiam horam tribus in hebdomada diebus, scilicet feria 3.a quinta, et sabbatho moralis Theologię conferentię, sicut in reliquis Conventibus assistant, ut dist. 2 cap. 24 nostrarum Constitutionum exprimitur.

§§ 20 Circa acta et Mandata

111 Item confirmamus statutum et declarationem Capituli Generalis proxime pręcedentis, qua dicitur solum ad Capitulum Generale pertinere, quę ad leges expectant et Constitutiones nostras mutare, addere, vel minuere, et quia in nostris Constitutionibus exprimitur, quod sufficiat maior pars Capituli

Generalis ut in eodem Capitulo conferantur, quod ad mutationem, vel additionem Constitutionum pertinet, et non declaratur, an necessarius sit maior numerus suffragantium ut dicta decernantur, et Praeses Capituli teneatur confirmare (toto Capitulo Generali praesente consentiente) statuimus et declaramus quod ad mutandum in toto Constitutionem ad mores et vitam communem nostram pertinentem non sufficiat maior pars Capituli, sed necessarium sit quod nullus Vocalis dissentiat, neque a summo Pontifice sine praedicto consensu possit aliquam Bulla aliqua circa id impetrari sub inhabilitatis perpetuae poena ipso facto incurrenda. Ad minuendum aliquid vel addendum aliquid contra vel supra Constitutionem in ordine ad mores, necessarius sit consensus duarum partium Vocalium Capituli Generalis, quod si ex omnibus Vocalibus non constent tres partes aequales tota quae supersunt ad tres partes aequales non computentur, verbi gratia si decem et sex sunt Vocales duo partes ex his sunt decem, quae sufficiunt ad praedicta decernenda, nam tertia pars aequalis dicti numeri sunt quinque Vocales, et superest unus Vocalis, qui non computatur. Et similiter si sint Vocales decem et septem duae partes aequales huius numeri sunt decem, et tertia pars quinque et supersunt duo, qui non computantur. Si vero aliquid non solum in parte sed in toto in Constitutionibus conveniat addere, vel minuere, vel omnino mutare, quod duntaxat ad gubernationem pertineat per duas partes aequales dicto modo, quo supra decernantur. Ad interpretandum autem Constitutiones sive ad Gubernationem, sive ad mores pertinentes sufficiant etiam duae partes aequales Vocalium modo praedicto.

112 Item confirmamus Decretum Capituli Generalis proxime praecedentis, quo praecipitur ut nullum praeceptum formale sanctae obedientiae aut censura a quocumque Praelato etiam Patre Vicario Generali Comunitati impositum vim habeat ligandi nisi imponatur in scriptis exceptis censuris et praeceptis quae in Capitulis Visitationis voce tenus imponi solent. Visitatores vero omnes facultatem non habent aliquid mutandi, addendi, vel diminuendi supra Constitutionem in his quae ab illa praescribuntur et ad totam Communitatem attinet.

113 Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo statuitur ut mandata et praecepta quae a Visitatoribus pro bono regimine Conventuum et Constitutionum observantia relinquuntur in Domibus Visitatis non expirent (exceptis censuris) etiam si defecerint Visitatorum officia nisi praedicta mandata in ultima Visitatione relicta in fine triennij vel sexennij a Visitatore sequenti (nota a la margen) ~~fuerint~~ mandata vero et censurae Provincialis aut Visitatoris eiusdem in prima Visitatione relicta vim habeant usque ad 2.ª eiusdem in qua si non confirmentur maneant abrogata: et idem sit de mandatis et censuris Patris Vicarij Generalis et eiusdem Visitatoris in prima Visitatione relictis respectu 2.ª Visitationis. [margin: Visitator ... confirmet ... illa ...]

114. Item Confirmamus decretum Capituli Generalis proxime praecedentis quo praecipitur ut acta Capituli Generalis et Provincialis committantur duobus Diffinitoribus respective a Diffinitorio designandis, qui postquam Praelato et Praesidi Capituli disposita ab ipsis manifestaverint, et eadem in Diffinitorio legerint, et Diffinitorium approbaverit a Secretario in Libro Prov.l aut Religionis scribantur, assistente saltem aliquo ex Diffinitoribus praedictis, quibus sub formali praecepto mandamus ut nullum verbum addere aut subradere possint postquam in Diffinitorio acta fuerint lecta et aprobata.

115 Item Compromisit Diffinitorium in Patrem nostrum Vicarium Generalem et religiosos ab eo nominandos ut instructiones Novitiorum et Collegiorum, et ea quae ad Gubernationem Hospitij Romani pertinent disponat, et quae ab eo fuerint disposita ex nunc pro tunc Diffinitorium Generale aprobat et confirmat, et tanquam praecepta illius observari praecipit.

116. Item Compromisit in praedictum Patrem ~~Vicarium~~ Vicarium Generalem et Patrem Diffinitorem Generalem

Provinciæ Conceptionis fratrem Joannem a Sto Ysidoro eaque ad Gubernationem Monialium expectant, & ab eis dispensanda exenane pro tunc approbat & confirmat

117 Item Concessit Diffinitorium Generale Venerabili Patri fratri Gaspari a Regibus in Provincia Conceptionis quondam Vicario Provinciali Ut eius meritis attentis fiant suffragia in eius obitu sicut fiunt pro Patribus qui Provincialis munere functi sunt

118 Denique de assignatione Conventus pro Capitulo Generali celebrando in Vigilia Pentecostes anni futuri Millesimi sexcentesimi quinquagesimi quinti fuit actum, & omnium Vocalium Consensu fuit assignatum Coenobium Corporis Christi situm in Villa deel Viso prope Hispalim in Provincia Conceptionis si placuerit Excellentissimo Dno Duci Metinæ Sidoniæ ad quem expectat iure Patronatus Generalis Nræ Recollectionis Monasterium pro Capitulo Generali nominando celebrando nominare

Instructio Pro Patre nostro Vicario Generali.

119 Item approbat Diffinitorium Instructionem Patris Nri Vicarij Generalis cum insertis Capitulis sequentibus.

1o Decernit Ut nulla ratione Pater noster Vicarius Generalis patiatur per longum tempus Commendatores a suis Conventibus abesse

2o Ut summa brevitate conetur quod Praxis Iudicialis Religionis expediatur & interim observetur ea quæ circumfertur typis expressa a fratre Petro ab Angelis discalceato Carmelita, Praxim autem Iudicialem Religionis a Patre nro Vicario Generali approbandam, simul cum Diffinitorio utriusque Provinciæ servandam præcipimus

3o Decernit præsens Diffinitorium Generale quod Pater noster Vicarius Generalis, & Provinciales quantum fieri possit non deferant secum fratrem Obedientiæ etiam pro itinerando

4o Decernit Ut Pater noster Vicarius Generalis curet in singulis Provincijs quod Patres Provinciales faciant conscribere Vitam & mores Religiosorum qui cum fama Virtutis obiere, & in Religionis libro eorum nomina transcribantur

5o Relinquit Arbitrio Patris Nri Vicarij Generalis quibus Religiosis Concedendæ sunt Capsulæ clavibus obsignatæ, & præcipit præsens Diffinitorium Generale quod Capsulæ Diffinitorum obsignentur clavibus quarum usus non pateat Communi Clavi Commendatoris, & quod prædictæ Capsulæ Visitari non possint a prædictis Commendatoribus, sed eas Pater Provincialis Visitet adstante Diffinitore Cuius Capsula Visitatur.

Instructio pro Patribus Provincialibus

120 Item approbat præsens Diffinitorium Generale Instructionem Patrum Provincialium Cum insertis Capitulis sequentibus.

1o Patres Provinciales Vagabundos Religiosos in Conventibus & supplicio afficiant, & occupatione exercendos curent.

2o Ut Novitiorum informationes ante illorum receptionem ad habitum si fieri potest habeantur

3o Maximopere invigilent circa Confessores Monialium, nec facile removeant eos quos pro excipiendis illarum Confessionibus assignarunt nisi aliquod inconveniens certo noverint.

4o Nullatenus concedant absque socio licentias adeundi in Patriam & si alicui Concedenda est prædicta facultas sit de Consilio Patris Nostri Vicarij Generalis

5°. Non permittant extra Conventum q Religiosi in domibus Secularium frequenter Comedant quod si alicui ad id Concedenda est facultas sit iuxta prescriptum Nostrarum Constitutionum quę rarissime Concedunt religiosis extra Conventum Comedere Ut Constat ex cap. 24. dist. 1. §. nulli fratrum. Si autem frequentior licentia Concedatur a Prelatis fiat de Consilio Patris Nri Vicarij Generalis, & sine eiusdem facultate Nullus religiosus absque socio domos secularium adeat =

6°. Caveant Patres Provinciales q in Conventibus Santissimum Eucharistię sacramentum per totius Octavam, & in festis Beatę Marię & Sti Michaelis & alijs in Constitutione expressis dist. 1a. c. 6. publicę pateat Venerationi, nec facile admittant excusationem Paupertati Conventus quam pretendere solent Commendatores, ne id exequantur. =

7°. Non permittant quod nomine festorum Apostolorum inteligantur alia festa ipsorum preter eorum natalitia Ut omittatur Disciplina aut ieiunium. =

8°. Nullamodo patiantur in tempore Carnis privij q Commendatores Concedant subditis non infirmis Usus Carnium sed serventur ieiunium sicut alijs diebus quibus ieiunatur =

9°. Non permittant extra domos Novitiorum quod Religiosi Choro deputati seorsim recreentur sed cum alijs religiosis Communi intersint recreationi. =

10. Non patiantur Commendatores per longum tempus extra Conventus abesse, neque ante prefi cisum tempus Capituli Provincialis a suis Conventibus egredi, neque ante ipsorum egrarum Presides Nominare =

11. Patres Provinciales respective in suis Provincijs Moneant Commendatores sibi subditos Ut Provinciales aliarum Provinciarum magna Veneratione excipiant, nullus q Commendator audeat illorum Epistolas tam ab illis missas, quam ad eos directas, aperire aut detinere, =

12. Item Patres Provinciales Presentibus Diffinitoribus quanta debeat Veneratione eos tractare, moneant Commendatores, neq socios alijs Religiosis audeant consignare, & si que Commendatores in Diffinitoribus Viderint emmendatione digna secreto admoneant, quod si ad moniti se non correxerint Patri Provinciali denuntient, qui in eos animadvertat, & supplicia inferat illorum attenta qualitate. =

13. Item Provinciales pro singulis Conventibus sibi subiectis nominent Consiliarios, & Secretarios Conventus pro rerum & negotiorum Conventus Causa Cuius testimonię in his quę ad Conventum expectant publicam fidem faciant, & quę sine Secretario publice agenda sunt nulla & irrita sint, & sicut predicitur Secretarij iurent fidelitatem & secretum servare sicut iurant Patres Consiliarij. Et Iuramentum fidelitatis et secreti a Patribus Consiliarijs propriandum recipiat Commendator, & iuramentum Commendatoris Patres Consiliarij, & Commendator & Consiliarij recipiant Iuramentum Secretarij Conventus. =

14. Presens Diffinitorium Generale precipit Provincialibus Ut suis Secretarijs Concedant clavem qua obsignetur illorum Cella, et id etiam habeat Secretarius Generalis, tam pro sigillis Ordinis servandis, quam pro alijs rebus ad superiores pertinentibus. =

15. Decernit Ut sub formali precepto Obedientię Provinciales precipiant Procuratoribus Generalibus sibi subiectis quod non possint Causas aut litigia secularium aut alia negotia tractare,

absque expresa licencia in scriptis eorumdem Provincialium in qua exprimenda est causa aut negotium tractandum, et idem precipimus sub eodem precepto, quod Commendatoribus observare iubeant respectu suorum subditorum, & illis presenti decreto Concedimus quod circa hoc formale precepto obedientie suis subditis possint imponere ——

Item fuerunt presentate Diffinitorio Generali petitiones predicte infra —.

1ª fuit Patris Procuratoris Generalis Romane Curie fratris Ioannis a Regibus cum epistola commendatitia Eminentissimi Dni Protectoris Cardinalis de la Cueva data Rome die trigessima prima Januarij Anni Currentis que continebat quod redditus Patrone Matritensis Dne Eluire Manrrique de Lara quos ipsa quondam hospicio Romano legauerat eidem contribuerentur, insuper monebat alia que ad Gubernationem predicti hospitij Romani pertinentia, & fuit arbitrio Patris Nostri Vicarij Generalis remissum quid circa hoc faciendum sit. =

2ª petitio fuit Monialium Prouincie Conceptionis que continebat, quod matutine precar & laudes hiberno tempore ad octauam noctis horam, verno vero ad nonam recitarentur, quod fuit remissum Nostro Patri Vicario Generali =

3ª Petitio fuit fratris Didaci a Conceptione religiosi professi Prouincie Sti Josephi que continebat monita quedam ad hospitium Romane Curie pertinentia; que fuit remisa Patri Nostro Vicario Generali.

4ª Petitio fuit Patris fratris Josephi a Sto Anto[illegible] qua exigebat ut suffragium quo uti Redemptor Prouincie Sicule fruebatur non obstante Concordia innita circa Redemptionem cum Rmo Generali Calceatorum firmum esset; quod fuit Concessum & insuper quod dictus Pater Redemptor in Diffinitorio Generali assisteret pro rebus pertinentibus ad Prouinciam Sti Raimundi ac fieret Diffinitor predicte Prouincie, attenta absencia vocalium eiusdem Prouincie qui non interfuerunt presenti Capitulo Generali. Insuper aliam petitionem exibuit circa religiosos predicte Prouincie qui absque licencia fugiunt ad Romanam Curiam, que fuit remissa Patri nostro Vicario Generali cum alia petitione eiusdem Patris Redemptoris circa bonum regimen dicte Prouincie Sti Raimundi ——

Item fuit exhibita Diffinitorio epistola Doctoris Jacobi Joannis Vives qua petebat quod illi exhiberentur memorie Religiosorum qui cum sanctitatis opinione obiere, & aliorum litteris vel honore aliquo insignitorum, & fuit iussum quod frater Petrus a Sto Cecilio Coronographo Generali predicta exequatur, & nro Patri Vicario Generali tradat que circa hec inuenerit

Vltima petitio fuit fratris Bartholomei de la Encarnacion Prouincie Conceptionis religiosi professi qua petebat ut ipsius Parentibus egestate oppressis, aliquod subsidium tribueretur; & fuit resolutum quod Conuentus in quo dictus Pater fuerit Conuentualis tribuat quotidie unum argenteum pro victu & sustentatione Matris predicti. =

Comitia hec Generalia finita fuerunt tertio Kalendas Junij anni Domini Millesimi sexcentessimi quadragessimi noni, in hoc almo Cenobio Sancte Cecilie Ville de Ribas Toletane Diocesis, que omnia cum omnibus & singulis decretis huius Sancti Capituli & Diffinitorij Generalis cedant in maiorem Dei gloriam eiusque Purissime Matris Virginis Marie Domine ac Patrone nostre, necnon Sanctissimi Patriarche S. Patris nostri Petri Nolasco

et Divi Josephi Deiparæ Sponsi, & aliorum Ordinis et Ecclesiæ Sanctorum

En el §9. acerca de todos acta 47 al 2. renglon testado Diffinidores. || Valga. = acta 49 entre renglones al segundo || Ut declaratum fuit in proximo præcedenti Capitulo Generali. || Valga = acta 60 en la primera linea entre renglones || toto || Valga. = acta 76 linea 1.a entre renglones || declarationem a proximo præcedenti Capitulo Generali factam quæ decernitur || Valga. = acta 82 linea 5.a testado || Generalem || no Valga = acta 113. linea 4.a a la margen || denuo videantur & si illa exprese non confirment censeantur abrogata || Valga

Fr. Franciscus a Sto. Joseph 50.
Viccarius glis. electus

Fr. Joannes a Spu. Sto. Provlis.

Fr. Emmanuel a Hierarchia

Fr. Didacus a S. Paulo diffor.

Frater Antonius a S. Fran. deffi.

Fr. Gabriel ab incarne. Diffor.

Fr. Joannes a S. Isidoro Dffr.

Fr. Ferdinandus a S. Josepho Diffr.

Fr. Joanes de Cruce Diffor.

Fr. Joseph a Diffnto. Recdo.

Fr. Franc. a Sancto Joanne Diffr.

De mandato P. N. Vicarij Genlis. et totius Diffinitorij

Fr. Joannes a Sta. Maria ... Secretarius & Capituli

JHS Mª Joseph

In nomine Santissime Trinitatis Patris Filij et Spiritus Sancti, Sub protectione Santissime Virginis Mariæ De Mercede Redemptionis Captiuorum Dominæ, ac Patronæ nostræ

En la Villa del Viso diocessis de Seuilla en la Andaluçia y Prouinçia de la Concepçion dentro del Conv.to del Corpus Xpi de descalzos de nra S.ra de la Mer. Rdon de Captiuos, en veinte y nueue dias del mes de octubre deste presente año mil y seiscientos y cinquenta y dos, Martes en la tarde, Auiendose juntado para la Celebraçion del Capitulo General Conforme a nuestra sagrada Constituçion y Breues de la Sant.d De Gregorio decimoquinto y Vrbano octauo. Nro Padre fr. Juan del Espiritu santo Presidente General Electo, por muerte de nro P.e fray Fran.co de S. Joseph q. sea en gloria y Presidente del dho Capitulo, y el P.e fr. Juan de los Angeles Prouinçial de la Prouinçia de la Concep.on, y el P.e fr. Jacinto de S. Joseph Vicario Prov. de la Prouinçia de S. Joseph, y los Padres difinidores fray Pedro de S. Cecilio, fr. Geronimo del Espiritu S.to, fray Fran.co de la Passion, y fray Gil de la Cruz, de la Prov.a de la Concep.on; y los Padres difinidores fray Adrian de la Madre de dios, fr. Dionisio de S. Jacinto, fray Justo de S. Joseph, fray Nicolas de la SS.ma Trinidad de la Prouinçia de S. Joseph; y el P.e fr. Joseph de Santo Antonio diffor de la Prov.a de San Ramon en el Reyno de Sicilia, y el Padre fray Pedro de S. Alfonso Pdor General de dha Prouinçia de la qual no se hallaron mas votos, Vnos por auerse escusado por viejos y achacossos, como consta de cartas q. inbiaron a nro P.e fr. Fran.co de S. Joseph, y otros q. aunque estauan para se enbarcar no se a tenido auiso de su resoluçion o viage; y los Padres fray diego de S. Joseph ~~alias izquierdo~~ Pdor Gen.al de la Prouinçia de la Concep.on y el P.e fr. Juan de S. Joseph alias izquierdo, Pdor Gen.al de la Prouinçia de S. Joseph que por todos son quince votos, ligitimam.te Congregados y Calificados por votos para la Eleccion de Vicario General de la dha Recoleccion por nro Padre fr. Juan del Espiritu santo Pres.te General y del Capitulo

Y auiendo leydo el nonbramiento del Ex.mo S.r duque de Medina Sidonia Patron Gen.al de nra sagrada Religion firmado de su n.e y Refrendado de su secretario Don Cipriano de la Cueua y Galeana dado en la Ciudad de [illegible] en Catorce dias del mes de setiembre deste pres.te año en que asignaua por Casa Capitular el Conuento del Corpus Xpi de la Villa del Viso — y el infra escrito secretario ley Vna Patente de nro P.e Pres.te General Presidente de dho Capitulo, en que mandaua con precepto formal de obediençia si auia alguno con algun impedimento de Ex.on, suspension, dentro dho se sabiese el difinitorio por ser inhabil para Votar en dha eleccion, o si alguno de los Presentes sabia que alguno tubiese tal impedim.to lo declarasse para que el difinit.o diesse y determinase lo que se deuia hacer; y luego nro P.e Presidente General y del Capitulo mando leer los difuntos que auian fallecido en las Prouincias desde el Capitulo General pasado hasta oy, y se hiço por ellos la commemoraçion q. m.da nra sagrada Constituçion

Y en la misma session se hiço notorio a todos los dhos vocales el decreto de la S.ta Inquisiçion q. se manda guardar siendo obedeçido de todos. Y luego incontinenti Nro Rmo P.e Presidente General [illegible] con la [illegible] exibio ante todos los Vocales Vn pliego cerrado del Eminentissimo S.r Car.l de lugo Protector de nra sagrada Religion en cuyo sobre escrito lo significaua diciendo assi, Al P.e Vic.o G.l electo en su Capitulo plena en la primera session del Cap.o G.l, a del Em.mo Car.l Protector, y en presencia de todos fue [illegible]

abierto el dho pliego y leido publicamte. en que estauan algunas aduertencias q el Rmo. Gl.
hacia en orden al gouierno publico de todas n̄ras familias y auiendo de todos sido oydas y ad
vertidas, Con la affirmacion que se deue se remitio la respuesta y satisfacion a nro. Rdo. Vic.o Gl.
que fuese electo en dho Capo. y luego nro. Pe. Pres.te General y del Capitulo en cumplimiento
de lo que acerca de esto dispone n̄ra Sagrada Constitucion les hiso vna platica espiritual en que les
exortó afectuosamente pusiesen los ojos en persona de ciencia, virtud y prudencia para
hacer la dha eleccion, post posito omni odio, pretio, amore, et timore, procurando la mayor glo
ria de Dios n̄ro Sr., y el bien y augm.to espiritual de n̄ra Sagrada Religion sin atender a otros
fines ni respetos particulares mas que al seruicio de n̄ro Sr. y auiendo segunda vez dho
nro. Pe. fr. Ju.o del espiritu S.to Pres.te Gen. y del Capitulo al diffinitorio si hallauan algun impedi
mento en alguno de los voccales para que no lo fuese en este Capo. no se halló, ni dieron causa
alguna y con esto absoluio esta primera sesion

Y el dia siguiente miercoles por la mañana q se contaron treinta del mes de octubre del dho año
auiendose dho la missa del espiritu S.to y predicado el sermon literal como es de costumbre
y dho el himno Veni creator Spiritus con lo demas q n̄ra Sagrada Constitucion dispone, auiendo
amonestado nro. Pe. Pres.te Gen. vna dos y tres veces, que el que tubiese algun defecto por
el qual no pudiese votar en el dho Capo. se saliese de el, y tomado juram.to a los vocales sobre
vna Cruz y Missal de que eligirian por Vicario General a la persona mas combeniente
y digna de dho officio, se procedio a la eleccion y votando todos por votos y cedulas secretas
que yo el infra escrito Sri. de mi letra di a cada uno de los vocales, llegandolas a regular, se ha
llaron diez cedulas con el nombre del Pe. fr. Juan de la Presentacion, y tres cedulas con el n.e
del Pe. fr. Ju.o del espu. S.to Pres.te Gen.al, y vna cedula con el n.e del Pe. fr. Adrian de la M.e de Dios
y otra cedula con el n.e del Pe. fr. Juan de S. Ysidro q por todas son quince segun el numero de los
electores con que quedo hecha la eleccion canonica y legitimamente en la persona de nro.
Pe. fr. Juan de la Presentacion; el qual por hallarse ausente y conbentual en el Conv.to de
la Ciu. de Xerez de la frontera, nro. Pe. Pres.te Gal. y diffinitorio mando a mi el dho secretario
que luego me partiese a llamar al dho nro. Pe. fr. Juan de la presentacion (como al punto lo hice)
lleuandole carta de nro. Pe. Pres.te Gen.al y otros dos Pes. diffres. en que se le daua auiso de su elec
cion, suplicandole se viniese luego a aceptar dho offo. de Vic.o Gen.al con cuya disposicion se par
tio su R.a en mi compañia, y llegando a este dho Conv.to el visto sabado despues de medio dia
que se contaron dos dias del mes de nov.e deste pres.te año, y auiendo juntado nro. Pe. Pres.te y el
Vic.o Gen.al electo se le tomo el juram.to que disponen n̄ras sagradas Constituciones, el qual hizo
su R.a delante de todo el diffinitorio y de mi el ynfra escrito secretario del Capo. el qual hecho
todos los vocales le dieron la obediencia dentro del conclaue de donde fue lleuado en pro
cesion cantando el Tedeum laudamus a la yglesia adonde le tornaron a dar la obediencia
los dhos voccales, y assimismo todos los religiosos conv.les y guespedes que se hallaron en este
Conv.to reconociendole por su Vniuersal legitimo canonico y verdadero prelado con
que se dio fin a esta sesion /// Y despues de todo lo dho nro. Pe. Vicario General electo
la tarde de dho sabado mando juntar a los Pes. Presidente Gen.al Pror. de la Prov.a de la con
cep.on, Pe. Vicario Pro.al de la Prov.a de S. Joseph y Pes. diffres. de las Provincias, los quales con
forme a lo que disponen n̄ras sagradas Const.nes solam.te tienen voto en las demas acciones
del Capo. y juntos y congregados les propuso su R.a el modo q se auia de tener para pedir la confir
macion de su offo. al Rmo. Pe. General de la obseruancia, y todos con n̄ro Pe. conbinieron en que
n̄ro Pe. Pres.te General como quien lo auia sido de la eleccion pidiese dha confirmacion como lo
hiço por vna peticion en forma juridica; certificacion de la eleccion del Capo. de como auia sido canonica la
eleccion, que todo fue en vn pliego con carta pa el Rmo. Pe. Gen.al y remitida al Pe. fr. Antonio de la con

Concepcion Comend.r del Conv.to de S. S. Joseph de la Ciu.d de Sevilla, adonde se tenia noticia estava el R.mo. Y luego incontinenti N.ro R.mo Vicario Gl. Electo propuso a todos los Vocales que para el dia siguiente se avia de hacer la elección de Procurador General de la Curia Romana amonestandoles y en Cargandoles con todo afecto y Celo del mayor lustre de n.ra Religion pusiesen los ojos en Una persona q tuviese las Calidades y Condiciones q n.ra Sagrada Constitucion dispone, y Con esto se dio fin a esta Sesion

Y otro dia Domingo por la mañana q se Contaron treinta del mes de nov.e de sobred.o año se procedio a la Eleccion de Procurador Gen.l de la Curia Romana y Votando por Votos secretos como dispone n.ra Sagrada Constit.on Llegando a Regular los Votos se hallaron trece cedulas con el nombre del P. fr. Joseph del espiritu Santo (Actual com.r de Vatt.) que tantos eran los electores, con que se mando publicar dha eleccion de Proc.or de la Curia Romana, hecha en la persona del d.ho P.e fray Joseph del espiritu santo. el qual hiza el juram.to q m.da la Constitucion ante el difinitorio pleno de la Provincia de S. Joseph

Assimismo se notifico a todo el Difinit.o en el Conclave Una patente de n.ro R.mo P.e fray Juan de la Present.on Vic.o Gl. Electo firmada de su nombre sellada Con el sello mediano de su off.o y refrendada por mi el S.rio del Cap.o suffici.e en d.ho Conv.to en dos dias del d.ho mes y año, por la qual manda a Cada Uno de los Capitulares en Virtud de el espiritu santo y s.ta obedi.a sub pena de ex.on mayor latæ sententiæ trina canonica monitione præmissa ipso facto incurrenda, q ninguno dellos directe o indirecte trate cosa alguna de las que pasaren en d.ho difinit.o con el Voto Religioso ni seglar alguno, ni entre si mismos, en lugar, o modo que pueda ser entendido de otras personas

V Y despues de todo lo susod.ho hizo juram.to en presencia de mi el Secret.o del Cap.o de guardar y observar todas las Condiciones Contenidas en la Escritura de Concordia ffa. entre la descalcis y n.ros P.es de la observancia en lo tocante al ministerio y exercicio del Voto de Redencion como en ella se contiene

V Statuta et declarationes Constitutionum facta in Capitulo Generali ordinis Scalceatorum B. Beatæ Mariæ de mercede Redemptionis Captivorum die 29 octobris anni d.ni 1652 celebratam apud almum Cenobium Corporis X.pi oppidi del Viso, Hispal. Diocesis. Ubi in generalis Ordinis ministrum Canonice electus fuit Paternoster Frater Joanes a Presentatione, Presidente Paternoster Fratre Joanne a Spiritu S.

V Quando in principio statuti hoc Verbum Constitutio inveniatur, inteligat lector idem statutum Vim habere Constitutionis, eo quod a tribus Capitulis Generalibus Continuis stabilitum fuerit. quando vero dicitur, Secundo statuitur, inteligatur id esse a duobus inmediatis Capitulis Generalibus ordinatum. Quando autem prænotatur Primo statuitur, id sciatur ab hoc tantum Capitulo Generali decretum.

§ I

Circa difinitorium Gle. et Pro.

I Primo statuitur. Vicarius Gen.lis in ipso Capitulo, in quo fuerit electus, iuret observare Concordiam initam cum R.mo Gen.li Magistro & Fratribus observantis n.ri ordinis circa ministerium Redemptionis Captivorum, ut in ipsa Continetur, sicut et Paternoster Frater Joanes a Presentatione observandam iuravit

2. Constitutio. Nomine Diffinitorij Glis et Provincialis ad examen legitimationis Voccalium ante
electiones contr[illegible]que decisionem circa ipsos, solum intelliguntur Patres Vicarius
Gen. Provinciales, seu Vicarij Provinciales, qui per electionem officium obtinuerunt necnon
et diffinitores, non vero alij Capitulares =

3. Constitutio. Penam Gravissime culpe in nris Constitutionibus Dist. 2. Cap. 11. circa finem
expressam intelligendam esse declaramus penam Gravioris culpe =

4. Primo statuitur. Cum Capite 3. Dist. 2 nrarum Constitutionum, Voccalibus ad capitulum Gle venien-
tibus ante vigiliam vigiliæ Pentecostes pena arbitrio diffinitorij applicanda sit, et capite 7 eius-
dem dist. Voccalibus ad Capitulum provinciale ante tempus præfixum venientibus pena Gravioris culpe minime
relaxanda imponatur: Declaramus standum esse in utroque Capitulo dispositioni predicti
Capitis 3 =

5. Constitutio. In prima sessione Capituli tam Generalis quam Provincialis, imponatur ab eo
qui preest preceptum in scriptis Voccalibus omnibus ac singulis, quod si aliquod impedimentum, ex-
communicationis, suspensionis, et interdicti, vel aliud quodcumque Canonicum, seu legitimum quod probari possit notorie
in aliquo ipsorum reperiatur a quolibet qui illud sciat, antequam ulterius procedatur, declaretur
illo vero probato expelatur a Capo qui tale patitur impedimentum =

6. Primo statuitur. In utroque Capo tam Gli quam Pro ante electionem preses moneat Voccales
ne aliquem eligant qui impedimentum aliquod Canonicum seu legitimum predictum ex supra
relatis, habere dignoscatur =

7. Primo statuitur. Quando preses Capituli Glis aliquo impedimento legitimo et canonico laborat
quod notorie possit probari in ordine ad presidentiam seu electionem; tunc idem Capitulum per
secreta sufragia alium presidem eligat, qui presideat donec dubium ipsum decidatur. Si
impedimentum declaratur. Si autem de impedimento legitime constet, ipse preses denuo electus
in futura Vicarij Glis electione presideat. Controversie autem omnes que ante vel post e-
lectiones sese obtulerint decidantur iuxta id quod decernitur Cap. 15. Dist. 2. nostrarum con-
stitutionum § 1. imprimis. et resolutioni a diffinitorio facte nullus se opponere audeat, aut
ipsam contradicat sub penis ibi contentis =

8. Primo statuitur. Si vaccante Vicariatu Gli Pro. Glis sue Provintie, vel aliquis ex Diffinitoribus, aut
Commendatoribus, in presidem Generalem eligatur, vel in Vicarium Prolem aut in diffinitorem
omnes sic promoti (si ipsi ante hanc electionem officia pristina sponte et absolute non renuntia-
verint) post Capituli absolutionem quo novus Vicarius Glis electus est, antiqua offitia que veli-
querunt reassumant, et nova adque in interim electi fuerunt, relinquant, ita ut Provintia ad
eumdem statum revertatur quo erat ante predictas in interim electiones et assumptiones.
Et hoc intelligatur a die quo Pater noster Frater Franciscus a Sancto Josepho vita functus est, et in posterum
Si autem aliquis Diffinitor seu Voccalis tempore Capituli Glis infirmitate aut aliquo legitimo
impedimento laboret, nec offitium renuntiare velit, ad renuntiandum compeli non possit, nec alius
in eodem offitio in interim eligatur, ut ad capitulum [illegible] veniat =

9. Constitutio. Ante electiones Vicarij Glis et Pro. Glis Preses absolute ad [illegible] Voccales omnes, a [illegible]
tione prescripta Capit 21. Dist. 2. ante § [illegible] et [illegible] Dist. [illegible]
ex iure vel ex privilegio possunt ab omni impedimento [illegible] habetis =

10. Constitutio. Si Vicarius Glis post acceptam [illegible] offitij [illegible] velit [illegible]
re, si renuntiatio fiat intra Capitulum Gle [illegible] Capitulo [illegible]
superetur. Si vero fiat extra Capitulum [illegible] diffinitorijs [illegible]
Wandalia et sancti Josephi in Regno Castellæ per vota secreta [illegible]

nec predicta Diffinitoria simul congregentur, sed ut unumquodque in sua Provintia renuntiatio nis predictae caussas examinet. Auditus Vicarius Glis renuntians, determinet Diffinitorium quod primo examinet an acceptanda sit huiusmodi renuntiatio, ut possit expressis ratio nibus illius remittere quae decreuit, et rationes decreti, ad allicd Diffinitorium, et subscribant suffragantes in dicta aceptatione renuntiationis Vicarij Glis. Renuntiatione tamen admissa allius ex provintia eius qui renuntiauit, in presidem Gnlem a suo Diffinitorio, Canonice eligatur usque ad Capitulum proxime sequens. Sabato post Semestrem Celebrandum

11 Constitutio. Renuntiatio, Pro^li a Diffinitorio suae Provintiae aceptetur, prius tamen moneatur Pater noster Vicarius Glis, cuius consensus expectandus est ad dictam renuntiationem acceptandam. absenta vero dicto Viccario Gli et intra viginti dies Provintiam non adueniente, neque mitente qui in Diffinitorio Pro^li illius loco presideat, congregetur Diffinitorium, in quo Pro^lis renuntians assiscat (sine voto tamen in ordine ad renuntiationem admitendam, cum iam proprium ex pressesit) et admissa per sufragia secreta renuntiatione predicta in electione Vicarij Pro^lis sequentis Votum habeat cum reliquis Diffinitoribus et Procuratore Provintiae. Si tamen aliquis ex his defuerit nec monitus aduenerit, tempore a Diffinitorio pro dicta electione asignato, sit electio valida cum presentibus ———

12. Constitutio. Quid quid in Diffinitorijs Generali et Provintiali, sive intra sive extra Capitulum decidendum proponitur, prius consulatur in voce et expendantur rationes, incipiendo a Diffinitoribus in Professione minus antiquis usque ad presidem, ita ut uno loquente allius non loquatur et postea decidatur, vel voce tantum, vel per vota secreta, scilicet per schedulas, aut calculos albos et nigros juxta qualitatem rei decidendae ———

13. Constitutio. Processus et Causae Juditiales Religiosorum tradantur a Viccario Gli. et provintialibus, transactis suis offitijs, ex provintiales sub formali precepto sanctae obedientiae teneantur eos illis facere inventarium et diffinitorio Provintiae tradere, ex cuius consensu Causae quae asservari debent serventur sub claui in loco securo, et quae rescindi comburantur. Idem faciat sub eodem precepto formali Pater Viccarius Genlis respectu Causarum quae ad Provintias pertinent ———

14 Secundo statuitur. Viccarius Genlis aut Provintiales non possunt rescindere, comburere, aut delere Processus, Caussas, schedulas, aut quodlibet aliud scriptum pertinens ad aliquam religiosorum Causam, nisi talia processus, Causae, schedulae, aut scripta expectent ad Religiosum Defunctum ———

15 Constitutio. Ad recipiendum iterum nouitios ab habitu semel expulssos preter examen et informationem a Conventu faciendam, adsit etiam consensus Diffinitorij Provintiae, sine quo habitus non tradatur, neque alterius ordinis Religiossi etiam nostrae obseruantiae, sine sufragia Conventus, primo non convenerint, ad habitum possint admitti in alio conventu, sed iterum in eodem proponi possunt, ut admitantur, et non ultra. Idem fiat cum omnibus qui habitum nostrum postulauerint, qui semel in uno Conventu dimissi in alio non recipiantur ———

16 Constitutio. Possessiones Conventuum, redditus, et bona quaecunque sive immobilia, sive pretiosa mobilia, nulli liceat ordinis nostri vendere, aut alienare, aut aliquo modo commutare, neque Contractus a Sacra Congregatione Concilij SS. Domini nostri Papae Prohibitos exercere, sine licentia in scriptis Diffinitorij Provintiae, et consensu maioris, et sanioris partis illius conventus, ad quem pertinent illa bona. Sic enim concordamus duo nostrarum Constitutionum Capita, scilicet 18. et 26. [illegible] 2. Insuper idem precipimus observandum in conferendis Patronatibus Conventuum, aut sacelli celebrium, aut alienandis semel ceris perpetuis quae sunt in sacellis maioribus. Prohibentes Contra predictam facientes, (numquam in casibus a iure permissis) Censuris et penis inhabilitatis perpetuae absolute et ab eadem Sacra Congregatione taxatis subjiciant. Preter consensum vero maioris, et sanioris partis conventus, exigimus etiam territoriorum [illegible] conditionum de [illegible] ut [illegible] conueniat [illegible] Circa predicta, quod debet Diffinitorio supra manifestari ———

17. Constitutio. Abrogamus Clausulam Capit. 24. dist. 2. nostrae Constitutionis, qua dicitur: Statuimus nec Regentes etiam de sui Capituli consensu, posit librum aliquem alienare sub pena privationis ab officio per unum annum.

18. Constitutio. Ad privationem Commendatoris, et acceptationem renuntiationis officij eiusdem, et ad electionem novam alterius. (et id non intelligatur de reliquis Vocalibus Capituli generalis, et Provintialis, excepta Vicarij Generalis electione, in qua debet etiam suffragium habere Procurator Generalis Provintiae) et ad expulsionem Religiossi professi ab habitu, vel ad aliquam graviorem penam infligendam, non posit de solo Provintialis procedere nissi cum quatuor diffinitoribus Provintiae et voto eorum consultivo et decissivo. Aliter sint nullae omnes et singulae sententiae necnon et acceptationes, electiones, aut privationes predictae, non obstante Cap. 18. dist. 2. et aliis nostrarum Constitutionum, quibus per tria Generalia Capitula Continua fuerunt addita omnia predicta. Idem etiam debet observari a Patre nostro Viccario Generali, quantum ad electiones, et privationes predictas.

19. Secundo statuitur. In ordine ad Caussas Judicandas posit circa predicta Viccarius Generalis procedere iure ordinario, cum voto decissivo duorum diffinitorum, quin egeat quatuor diffinitorum voto decissivo, ut per nostras Constitutiones, illi conceditur, [nissi in causa expulsionis de qua si in prima instantia cognoscit, cum voto decissivo quatuor diffinitorum, procedere debet] Si vero per appelationem seu recursum de causa iam judicata a Provintiali, et toto diffinitorio, tunc si sit intra Provintiam ubi de predictis caussis agitur, tenetur iudicare cum voto decissivo duorum Commendatorum eiusdem Provintiae (excepta causa expulsionis in qua ut predictum sit tenetur procedere cum voto decissivo quatuor diffinitorum aut commendatorum) si vero sit in allia Provintia cum voto decissivo duorum diffinitorum eiusdem provintiae in qua assistit.

20. Constitutio. In secundo anno trienij Capituli Provintialis die videlicet omnium sanctorum in qualibet Provintia congregentur Provintialis et quatuor diffinitores, in domo ab ipso Provintiali designata. Ut omnium conventuum rationes, et bonorum computum exquirant, Commendatorum quae renuntiationes acceptent, vel dimittant per secreta suffragia, stando maiori suffragantium parti. Ut autem fraus nulla subrepat omnes commendae ad vota secreta tunc vacantes, nulla illarum excepta. In qua Congregatione si Pater Viccarius Generalis in eadem Provintia fuerit teneatur assistere et presidere si vero sit absens. Ad de presidente dictae congregationis intra viginti dies admonitus non providerit iidem Provintialis et diffinitores, ut predicitur, congregati predicta omnia exequantur, Pater Viccarius Generalis iusta de causa posit anteponere vel postponere per unum mensem dictam congregationem intermediam.

§. 2.

Circa diffinitores

21. Constitutio. Officium diffinitoris vaccat per absentiam sex mensium a sua Provintia, si absentia fiat sine consensu diffinitorij eiusdem Provintiae, et etiam si per unum annum in infirmitate impeditus diffinitorio assistere nequeat. Si autem diffinitor aliquis intra suam Provintiam absens fuerit et monitus intra quindecim dies ad diffinitorium extra Capitulum non veniat, loco absentis ad casum definiendum, succedat qui in ea provintia Viccarii Generalis munus obtinuit; quod si plures fuerint ille qui in dicto officio tempore precessit; et is deficientibus [illegible] qui Provintialis aut Viccarij Generalis per electionem absolute eo ordine officium gessit; et deficientibus hos, qui diffinitoris [illegible] nuper obtinuit, servato inter diffinitores ordine professionis. Defectu vero omnium predictorum succedat Commendator Conventus in quo diffinitorium celebratur.

22. Secundo statuitur. In electionibus diffinitoris que fit [illegible] si electio fiat assistente Patre Viccario Generali in hoc enim casu electio vacantis diffinitoris [illegible] ab ipso cum Provintiali et tribus [illegible] per vota decissiva [illegible] quinque vocalium [illegible] aliquis ex supranominatis [illegible] vel ratione professionis [illegible]

finitoribus contingerit absens fuerit dummodo ultra sex leucas vindelet ad talia electionis cuius adventus spectet, qui admonitus intra duos dies venire teneatur, quod si intra duos dies non venerit alter ordine praedicto succedat, ubi de reliquis.

23. Constitutio. Diffinitores canonice elligantur per maiorem partem suffragiorum, et elector duas ad minus schedulas a secretario accipiat in quarum unaquaque quatuor diversa nomina diffinitorum elligendorum sint inscripta, ita ut in sua utramque unum tantum a reliquis dividi possit.

24. Constitutio. Rationes depositi, et accepti quas commendatores ad provinciale capitulum deferunt, legantur et examinentur in diffinitorio eiusdem capituli ante electionem diffinitorum.

25. Constitutio. In electionibus diffinitorum intra capitulum provinciale declaramus suffragari debere procuratores provinciae simul cum P. V. generali, provinciali, diffinitoribus, et commendatoribus cum in nostra const. ... expressum, quod diffinitorum electio procedat ab iis de quibus procedit electio provincialis, non obstante quod dicitur cap. 12. et 27. dist. 2. eiusdem constitutionis videlicet: Procuratores solum habeant vocem in electione vicarii generalis, non autem in aliis actibus diffinitorii. hoc namque solum excludit procuratorum suffragium in electionibus, et decisionibus intra diffinitorium faciendis.

26. Constitutio. In electionibus tam diffinitorum quam aliorum officialium capituli generalis et provincialis si in provincia adsit pater vicarius generalis debeat et non sit ei liberum suffragari sive vocales sint fuerint antequam ad praedictam electionem procedatur debet consuli circa illas

27 Constitutio. Diffinitores electi in capitulo provinciali vel extra capitulum, si per duos annos continuos officium non exercuerint, eligi iterum poterunt in eodem officio in cap. immediate sequenti. Si autem diffinitor aliquis in capitulo vel extra capitulum eligatur et per duos annos continuos et completos officium gesserit, eligi non poterit in diffinitorem, in capitulo provinciali neque in toto triennio immediate sequenti, sicut decernitur capit. 9. dist. 2. nostrarum constitutionum de vicario provinciali

28. Secundo statuitur. Provinciales praesentibus diffinitoribus moneant commendatores ... quanta eos debeant veneratione tractare, neque ... audeant eos aliis religiosis assignare, et si qui in ipsis diffinitoribus viderint emendatione digna, secreto eos admoneant: quod si admoniti de non emendaverint, eidem provinciali denuntient, qui in eos animadvertat et supplicia inferat illorum attenta qualitate. Hoc idem a fortiori attendant vicarii conventuum quando sint praesidentes in capite

29. Primo statuitur. In consultationibus conventuum circa res alienandas, vel aliis quae recurrunt ad diffinitorium habere debent, non assistant diffinitores cum reliquis conventualibus, quia iudicium postea cum superiore expectat ad ipsos

§ 3.

Circa patrem nostrum vicarium generalem

30 Primo statuitur. Qui functus fuerit officio vicarii generalis per integrum sexennium; sexennium sequens non possit aliquod officium obtinere. Neque provincialis per sexennium subsequens, si eius integro provincialatu potitus fuit. Si enim utrumque a labore quiescat. Hoc minime intelligendum pro nunc consiliis declaramus

31 Primo statuitur. Si vicarius generalis fuerit ex provincia Siciliae, et durante sexennium sui officii e vita migraverit, observetur id quod decernitur in novis statutis vim constitutionis habentibus, ad calcem recentioris editionis nostrarum constitutionum Hispali excussis § 17. fol. 217. pag. 2. et deinceps: et sede vicariatus generalis vacante, gubernet provincias Hispaniae eius commissarius, quousque diffinitorium eiusdem provinciae Siculae eligat (modo ibi praescripto) praesidentem generalem, et ipse transeat in Hispaniam adveniat ut in capitulo generali proxime futuro post sex menses (ut praefertur) celebrando ... ... commissario praedictus diffinitorium praestet omnimodam potestatem, quam ipse habebat ab ipso vicario generali defuncto

32 Primo statuitur. officium commissarii sicut provincia ... non finiat per mortem ... ... officii vicarii generalis qui ipsum nominavit: immo potius iubemus ut ... commissarius

officium exerceat, & locum retineat usque quo alius Commissarius ipsi succedat. Quitenea[tur] obligare, & si opus fuerit, etiam Compellere electores Capituli Generalis ex eadem provincia, ut ad ipsum Capitulum veniant quando celebrandum est: modo non sint legitime impediti ———

§ IV.

Circa Provincialem, & Vicarium Prov[incia]lem

33 Constitutio. Cum in n[ost]ra Constitutione, Cap. 8. dist. 2. duodecim anni professionis praescribantur eis qui in p[ro]vinciales sunt eligendi: & Capit 15. eiusdem distinctionis dicatur, quod post decimum annum a professione eligi possint: decisioni Capitis octavi standum esse declaramus ———

34 Constitutio. Quoties Provincialis, vel per absentiam a Provincia, vel infirmitatem, Vicarium Provincialem instituit, talis Vicarius Provincialis Praesidens provincialis nominetur. Dicti que provinciales cum limitatione facultatem tradant dictis Praesidentibus provincialibus circa visitationes conventuum, & licentias conventualitatis, audiendi confessiones, praedicandi, & similia, nisi in aliquo urgenti casu ——— ———

35. Primo statuitur. Sententia a Pleno diffinitorio lata, & ab eo acceptata, non possit revocari, nec moderari nisi a toto diffinitorio a quo processit ———

§ V.

Circa Electiones

36 Constitutio. Omnes Electiones quae circa plures versantur fiant per schedulos manu Secretarij Capituli scriptos, in quibus nomina eligendorum sint expressa, et nulli ex voccalibus Capituli liceat alijs schedulis suffragari, non obstante id quod in n[ost]ris Constitutionibus continetur Capit. 3. dist. 2. § ut autem ex litteris. Electiones vero quae circa aliquod singulare versatur fieri volumus per calculos albos, & nigros, vel per duas schedulas, quarum altera ad reprobandum habeat litteram R. & ad approbandum litteram A.

37. Primo statuitur. Claviger[i] Conventuum per schedulos deinceps eligantur ad eum modum quo observatur in Cannonicis electionibus, & eorum electio in principio fiat cuiuslibet trienij, qui autem nunc sunt abrogati maneant, quousque modo dicto eligantur ———

38. Primo statuitur. Qui per schedulos eligunt, duas ad minus de manu Secretarij recipiant, in quibus nomina sint diversa, ut nullus elector suffragium suum alteri declaret juxta Sancti Concilij Tridentini decretum ———

39. Constitutio. Constitutio n[ost]ra qua decernitur quod panis & aqua electoribus ministretur cum inter se non conveniunt circa electionem Prov[incia]lis ut dicitur Cap. 8. dist. 2. intelligi debet, si intra duos dies se invicem conformare noluerint. Idem fieri iubemus in electione Viccarij Generalis ———

40 Constitutio. Si prima vel secunda vice non fiat electio per scrutinium, publicentur in diffinitorio suffragia quae in duobus illis scrutinijs fuerint diversis tributa personis ———

§ VI

Circa Procuratorem Romanae Curiae

41 Constitutio. Officium cuiuslibet voccalis sive pertineat ad Capitulum Generale sive ad Provinciale, statim vacat si in Procuratorem eligitur Curiae Romanae, & munus talis Procuratoris acceptat quod illi officium habebat. Praedicto vero Procuratori plenam potestatem concedimus, ad tollendas irregularitates Apostatorum, & eosdem habilitandos ad sacramenta & ad ministrationem praeterea quae illi conceduntur Capit. 5. dist. 2. nostrarum Constitutionum ———

42. Constitutio. Clausula Constitutionis nostrae Cap. 4. dist. 2. qua decernitur non posse Vicarium generalem ab officio removere Procuratorem generalem Romanae Curiae nisi in Cap[itul]o, sic accipienda est ut nomine Capituli intelligatur diffinitorium illius Provinciae cuius filius est ipse Procurator ———

§ VII

Circa Commendatores

43. Constitutio. Commendatores negligentes circa solvenda debita [illegible] ut habetur Capi. 18. d. 2.
§ Commendatores omnes. poena privationis aut suspensionis iuxta gravitatem negligentiae irremisibiliter plectantur

44 Constitutio. Commendatores & rectores Conventuum & Collegiorum [illegible] in dimidio trienij [illegible] officiorum suorum renunciationem in diffinitorio [illegible] Provinciae, ut [illegible] expediens visum fuerit admittatur, sin autem

dimissam faciat illamque teneatur remittere ante festum omnium Sanctorum, Cum ratione domus, Computo bonorum, et pecuniarum, nominibus suorum Conventualium, et literis pleno diffinit. directis, quas illud ad apperiat et nullus ex superioribus sub precepto S.tæ obedientiæ eos audeat aperire, abscondere aut detinere.

45. Primo statuitur. Commendatores ex nunc non eligantur nisi ad duo duntaxat triennia juxta indultum SS.mi D.ni nri Urbani Papæ octavi, qui autem huc usque per duo triennia continua Commendam exercuit absque officio per triennium vel maneat, nisi in aliud superius eligatur. hoc pro nunc non intelligatur Cum provincia Sicula.

46 Constitutio. Commendatores etiam intra sex menses proximiores Capitulo Pro.li possunt per diffinitorium suis officijs privari, non solum propter Caussas in Constitutione Capit. 18. dist. 2 expressas, verum etiam propter alias ab ipso diffinitorio legitimas iudicandas. qui fuerint privati etiam intra dictos sex menses, careant sint officio etiam iure suffragandi in capitulo ad eum modum quo de illo habetur in capitulis generalibus sicut cap. 2. dist. 2. manifeste constat. § nec etiam ipso.

47. Constitutio. Ante Capitula Generalia et Provincialia per quadraginta dies continuos, fiant in toto ordine pro preces pro recta directione vocalium, et felici Capituli eventu, quod servent Commendatores, etiam si literas Convocatorias non receperint.

48. Primo statuitur. Nullus superior suspendat Commendatorem aliquem, nisi per duos menses, infra quos si causa suspensionis talis fuerit, ut diffinitorum determinationem postulet, superior eos consulat, et ipsorum iudicio decidatur quod iustum videbitur. Sin autem ipsis duobus mensibus transactis commendatorem in domum suam redire precipimus.

49. Constitutio. Consiliarij Conventus semper sint Magistri novitiorum, et qui vicarij Generales fuerint. istis deficientibus, qui Pro.les vel vicarij Pro.les per electionem absolutam, atenta proportionabiliter suorum officiorum precedentia. in defectu prædictorum, qui diffinitores aliquando fuerunt, antiquioribus in professione precedentibus. In Conventibus vero ubi non inveniuntur aliqui ex enumeratis assignentur alij a Pro.li in principio sui officij, et nunquam numerum ternarium excedant nisi sint actuales diffinitores.

50 Secundo statuitur. Magistri domus novitiorum a Capitulo Pro.li fiant, et extra Capitulum, a diffinitorio Provintiæ, cum voto decisivo Pro.les et diffinitorum.

§ viij

Circa Redemptionem et Redemptorem

51 Secundo statuitur. Pecuniæ et bona quæcumque ad Captivorum Redemptionem spectantia, quanto quoque mense remitantur ad Capita Provintiarum, videlicet, quæ sunt in conventibus Provintiæ Conceptionis, ad conventum S. Josephi Hispalensem, quæ vero in Conventibus provintiæ S. Josephi, ad conventum S.tæ Barbaræ Matritensem, quæ autem in Provintia S. Raymundi ad conventum Panormitanum qui dicitur del Muelle, Curent Provinciales prædicta exequi et in prædictis bonis asservandis ita invigilare ut eaque in nostra const.ne 8. dist. 1. Cap. 20. continentur nullam iacturam patiantur.

52. Secundo statuitur. Redemptor qui nunc est in provintia Sicula S.ti Raymundi, et ille qui pro tempore erit, habeat votum in Capitulo pro.li non vero in G.li sicut provinciales Gen.les in eodem Capitulo pro.li et sedem post diffinitores: quia concordia inita circa R.is ministerium cum R.mo Patre ffr. calceatorum nri ordinis, solum amplectitur provincias hispaniæ. Electio autem predicti R.is Siculi pertineat ad Capitulum pro.le sicut electiones Commendatorum: et extra Capitulum a diffinitorium Provintiæ

+

§ IX

Circa acta et Mandata

53 Constitutio. Soli Capitulo G[enera]li liceat quæ ad leges spectant, et constitutiones n[ost]ras, mutare, addere
vel minuere, iuxta caput primum dist. 2 n[ost]rarum Consti[tutionum] § quoties, et cap[itu]lo 3 dist. 1 § prohibemus item, et cap. 4 eiusdem distinct.
1 sufficiat maior pars voccalium Cap[itu]li G[enera]lis quia tamen in eisdem constitut. exprimitur quod
ut in eodem conferantur quæ ad mutationem, vel additionem Constitutionum pertinent, et non declaratur an necessarius sit maior numerus suffragantium, ut dicta
decernantur, et approbatione Capituli necesario confirmentur: Statuimus quod ad mutandam in totum
Constitutionem aliquam ad institutum et vitam n[ost]ri ordinis communem pertinentem maior pars Cap[itu]li
non sufficiat, sed necessum sit, quod nullus vocalium dissentiat, neque a summo Pontifice absque præ-
dicto consensu, sub inhabilitatis perpetuæ pœna ipso facto incurrenda, et bulla aliqua circa id impetrari possit
a quoquam. Ad minuendum autem aliquid, vel addendum contra, vel supra Constitutionem in ordine ad mores
duarum partium voccalium Capituli gen[era]lis sit necessarius consensus. Quod si ex voccalibus omnibus tres partes
non constent æquales, votaque de illis supersunt non computentur, ut si sedecim sint voccales decem ex illis
ad prædicta decernenda sufficiant, sicuti etiam si septendecim adsint quorum pars tertia constat ex quinque
quia duo qui supersunt computari non debeant. Si vero aliquid non solum in parte set etiam in toto circa
veniat in constitutionibus addere vel minuere, et etiam omnino mutare quod ad gubernationem dumtaxat
pertineat, supradicto modo per duas partes æquales decernatur. Ad interpretandas item Constitutiones, sive
ad gubernationem, sive ad mores pertinentes eodem modo duæ combenire debent partes conformes voccalium

54 Constitutio. Nullum de obedientia formale præceptum, Censurave a quocumque prelato, etiam a Vicario G[enera]li
Communitati impositum vinligandi habeat, nisi inscriptis intimetur, exceptis præceptis atque
1 Censuris, quæ in Vissitationum Cap[itu]lis voce tenus imponi solent ______

55 Constitutio. Mandata et præcepta quæ Vissitatoribus pro conventuum bono regimine, ac constitutionum
observantia relinquuntur in domibus vissitatis, non expirent (exceptis præceptis atque Censuris) etiam
si defecerint aut expirauerint vissitatorum officia. Mandata in ultima Vissitatione infra trienium, vel sexe-
nium relicta, a vissitatore sequenti denuo videantur, et si illa expresse non confirmauerit censeantur omnino
abrogata. Mandata vero et Censuræ pro[vincia]lis aut eius vissitatoris in prima vissitatione relicta usque ad eius
absque dubio vim habeant; maneant tamen abrogata si in ipsa non confirmentur. Idem sit de mandatis Vicarij G[enera]lis
en Catorce de Febrero deeste presente año de mill seiscientos y setenta y dos escrita al Capitulo Genl. exortandole con paternal afecto ala eleccion de vn superior, q. fomentasse la paz y obseruancia de toda nrã descalcez, y dicho Capitulo Genl. la oio, y reuerencio con todo afecto. Asimesmo ley io el dicho Secret.o la tabla delos difuntos Religiosos, y Religiosas q. en las Prõas an muerto desde el Capitulo Genl. proxime pasado hasta este dicho dia y se hiço por ellas el sufragio, y conmemoracion, q. dispone nrã sagrada Constitucion. Y auiendo asimismo el dicho N. P.e V. Genl. encargado atodos los dichos vocales el cuidado en rogar a Diós por el Summo Pontifice, por el Rey nrõ S.r y por todas las personas de ambos estados Eclesiastico y secular, y hecho por todos la deprecacion q. señala la dicha constitucion. = Luego en cumplimiento delo por ella dispuesto Dist. 2. Cap. 2. les hiço vna platica espiritual, en q. efectuosam.te les exorto pusiesen los ojos para la dicha eleccion de V. Genl. en persona de ciencia, virtud, y prudencia: omni odio, et amore postpositis miran do solo la mayor gloria de Diós, el bien, y augmento espiritual de nrã sagrada Religion sin atender a otros fines, ni respectos particulares, con q. se absoluio esta primera session.

* Y el dia siguiente por la mañana, q. se contaron quatro del Mes de Iunio de mill seiscientos y setenta y dos años Vigilia de Pentecostes auiendose dicho la Missa del Espũ Santo, y predicado el sermon litteral, como es vso, y costumbre, y auiendo exortado, y requerido vna, dos, y tres veces a todos los electores no eligiesen en V. Genl. persona, q. tubiesse algun impedimento cannonico pasiuo de excomunion, suspension, o entredicho, o otro alguno legitimo, y preguntado ami el dicho secretario, si alguno me auia dado auiso de q. otro lo tubiesse, o q. alguno no pudiese ser voto en esta eleccion, y respondido, q. no, echo su R.a la absolucion Genl. q. manda el Acta doce, q. ya tiene fuerça de Constitucion, y dicho el Himno: Veni Creator sps. hiço su Reuerencia el Iuramento, q. la Constitucion dispone sobre vna Cruz, y vn missal, de q. eligiria por V. Genl. de toda nrã recoleccion ala persona mas digna, y benemerita de dicho oficio, y en la mesma forma hicieron el mesmo Iuramento todos los vocales, con q. se procedio luego inmediatam.te ala dicha eleccion de V. General, y tomando cedulas escritas de mi el infraescrito secretario, y echandolas en el vaso, que para el caso estaba preuenido, llegaron a regularse con la asistencia de dicho nrõ P.e V. General y del P.e Proãl dela Prõa dela concepcion; del P.e Proãl dela Proã de san Iosef. del P.e Proãl dela Proã de san Ramon, y de tres PP. Diffinidores los mas antiguos de cada proã vno, y se hallaron diez y ocho cedulas con el nombre del P.e fr. Francisco de san Esteban, vna con el nombre del P.e fr. Iuan Bau.ta del S.mo Sacram.to y otra con el nombre de nrõ P.e fr. Iuan dela Presentacion; q. por todos son veinte votos, y asi quedo Canonicamente hecha le eleccion en la persona del P.e fr. Fran.co de san Esteban Procurador Genl. en la curia Romana, en Vicario Genl. de todos los descalcos de dicho orden; y como a tal se le tomo Iuramento, Iurando de gobernar la Religion, conforme nrãs Constituciones, y regla, y asimismo Iuro de guardar la concordia hecha con nrõs PP. dela obseruancia acerca del ministerio dela Red.on y luego le dio la obediencia dicho nrõ P.e fr. Iuan de santa Maria Presidente del Capitulo, y todos los demas vocales. Y entonando el Te Deum Laudamus fueron en procession hasta la capilla mayor dela Yglesia de dicho Conv.to donde despues de acabado, y dichas las oraciones, q. para este caso dispone la constitucion se sento el dicho nrõ P.e V. Genl. electo en vna silla al lado del Euangelio, donde de nueuo le dieron la obediencia, asi el dicho V. Genl. preterito como los demas vocales, y Religiosos del Conv.to reconociendole todos por Canonico, y Ligitimo Prelado de toda nrã sagrada Recoleccion. = De cuia eleccion se pidio confirmacion al R.mo Padre Maestro Genl. dela obseruancia por parte del dicho Capitulo Genl. embiando comission al P.e fr. Alonso de Iesus Maria Presidente Proãl dela Proã de san Iosef en castilla, q. al presente se halleua en Madrid donde tambien estaba dicho P.e Maestro Genl. para q. con vna peticion en forma en nombre de dicho Capitulo Genl. pidiesse dicha confirmacion, y presentasse la fee del Secretario de dicho Capitulo de como la eleccion era canonica.

Y luego este mesmo dia por la tarde el dicho N. P. V. Genl. electo mando juntar a los Capitulares, y les propuso, como el dia siguiente se avia de hacer la eleccion de Procurador Genl. de la Curia Romana, y les encargo tubiessen toda atencion en elegir para el dicho oficio persona, q. tubiese las calidades, q. ordena nra. sagrada constitucion, y pide ministerio tan grave, y de tanta confianza.

Y otro dia Domingo por la mañana cinco del Mes de Junio de dicho año, el dicho N. Pe. Vic. Genl. electo, y demas Capitulares para la dicha eleccion de Procurador Genl. de Roma se juntaron y tomando cedulas en la misma forma, q. arriba queda dicho, y echandolas en un vaso, que estaba prevenido, llegadas a regular con asistencia de dicho N. Pe. Vic. Genl. se hallaron dies y ocho cedulas con el nombre del Pe. fr. franco. de San Marcos, una con el del Pe. fr. Alonso de Jesus Ma. y otra con el del Pe. fr. Gabriel del Stmo. Sacramto.; q. por todas son veinte, conforme al numero de los electores, y quedo canonicamte. electo en Procurador Genl. de dicha Curia el Pe. fr. franco. de San Marcos, por aver tenido los votos suficientes para dicha eleccion. +

+ Nombro N. P. V. Gl. Jueces de Causas a los P.P. Diffres. fr. Ferdo. de la Me. de Dios, fr. Gabriel del Stmo. Sacramto. y fr. Jacome de S. Thas. Nombro tambien su Rma. por Contadores a los tres P.P. Procuradores Gles. de las tres Provs.

El Secret.o del Cap.o [signature]

Los estatutos y decretos deste Capitulo General son en la forma siguiente.

Decreta & Statuta cum interpretationibus aliquibus Constitutionum Fratrum Discalzeatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Capitulo Generali Celebrato in Cenobio Corporis Xti. Oppidi del Visso Diœsesis Hispalensis Beticæ Provintiæ die quarta Mensis Junij Sancita anno Dni. Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, Ubi in Vicarium Gnalem totius dicti Ordinis fuit canonicé electus P. N. fr. Franciscus a Sancto Estefano: Preside P. N. fr. Joanne a Sta. Maria proxime Vicario Generali. #

Statuta & Decreta vim Constitutionis habentia cum iam per tria Generalia Capitula sint aprobata.

§ 1

Circa Diffinitorium in communi, & in particulari.

1. Tribunalis Sanctæ Universalis inquisitionis edictum ab illustrissimo D. D. Antonio de Soto Maior Generali Hispaniarum Inquisitore promulgatum, & observari iussum, ad literam in toto ordine nro. est observandum.

2. Soli Capitulo Gnali licet, quæ ad condendas, mutandas addendas, vel minuendas constitutiones spectat iuxta caput primum dist. 2. nostrarum Constitutionum. §. Diffinitores. & Cap. 4. eiusdem distintionis. §. quoties. & Cap. 3. dist. 1. § prohibemus item.

3. Cum cap. 1. dist. 2. observetur usque ad illud verbum Diffinitores omnes, & Cap. 4. §. quoties in Capitulo Gnali &c. exprimatur quod sufficiat maior pars vocalium capituli Gnalis ad conferentiaz alicuius mutationis, sive additionis legum, & Constitutionuz, et aliás non declaretur, an maior numerus, quam ad conferendum, requiratur, ad decernenduz, & a Preside Capituli confirmanduz: declaramus quod ad mutationez totalez cuiusvis Constitutionis ad nri. vivendi usuz communez attinentis, maior pars non sufficiat suffragantiuz, sed omnium vota (nemine discrepante) debeant necessario assentire; neque contra hoc decretum possit aliquis, Bullam a sede Apostolica impetrare, absque prædicto consensu omniuz concordi sub perpetuæ inhabilitatis pena ipso facto incurrenda.

4. Ex qua Constitutione inferenduz declaratur, quod ad mutandaz omnino Constitutionez, sive legez aliquas municipaliter ad mores, sive regimen attinentez omniuz suffragia vocaliuz (nullo discentiente) necessariæ ert concordare, etiaz si talis lex vi constitutionis aquisierit, quia pertria sexcenia

successiuam approbationem fuerit sortita. Neque Bullam aliquam in contrarium ab Apostolica sede posit aliquis impetrare sub pena inhabilitatis relatę. =

5° Ad interpretandas Constitutiones, siue ad mores, siue ad regimen spectantes due debent concordare vocalium partes conformes. Quod si ex congregatis vocalibus tres ęque partes subsistere nequeant, computari non debent suffragia, quę ex illis supersunt taliter, quod si sexdecim sint vocales ad predictas interpretationes, sufficiant decem ex illis. Eadem forma, idemq. vocalium numerus necessarius est, ad derogationem, vel confirmationem cuiuslibet decreti, siue in precedenti, siue in duplici generali Capitulo stabiliti. =

6° Nomine Diffinitorij Generalis, et Prouincialis, tam ad examen legitimationis vocalium ante electiones ad Capitulum pertinentes, quam ad decissionem controuersarium circa ipsas, duntaxat comprehenduntur Pater Vicarius Generalis, Proalis, siue illorum vice gerentes, et Diffinitores: non vero cęteri Capitulares. =

7° Declaramus penam grauissime culpę in nris Constitutionibus Dist. 2. Cap. 11. circa finem expressam debere intelligi penam grauioris culpę. =

8° Ad concordantiam Capitis tertij Dist. 2. nostrarum Constitutionum, in quo pena arbitrio Diffinitorij dicitur applicanda vocalibus ante Vigiliam Celebrationis Capituli Generalis domum Capitularem venientibus, et Cap. 7. eiusdem Distinctionis, in quo vocalibus ad prouintiale Capitulum ante prefixum tempus venientibus pena grauioris culpę minime relaxanda imponitur: Declaramus standum esse respectu vtriusq. Capituli dispositioni predicti Cap. 3. =

9° Ante electiones cuiuslibet Capituli Preses absoluat ad cautelam vocales omnes sub forma sequenti Confiteor &c. Misereatur &c. Ego authoritate Dei omnipotentis Patris, et Filij, et Spi. Sancti, et authoritate mihi conmissa absoluo vos ab omni vinculo irregularitatis, suspensionis, et interdicti; et ab omni excomunicatione a iure, vel ab homine lata, si indigetis, et ab omni impedimento, si quod habetis, et habilito vos, quantum ex iure, et quibuslibet priuilegiis possum ad omnes electiones tam actiuas, quam passiuas, in nomine Patris, &c. Finitoq. Capitulo gli fiat absolutio sub eadem forma assignata pro proali Capitulo. = Cap. 13 Dist. 2.

10° Quidquid in quolibet Diffinitorio, siue gli, siue Proali, siue intra, siue extra decidendum proponitur (~~[illegible]~~) prius consulatur in voce, et expendantur rationes incipiendo a Diffinitoribus, seu fratribus minus antiquis vsq. ad Presidem; ita vt vno loquente, cęteri taceant, et postea decidatur in alia sessione per secreta suffragia, nimirum per schedulas, aut calculos albos, et nigros, iuxta qualitatem rei decidendę. = Idq. declarat obseruandum in quelibet propositione et resolutione a Capitulo [illegible]

11. Si Vicarius Generalis acceptam sui officij gubernationem vellit abdicare, et talis abdicatio intra Capitulum fieri contingat, ratione ad id competente, a toto debet Capitulo acceptari. =

12. Si aliquis vocalium tempore Capituli Generalis, vel Proalis legitime sit impeditus, et officium renuntiare nollit ad renuntiendum compelli nequeat, neq. aliter eius loco posit eligi ad suffragandum. =

13. Vaccante ~~[illegible]~~ Prouincialatu Pater V. Generalis cum quatuor Diffinitoribus, et Procuratore gli Prouintię Vicarium eligat Prouincialem iuxta §. Quoties Cap. 9. Dist. 2. si autem in eo euentu a Prouincia abit obseruetur idem Caput in Constitutione addita, vbi dicitur, quod perse solum debeat Presidem Prouincialem nominare, vsq. dum ad electionem faciendam cum Diffinitoribus veniat. Idemq. obseruetur in Prouincialatu vaccante per mortem

14.° Processus, et Causæ criminales tradantur a Vic. Generali et Pro.ali suis successoribus. Pro.ales autem sub formali præcepto sanctæ obedientiæ teneantur de illis inventarium facere, Diffinitorioque Prov. tradere, ex cuius consensu, causæ, quæ asservari debent securitate serventur, et quæ rescindi comburantur. idem observet P. N. Vicarius Generalis, et etiam Generalis Commissarius in Causis ad Provincias spectantibus: quibus etiam sub eodem præcepto mandamus, ut neque rescindant, neque deleant, aut comburant quodlibet aliud scriptum ad aliquam religiosorum causam spectans, nisi tale instrumentum pertineat ad Religiosum defunctum. =

15.° Ad recipiendum novitios ab habitu semel expulsos, præter examen a Conventu faciendum Consensus expectetur Diffinitorij Pro.alis, sine quo habitus non tradatur. Neque alterius Ordinis Professi (etiam nostræ observantiæ) si suffragiis unius Conventus repelluntur, ab alio Conventu admittantur; sed in eodem iterum proponi possunt, et non in altero. Et generaliter observetur, quod semel in uno Conventu repulsus, in alio non sit admissus. =

16.° Circa alienationes, commutationes, aut contractum aliquem possessionum Conventualium, ad litteram observetur Cap. 26 dist. 2. nostrarum Const. de bonis temporalibus. superaddita ad consensum Pro.alis Licentia Diffinitorij Provinciæ in scriptis exhibita. =

17.° Ad privationem, vel acceptationem renuntiationis officij cuiuslibet tam ad Pro.ale, quam ad Generale Capitulum pertinentis (exceptis privatione, et renuntiatione Pro.alis, et electione Vicarij Pro.alis) et ad expulsionem Religiosi Professi ab habitu, aliamque pœnam gravissimam infligendam, non possit solus Pro.alis procedere, nisi cum voto Consultivo, et decisivo quatuor Diffinitorum. Aliter sint nullæ omnes, et singulæ sententiæ, privationes, acceptationes, et electiones prædictæ; non obstantibus Cap. 18. dist. 2. et aliis nostrarum Constitutionum. = Idemque observare debet P. N. Vicarius Generalis quantum ad privationes, et electiones præfatas. =

18.° Ad Causarum iudicium ~~potest~~ P. Vicarius Generalis iure ordinario procedere cum voto decisivo solum duorum Diffinitorum, uti constitutiones ipsi concedunt ad gravissimam pœnæ inflictionem. Si autem in prima instantia procedit ad expulsionem professi, quatuor Diffinitores, vel Commendatores debent cum ipso decidere. Quod si per appellationem, aut recursum de tali causa cognoscit, si tunc adsit Provinciæ, in qua talis Causa fuit primo iudicata a Pro.ali, et Diffinitorio, tenetur procedere cum voto decisivo duorum Commendatorum, vel unius Commendatoris, et alterius Coniudicij ex his, qui assignantur sequenti §. circa Diffinitores. =

§. 2. Circa Diffinitores

19.° Vaccat Diffinitoris officium, si absque Diffinitorij consensu, abest a sua Pro.a per semestre. Si autem Diffinitor aliquis intra suam Pro.am, et a conventu, in quo Diffinitorium celebratur, fuerit absens, et vocatus non veniat intra quindecim dies, ad casum definiendum eius loco subrogetur, qui ex ea Pro.a Vicarij Generalis munus obtinuit, ita, ut si plures fuerint, is, qui in officio fuit prior, sit in subrogatione præcessor. His deficientibus subrogetur, qui Pro.alis, seu Vicarij Pro.alis electivi munere fuit potitus. Eadem officij præcedentia servata. Quod si prædictorum nullus intersit, subrogari debet Diffinitor præcedentis immediate triennij, qui antiquior fuerit in Professione. In relatorum tamen deficientia succedat Commendator Domus, in qua Diffinitorium celebratur. =

20.° Cæterum si aliquis ex subrogandis absens fuerit, et ultra sex Leucas non distet, eius spectetur adventus, ipseque venire teneatur intra duos dies admonitus: quod si intra hoc spatium non venerit, alter eodem ordine sufficiatur. Declaratur autem, quod hic subrogandorum concursus ad electiones, privationes, renuntiationes, expulsionemque Professi, est necessarius: ad communia vero negotia excluditur talis concursus. =

21.° In electione vaccantis Diffinitoris, quæ fit sine assistentia P. Vicarij Generalis observetur immediata resolutio. In ea autem, in qua P. V. Generalis suffragatur, Pro.alis, et tres tantum Diffinitores debent cum ipso concurrere. =

22.° Electores Diffinitorum duas ad minus schedulas de manu Secretarij recipiant, in quarum qualibet quatuor distincta eligendorum nomina sint exarata, ita tamen inter se divisa, ut nomen cuiuslibet separari queat a reliquis. =

23° Diffinitorium Capituli Proalis legat, et discutiat rationes dati, et accepti, quas Commendatores ad predictum Capitulum deferunt, antequam ad electiones nouorum Diffinitorum procedatur.

24° In electionibus Diffinitorum intra Proale Capitulum suffragari debent P. N. Vicarius Generalis, Prouintiales, Diffinitores, Commendatores, et Procurator Generalis Proe; cum ex Constit. Diffinitorum electio ab eisdem procedere debeat, a quo Proalis electio processit; non obstantibus Capitibus 11, et 12 dist. 2. nostrarum Const; in quibus Procuratoribus Proarum solum conceditur vox ad electiones P. Vicarij Generalis, et Proalis: hec siquidem exclusio tantum euertit Procuratorum suffragium in decisionibus intra Diffinitorium efficiendis, non vero in alijs electionibus. =

25° In omni electione cuiuslibet vocalis ad Capitulum siue Generale, siue Proale pertinentis, tenetur P. V. Generalis suffragari, si in tali proa presens fuerit: si autem abfit, ante singulas electiones consuli debet. =

26° Diffinitores (siue intra, siue extra Capitulum electi) si per bienium suo sunt officio functi, in mediato Capitulo nequeunt reeligi; neq. in toto sequenti triennio ad idem munus possunt assumi, uti a simili decernitur Cap. 9. dist. 2. de Vicario Proali; Possunt tamen eligi ad alia of[...]

27° Proales presentibus Diffinitoribus moneant Commendatores, quanta veneratione ipsos debeant Diffinitores prosequi, et honorare; ita ut neq. socios eos audeant alijs religiosis exhibere. Si autem aliquid emmendatione dignum in Diffinitoribus respexerint, eos secreta admonitione preueniant: et si admonitionem negligant, suo Proali denuntient, qui solus potestatem habeat in eos inuehendi, ipsisq. pro qualitate criminum supplicia inferre. =

28° In qualibet consultatione conuentuum circa ea, que recursum debent habere ad Diffinitorium Proe, liberum sit Diffinitoribus assistere; nequeunt tamen suffragium ferre =

§. 3.

Circa Patrem Commissarium Generalem.

29° Officium Commissarij Generalis Italie, seu alterius Proe non expirat, etiam si Vicarius Generalis, a cuius nominatione processit, per quamlibet vaccationem expirauerit: sed iubemus talem Commissarium omni iure sibi concesso uti, propriamq. sedem retinere, donec Commissarius alter ipsi succedat. Teneaturq. obligare electores Capituli Generalis Proe sibi subiecte, ut ad Capitulum Generale veniant, si impedimento legitimo non sint adstricti =

§. 4

Circa Proalem, et Vicium Proalem

30° Annos professionis ad Prouintialatum necessarios requisitos, duodecim futuros declaramus, iuxta Cap. 4. dist. 2. nostrarum const. Nec standum est capiti 15 eiusdem dist: in quo decem tantum ~~anni~~ prefigebantur. =

31° Quoties Proalis, vel Vicius Proalis per electionem ratione absentie a Proa, vel grauis infirmitatis, vice gerentem instituit, talis sic suffectus Preses Proalis nominetur. Ipsi tamen concedat Proalis litteras, et commissionem, circa visitationes, Conventualitates, instituendi Confessores, Predicatores, et hijs similib., cum ea limitatione, et moderamine, quod sue fuerit visum prudentie. =

32° Sententia a Diffinitorio lata, et a reo admissa, moderari, aut reuocari non possit, nisi a toto Diffinitorio, a quo processit. =

33° De eo, qui per integrum bienium potitus fuit Prouintialatus officio, obseruetur in posterum, quod decernitur Cap. 9 dist. 2. de eo, qui per tale bienium Vicarij Proalis exercuit officium. =

§. 5.

Circa electiones.

34° Omnes electiones, que circa plures versantur, fiant semper per schedulas manu Secretarij Capituli scriptas, in quibus nomina eligendorum sint expressa. Nulliq. ex vocalibus cuiuslibet Capituli alijs liceat schedulis suffragari: non obstante quod decernitur Cap. 8. dist. 2. obseruetur autem Constitutionis antique decretum quantum ad numerum schedularum. Electio vero que circa aliquid singulare versatur, per calculos fiat albos, et nigros, vel per duas schedulas, quarum ad approbandum notetur littera A. et ad reprobandum notetur littera R. =

35. Clavigeri, informantes, et procuratores Conventuum Canonice per schedulas eligentur: et eorum fiat nova electio, quoties novum advenit Commendator. =

36. Clausula Constitutionis nostrae, in qua decernitur, quod solum panis, et aqua electoribus ministretur, quando inter se non conveniunt circa electionem Provincialis, ut constat, Cap. 8. dist. 2. intelligendum est, dum intra duos dies se invicem conformare noluerint. Idemque iubemus fieri in electione P. Vicarij Generalis. =

37. Si prima, et secunda vice non fiat electio per scrutinium, publicentur in diffinitorio suffragia omnia, quae in talibus scrutiniis diversis fuerint tributa personis. =

§. 6.

Circa Procuratorem generalem Romanae Curiae,

38. Officium cuiuslibet vocalis, sive ad generale, sive ad Provinciale Capitulum spectet, statim vaccat, si in Procuratorem eligitur Romanae Curiae et munus talis Procuratoris acceptat, qui aliud habebat officium. Predicto vero Procuratori plenam concedimus potestatem ad dispensandas irregularitates ex Apostasia provenientes, Apostatasque ad administrationem sacramentorum habilitandos, ultra ea, quae iure nostro illi conceduntur §. 5. dist. 2. nostrae Const. =

39. Clausulae Constitutionis nostrae, qua decernitur, non posse Patrem nostrum Vic. Generalem ab officio removere predictum Procuratorem, nisi in Capitulo, sic est accipienda, ut nomine Capituli intelligatur Diffinitorium Provinciae, cuius filius est ipse Procurator. =

§. 7.

Circa Commendatores, Rectores, et Novitiorum Magistros.

Nullus superiorum Commendatorem, aut Rectorem aliquem ultra duos menses suspendat: intra quem terminum, si suspensionis causa talia concernat, quod Diffinitorium determinationem exposcat, superior eos consulat, ipsorumque iudicio, quod iustum fuerit decernat. Sin autem, bimestris spatio transacto, Commendatorem precipimus in domum suam reverti. =

40. Ante Capitulum generale in toto ordine, et ante Provinciale in sua Provincia, per dies quadraginta fiant preces pro recta vocalium directione, et Capituli eventu felici. Hoc autem observent Commendatores, etiam si litteras non receperint Convocatorias. =

41. Magistri novitiorum semper sint Consiliarij illius Conventus in quo novitij educantur. In quolibet autem Conventu, qui Vicarij Generales fuerint, et his deficientibus, qui Provinciales, seu Vicarij Provinciales extiterint, attenta in utriusque officiorum precedentia. Quod si relati deficiant, eodem ordine attento Diffinitores preteriti Consiliarij sint. Ubi autem nullus ex relatis invenitur, Provincialis in principio triennij alios consiliarios designet, qui ultra ternarium numerum non extendantur, nisi in Conventu, ubi quatuor Diffinitores actuales existunt. = +

42. Magistri novitiorum a Capitulo provinciali debent eligi, et extra Capitulum a toto Diffinitorio Provinciae. =

43. Nullus fiat frater obedientiae, neque ad habitum talem possit admitti, nisi aptus sit ad labores manuum, aliaque activa ministeria, quibus ratione suae professionis est deputandus. Unde declaramus recipi non posse ante vigesimum aetatis annum completum iuxta Constitutionem Clem. 8. quae incipit: cum ad regularem disciplinam, a S.mo D. N. Urbano Papa 8. confirmatam. =

§. 8.

Circa Redemptionem, et Redemptorem.

44. Pecuniae, seu quaelibet bona, ad Captivorum Redemptionem spectantia, quarto quoque mense remittantur ad Capita Provinciarum; videlicet quae asservantur in Conventibus Provinciae Conceptionis ad Conventum S. Ioseph Hispalensem: quae in Conventibus Provinciae Sancti Ioseph ad Conventum Sanctae Barbarae Matritanum; quae vero in Provincia sancti Raymundi, ad Conventum Panormitanum, qui dicitur del Muelle. Curent autem omnes Provinciales horum executioni incumbere, Captivorumque ministerio ita invigilare, ut ea, quae in nostra Const. Cap. 20 dist. 1. continentur, nullam iacturam patiantur. =

45º

§ 9

Circa Censuras, precepta et mandata

Nullum preceptum formale sancte obedientie, nullaq. censura a Prelato etiam a P. N. Vicario Generali) Communitati imposita, vim habeat ligandi, nisi in scriptis intimetur. Excipimus tamen censuras, et precepta, que de iure, et more nostro in primo visitationis Capitulo ore tenus imponi solent. ==

46. Mandata, Censure, et precepta cuiuslibet superioris, seu illius Visitoris, in prima visitatione relicta, vim absq. dubio habeant usq. ad secundam ab ipso faciendam: maneant tamen abrogata, si expresse non confirmentur in ipsa. Que vero constituuntur a tali superiore, vel eius visitatore, in ultima visitatione trienij, vel sexenij, expirent quantum ad censuras, et precepta: sub ratione tamen mandatorum perseuerent. Ad hoc vero, ut predicta mandata a quolibet superiore, vel visitatore confirmentur, sufficiens non sit, quod ea in communi approbet, et confirmet; sed omnino necessum sit, quod ea individualiter innouet, et sigilatim referat. ==

47º. Acta Capituli Generalis, et Prov.lis ex commissione Capituli tradantur duobus Diffinitoribus, ut ea in debita methodo constituant; et postquam Presidi Capituli et Diffinitorio ita disposita manifestauerint, coram eo legerint, ab eoq. confirmationem sumpserint; predicta acta scribantur a Secretario in libro religionis, assistente saltem uno ex Diffinitoribus relatis: quibus sub formali precepto sancte obedientie precipimus, nullum verbum addere, aut demere posse, postquam in Diffinitorio talia decreta lecta fuere, et approbata. ==

Statuta, que vim Constitutionis tam obtinent, et ad primam Constitutionum nostrarum Distinctionem pertinent.

§ 1.

Circa officium Diuinum, Horarum Cantum, et suffragia mortuorum.

1º Statutum fuit a pleno Diffinitorio generali, ut singulis anni Sabbathis officium Conceptionis B. Marie Virginis recitetur, omissis verbo: hodie. et verbo: solemniter. et in Ana ad Benedictus pro Conceptionem hodiernam, dicatur; Conceptionis memoriam. Hoc autem debet intelligi, si Sabbathum non sit impeditum festo aliquo nouem lectionum etiam translato: tunc enim predictum officium votiuum recitari poterit qualibet hebdomade die, simili festo non impedita. Similiter stabilitum est, ut singulis feriis quintis officium Corporis Xpi recitetur, dum dicta dies festo nouem lectionum etiam translacto non impediatur: si enim est impedita, alia quacunq. die hebdomade simili festo non occupata poterit recitari ex priuilegio in hoc capitulo nouiter admisso. Et denuo etiam admissum est Priuilegium SS. D. N. Clementis Pape decimi, ut utrumq. officium votiuum possit predictis diebus recitari; etiam in Aduentu, Quadragessima, et quatuor temporibus, excipiendo illam Aduentus hebdomadam, in qua incipiunt Ane proprie ad laudes in officio de tempore. Admissum similiter est priuilegium Pauli 5. ut in ordine nro recitetur officium votiuum de Protoparente nro Diuo Petro Nolasco, prima cuiuslibet mensis die, festo nouem lectionum, etiam translato non impedita, preterquam in Aduentu, Quadragessima, et quatuor temporibus. ==

2. In Collegiis simul cum Ana Salue Regina, Litania Cantetur Lauretana. ==

3º Secunda, et tertia dies Resurrectionis, et Pentecostes: nec non tres dies ad natale Domini sequentes, festumq. translationis Sancti Iacobi absq. cantu aliquo declarantur. ==

4º Prima die Natalis, et Resurrectionis Domini oratio mentalis matutina, ut pote incompatibilis omittatur. ==

5º Nona simul cum sexta toto anni tempore (excepta Ascensionis die) dicatur. Vespere autem in toto ordine nostro hora secunda post meridiem recitentur. ==

6º Omnes religiosi absentes teneantur pro defunctis fratribus missas in Constitutione statutas celebrare. Omnibusq. prelatis precipitur, ut quam primum possint, certiores faciant absentes de morte fratris defuncti: in primoq. communitatis actu omnes sibi subditos moneant, ut quisq. suffragia debita impendat. ==

7º Prouintie Betica, et Castellana teneantur suffragia impendere pro his, qui in nro Romano hospitio decesserint, videlicet Cenobium Hispalense in Betica, et Matritanum

in Castellana, suffragia applicare debet pro ipsis, tamquam pro veris Conventualibus. Nec non decernitur, quod pro qualibet decedente monialis, quilibet Fratrum conventus unam Missam cum Vigilia, et responsorio debeat canere. =

8°. Omnibus ordinis nostri Sacerdotibus (preter eas Missas, quæ eis Cap. 27 dist. 2. conceduntur) ultra concedimus, ut pro sua celebrent intentione diebus S. P. N. Petri Nolasco, Epiphaniæ, Purificationis, sancti Joseph, Annuntiationis (in die qua celebratur) Apparitionis Sancti Michaelis, Corporis Christi, sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli,+ Conceptionis, Nativitatis, et Assumptionis; nec non sancti Raymundi Nonnati, sanctæ Catharinæ Virg. et Mart. et Sancti Antonij Abbatis. Precipimus q. sub obedientia formaliter, ut nullum stipendium pro prædictis Missis recipiant; nec pro elemosina ab alio accepta eas applicent. = + Revelationis ordinis nostri [illegible] Vale. et Secr. [illegible]

§. 2.

Circa Disciplinas, et Ieiunia

9°. Disciplina est omittenda in diebus Sancti Joseph, et Annuntiationis B. Virginis, si hæc festa non transferantur, sed propriis diebus recitentur: necnon in festis Presentationis, et Visitationis B. Mariæ; Apparitionis, et Dedicationis S. Michaelis, Sancti Laurentij Martiris, Sancti Antonij Abbatis, et precipue Diecesani Patroni; atque etiam in diebus Vigiliæ Corporis Christi, S. P. N. Augustini, et octavarum S. P. N. Petri Nolasco, et Dedicationum Ecclesiarum nostrarum, prima tantum vice, qua fuerint celebratæ. His autem diebus, quibus tota Communitas ad Processionem egreditur, et notabilis fuerit fatigatio, Commendator de Consiliarorum voto in disciplina poterit dispensare; dummodo talis dispensatio non fiat die aliqua maioris Hebdomadæ. In clausula autem Constitutionis nostræ Cap. 10 dist. 1. nomine Apostolorum, etiam intelligi debet, quantum ad disciplinæ omissionem Sanctus Bernabas Apostolus. =

10. Vigilia Apparitionis S.ti Michaelis Archangeli precipitur ieiunanda, dumodo in die Ascensionis non occurrat, excipiuntur tamen ab obligatione ieiunij festa Sanctorum Innocentium S.ti Raymundi Nonnati S.ti Laurentij, Apparitionis S.ti Michaelis si in die aliqua Rogationum non incidat: Visitationis, Purificationis Beatæ Mariæ, et S.ti Patris nostri Petri Nolasco, dumodo hæc duo ultima festa post Septuagesimam non occurrant.

§. 3.

Circa Recreationem, Vestitum, et Silentium.

11. In solemnioribus diebus quibus una recreationis hora designatur potest Comendator arbitrio suo per unam uel dimidiam horam orationem mentalem+: hisque recreationibus teneatur Prelatus edulium Comunitati ministrare; Dies autem Reuelationis nostri Ordinis, et Apparitionis S.ti Michaelis (si extra Rogationes celebretur) inter solemnes dies recreationis, et edulij computentur. + anteponere

12 Hora prima post meridiem, tam in hieme, quam in uere cymbali facto signo strictum obseruetur silentium usque ad Vesperas, et hoc tempore nullus soccis (uulgariter choclos) incedat, ut omnis uitetur strepitus. = Toto anni temp.e fiat prandium hora undecima, preterquam in diebus ecclesiastici Ieiunij in quibus dimidia ora supra undecimam debet differri.

13 Quatuor anni mensibus, in quibus permittitur Fratribus sine tunica media dormire, numquam possint sine corrigia, et scapulario minori.

§. IV.

Circa Clausuram, et modum exeundi.

14 Tempore strictioris silentij non licet e cellis egredi, nisi in casibus in Constitutione antiqua permissis c. 11, et 12 licet tamen alio quouis tempore egredi e cella ob quamlibet necessitatem, siue rationalem congruentiam, ut propter cellæ incommoditatem exercitij commodum, aliisque titulis honestis.

15 Præcipimus strictissime, sub formalique precepto S.tæ Obedientiæ mandamus, neminem Religiosorum rem aliquam ab alterius cella extrahere, sine Prelati licentia. Eodemque precepto adstringimus Prelatos quoscumque, ne manuscriptos codices extrahant, quando concionatorum cellas uisitant. Quando alicui Religiosorum prebetur recreationis facultas, ut ad Oppidum ubi est Conuentus Ordinis exeat, teneatur afferre testimonium in scriptis à Prelato de die qua ab illo Conuentu fuit egressus, ut ad proprium reuertatur.

Pena carceris per decem dies à Constitutione imposita his, qui itinerantes domum alicuius secularis fuerint ingressi tantum intelligitur applicanda si talis domus fuerit suspecta; secus autem si à suspicione sit libera. Quando autem pena grauis culpe designatur eis, qui die una uel nocte extra Conuentum manserint sine licentia, intelligendum est, si mansionem fecerint in domo non suspecta: quod si in suspecta domo reperiantur affuisse, preter penitentiam culpe grauis debent incarcerationem pati per decem dies.

§ V.

Circa Epistolas.

16 Qui epistolam alterius Religiosi legerit, uel absconderit, si Prelatus illius non sit, pene grauis culpe subiaceat. Eadem pena est applicanda scribentibus sine Prelati licentia. Omnibus SS. Prelatis precipimus, ut epistolas legant, que ad sibi subditos mittuntur: cum conformitate tamen ad c. 59. dist. 1. ubi disponitur, quod itinerantium licentie non legantur à Prelatis si sint omni nota liberi suspicionis.

17 Si quis audeat legere, aperire, aut retinere epistolas directas P. N. Vic.° Gnali Patribus Prouincialibus, Vicarijs, seu Presidibus Prouincialibus, Diffinitoribus actualibus, aut Vicarijs generalibus preteritis; Vel eas epistolas, quas predicti Patres alijs dirigunt, preter penam grauis culpe supra impositam, priuatione uocis et loci, atque incarcerationis pro tempore culpe proportionato multetur. Si autem huius Constitutionis transgressor fuerit Comendator per quadrimestre maneat à suo officio suspensus. Quapropter ut Diffinitorum epistole agnoscantur, in fronte earum superscriptio notetur hoc uerbo. Diffinidor. Epistole uero eorum, qui Vicarij Generales fuerint his uerbis signentur En nro Conuento. Epistole tandem Comendatorum directe alicui suorum subditorum hospiti in alio Conuentu, Prelatus talis Conuentus nullatenus adaperiat: notentur tamen hoc Verbo, Commendador. Idemque intelligi debet de epistolis, que mittuntur à Secretarijs.

§ VI.

Circa Confessarios.

18 Nullus Superiorum ex sua priuatiua potestate fulminare queat sententiam priuationis latam in Confessarios. Sed si talis sententia ferenda est à Prouinciali cum uoto Diffinitorij Prouincie debet concurrere. Si autem à P. N. Vic.° Gnali: cum uoto duorum Diffinitorum debet ferri, ad modum quo disponitur circa Diffinitorium Generale.

19 Dispensatio erga Confessarios, qui quadraginta annos non impleuerint, ut feminarum confessiones possint audire, à Prouinciali, et quatuor Diffinitoribus fiat maiori suffragiorum parte fauente, talisque dispensatio in scriptis est exhibenda, totius dicti Diffinitorij nominibus obfirmata.

20 Licet frater quadragesimum impleuerit annum non idcirco declaratur habilis ad mulierum audiendas confessiones: quin potius presenti Constitutione annullamus, et restringimus facultatem, que in licentia ab Ordinarijs exhibita poterat includi: Vt enim talis facultas ad mulierum confessiones extendatur, necessario statuimus ulteriorem licentiam ab uno ex superioribus habitam.

21 Confessarij, Concionatores, et Ordinandi, qui Episcoporum examine fuerint repulsi, iterum reducantur à Nobis examinandi, sitque noua approbatio necessaria, nouaque superioris licentia. Ordinandis autem etiam iterari debent Vota sue Conuentualitatis. Qui uero pro Ordinibus recipiendis à suo Conuentu fuerint egressi, et non ex causa reprobationis, sed ex altero accidenti sacros Ordines non receperint, ad sequentes Ordinationes tantum necessaria sint Communitatis iterata suffragia.

22 Prelati à Confessariorum sufficientie examine exempti c. 46. dist. 1. quantum ad preteritum tempus solum intelliguntur, qui Vicarij Generales, Prouinciales, seu Vicarij Proales electiui fuerint. Superior autem potest pro suo libito reliquos Confessarios pluries, quam in sua secunda Visitatione examinare preter eos, qui Artium uel Theologie sint, uel fuerint lectores.

Hyp. 23 Conuentuale Capitulum Verno tempore fiat mane intra horam Orationis mentalis feria sexta uel sabbato: Tempore autem hiemali nocte post Completorium habeatur.

Tertia Pars Statutorum, quæ vires Constitutionis non attingunt quia per tria sexennia approbationem nondum obtinuerunt.

Q1 Primo statuit. Ad firmandum Constitutionis antiquæ primarium finem, qui Capitula Generalia intendit celebrari de sexennio integro ad aliud sexennium, et ad euitanda tot, et tam grauia incommoda, quæ ex crebra Capitulorum Generalium celebratione nascuntur, Omnium consensu sancitum et decretum est, Vt deinceps Capitulum Generale in Ordine Nostro non congregetur, Vsque dum sexennium integrum à præcedenti Capitulo adimpleatur (sicut à simili Prouincialia Capitula ex Constitutione nostra nunquam possunt celebrari nisi integro adimpleto triennio) Itaque nullam Vicariatus Generalis quomodolibet Vacationem factam statuimus posse impedire hanc sexennij adimpletionem fixam. Quia tamen in Constitutionibus nostris aliqua reperiuntur Decreta huic nouæ resolutioni obuiantia. ideirco declaramus standum deinceps non esse § illi Statuimus cap. 1°. Dist. 2ª. nec §. sequenti, Vacante igitur ab illis Verbis, Et eum Vice Vicarium etc. Vsque ad finem §. inclusiuè. Similiter standum non est §. his ergo omnibus eiusdem Capitis ab illis Verbis, non possit Electores mutare, Vsque ad §. finem. nec duplici illi §. ad Calcem recentioris Constitutionis apposito, quorum primus incipit, Statuimus, et secundus Item ordinamus. Tandem attendenda non est Clausula aliqua, quæ huic perpetuæ sexenniorum fixioni contradixerit =

Q2 Vt autem hæc resolutio stabilis perseueret in primis decernimus, quod Vacante Vicariatu Generali, siue per mortem, priuationem, Renuntiationem aut absolutè iam Capitulo Generali Officij non admissionem teneatur Secretarius Generalis, et in eius absentia Commendator, aut Præses illius Domus, in qua Officium Vicarij Generalis quouis modo expirauerit de tali Vacatione statim certiorem facere Patrem Prouincialem siue Vicarium Prouincialem, aut Præsidem ~~ipso Prou. Capite Præsidente, et suffragante~~ Prou. ex qua Pater Vicarius Generalis fuerat assumptus qui quidem illicò obligatus sit conuocare quatuor Diffinitores et Procuratorem Generalem Prou. nec non illos, qui ex eadem Prouincia Vicarij Generales Prouinciales, aut Vicarij Prouinciales electi fuerint. Vt hi omnes in Domo designanda ab eo qui tali præest Prouinciæ capitulariter congregentur ipso Prou. Capite Præsidente et suffragante Et intra Viginti dierum spatium canonicè eligant Ex toto Religionis Corpore, Successorem in officio Vicarij Generalis, qui sexennium à præcedenti Capitulo inceptum in suo munere integrè adimpleat =

Q3 Hic autem successor electus (qui non Præses, sed Vice Vicarius Generalis est appellandus) si præsens fuerit Iuramentum coram tali Congregatione præstet de recta sui muneris gubernatione, eodem modò quo Vicarij Generales iurare tenentur. eique omnes statim Obedientiam præstent, et absque alio recursu maneat illicò confirmatus. si autem fuerit absens Obedientia præstetur Præsidi prædictæ Congregationis, Loco Vice Vicarij Generalis absentis; Quibus præstitis Congregatio dissoluatur, in qua nulla Lex nostra innouetur, nec auctoritatem habeat ad mutandum, derogandum, addendum, uel minuendum quodlibet statutum, siue uim Constitutionis obtinens, siue à præcedenti, uel alijs Capitulis Generalibus stabilitum, Etiam si in tali Congregat. præsens sit Vice Vicarius Generalis electus =

Q4 Prædicto autem Vice Vicario Generali sic electo plenam potestatem integrumque Ius concedimus, tam in Spiritualibus, quam in temporalibus tam in Electionibus, Priuationibus, Decisionibus, Celebrationibus Capitulorum Prouincialium suffragio que in omni elect. ferendo, quam in cæteris alijs quæ Iure communi et nostro peculiari Patri Vicario Generali in nostris Constitutionibus conceduntur et per alia Generalia Decreta non coarctantur, taliter quod in toto Ordine nostro

sit supremū absolutumque Caput in omnibus solo nomine mutato de Generali Vica-
rio, in Vice Vicarium Generalem -

25 Præterea statuitur quod qui per triennium expletum præd.º munere fuerit
functus, quam in sequenti Capitulo non possit eligi in Vicarium Generalem, sed per trien-
nium subsequens ab omni officio debet vacare, sive ad Generale, sive ad Provinciale
Capitulum ~~sive~~ spectans; sed qui hac ratione vacaverit eisdem Privilegijs tam in
sede, subrogatione suffragiorum et titulo Patris nostri, quam in suffragijs post mortem
quæ Vicario Generali conceduntur declaramus debere frui - Sin vero Vice Vicarius Generalis
per tres annos integros officium non gesserit, prædictis Privilegijs nullatenus gaudeat,
non tamen maneat inhabilis ad electionem in ipso faciendam, nec in sequenti triennio
ad quodvis aliud officium. Ad vitandam vero repetitam successorum electionem præci-
pimus sub formali Præcepto S.tæ Obed.æ, et sub Excommunicationis maioris Pœna ipso
facto incurrenda, ei qui in Vice Vicarium Generalem electus fuerit, ut à tali onere non
se excuset, nec Officium admittere renuat. Quod si post acceptam Gubernationem mori
in officio contingat, vel alio accidenti vacaverit, tunc eligatur alius Vice Vicarius Gene-
ralis ex Corpore etiam totius Religionis, eodem prorsus modo ab eisdemque suffragijs eius-
dem Provinciæ, à quibus primus Vice Vicarius Generalis processit, ita quod eadem Provinciæ
eidemque specifice electores à quibus processit Primus toto illo sexennio Jus et potes-
tatem habeant, ut quoties Vice Vicarius Generalis defecerit, toties alterum eius loco ca-
nonica electione præficiant.

26 Secundo statuitur quod sicut ad Derogandum statutum aliquod præcedentis
Capituli Generalis necessaria est bina pars Vocalium Capituli sequentis, sic etiam sit re-
quisita ad minuendum vel addendum quidquid ad Vitam communem, sive ad Gubernatio-
nem pertinet.

27 Secundo statuitur si Renuntiatio Patris Vicarij Generalis extra Capitulum
Generale fiat ab omnibus Provincijs per secreta suffragia acceptari debet: nec necesse
sit quod ad hoc prædicta Diffinitoria simul congregentur, sed unumquodque in sua Provincia
Renuntiationis prædictæ caussas examinet, ut ex nova Constitutione iam est sancitum: Re-
solutio autem Provinciæ sicuti ad quatuor Menses completos expectetur, quibus transac-
tis, et Resolut. non habita validum omnino sit quod à duabus Provincijs Bethica, et
Castellana fuerit præfinitum. Attamen Pater Vicarius Generalis renuntians decernere
debet quodnam ex Diffinitorijs debet esse primum in Renuntiationis rationibus discutien-
dis, et caussis examinatis alteri Diffinitorio remittere quod fuit decretum in primo
suffragantesque proprio nomine subscribant in prælata Renuntiat.e quam denegant
vel acceptant. Eadem forma omnino observanda est ad Renuntiatione Vice Vicarij
Generalis admittendam, vel renuendam.

28 Secundo statuitur quod ad Renuntiationes admittendas non possit de solo
Pater Vicarius Generalis procedere, sed cum Voto Consultivo et Decisivo eorum cum
quibus ad electiones et Privationes concurrit =

29 Secundo statuitur et declaratur quod quando in nra Constit.e cap.º 3.º
Dist. 9.ª dicitur, quod vim Constitutionis habeat, quod per tria Generalia Capitula
approbationem obtineat debet intelligi per tria sexennia integre et totaliter ad-
impleta, ita quod usque ad inceptionem quarti sexennij in quarto Capitulo Ge-
nerali, nullum Decretum Vires Constitutionis potest obtinere =

30 Primo statuitur quod in electionibus quæ fiunt in Capitulis
Conventualibus per Vota secreta, nullus Fratrum Votum habeat, ex his qui
~~in~~ sacris Ordinibus non sunt constituti

31 Secundo statuitur si aliquod occurrerit dubium circa Legem aliquam
ad Vitam communem seu Regimen spectantem, sive talis Legis interpretatio
insistet quæ occasio tale Dubium decidendi, aut Legem interpretandi, tunc si facili-
ter mens Legis interpretari nequeat, consulatur Pater noster Vicarius Generalis,

si

si in ea Rdus. P. adsit, et cum eiusdem Rev.di Diffinitorio determinet quid sit agendum et usque dum per Capitulum Genle. contrarium non praecipiatur praedicti Diffinitorij standum est Declarationi; ea autem Declaratio à Diffinitoribus debet subscribi, et eius causae in tali publico testimonio referri, ad modum quo decernitur Cap.o 3.o Dist. 5.a de Dubijs determinandis à Consiliarijs Conventuum =

12 Primo statuitur quod quaevis Resolutio Consiliariorum Conventus circa aliquod dubium occurrens debeat in scriptis firmari et manifesta sit sequenti Visitatori sub Poena suspensionis ab officio per duos menses Commendatori hoc Decretum omittenti, vel sub Poena gravioris culpae per idem tempus Praesidi illud non observanti =

13 Tertio statuitur si aliquis Vocalis Capituli Generalis vel Provlis ob infirmitatis impedimentum officium renunciet instante Capitulo, à pleno Diffinitorio Prov.li talis Renuntiatio acceptetur vel non acceptetur; quod si iusta ratione acceptetur alius debet eligi modo in Constitutionibus stabilito =

14 Secundo statuitur si Provlis officium intra Capitulum renunciare velit, à toto Capitulo eius Renuntiatio debet iudicari, ut supra dictum est de Patre Vic.o Genli renuntiante =

15 Secundo statuitur Diffinitores omnes ratione sui officij praecise et non Personae liberos in posterum constituimus ab officio Hebdommadarij, et Missae ultimae, Noviter statuitur, liberari ab officijs etiam Diaconi et SubDiaconi. Et quia litterae, quae ad ipsos diriguntur, nec legi, nec aperiri, aut detineri queunt à Commendatore, consequenter decernitur eorum Capsellas nullatenus à Commendatore, sed à Patre Vic.o Genli, vel Provli. solum visitandas. Hoc equidem potiori jure debent observare Vicarij, quamvis sint in Capite Praesidentes. Praeterea decernitur quod in Conventibus ubi praedicti Diffinitores hospitantur semper Consiliarij sint et in absentia Commendatoris seu Vicarij praesideant. Idemque statuitur de his qui Vicarij Generalis aut Vice Vicarij Generalis per tres Annos integros munere fuerint potiti. Declaratur ulterius, quod numquam Praeses Conventus ante tales Diffinitores assideat, nisi sit Praeses in Capite, nullo talis Domus Commendatore existente, scilicet per mortem, Privationem, aut Renuntiationis Commendatoris admissam. Non autem in alio casu. Tandemque stabilitur, quod ingrediente Vicario seu eo qui Praeses in Capite non est aliquem Communitatis actum Diffinitores non assurgant, sed reverenti Urbanitate ipsum honorent =

16 Secundo statuitur et declaratur, quod Provlis hospes in alio Prov.a sedeat ante omnes illos, qui Vicarij Generalis aut Vice Vicarij Generalis per tres Annos officium obtinuerint. Inter istos autem non ordo antiquitatis in Professione, sed in officio debet attendi =

17 Secundo statuitur et declaratur quod in Capitulo Genli sint Scrutatores suffragiorum Provles omnes, et quilibet Diffinitor antiquior in Professione ex quavis concurrente Prov.a =

18 Secundo statuitur, si Praeses Provlis à Patre Vicario Generali nominatus, et postea à Diffinitorio in Vicarium Provlem electus, biennium adimpleat, à die nominationis in Praesidem, usque ad Capitulum Provle

non

Non possit in tali Capitulo eligi in Prov.lem, nec in toto illo triennio ad aliud suffragativum officium assumi =

19 Secundo statuitur Commendatores, seu quilibet alius Vocalis, qui extra Capitulum à suis officijs fuere privati, non possint in eodem triennio assumi ad aliquod aliud officium, quod ad Generale sive Prov.le Capitulum spectet: neque nominari queant ad officium secretarij =

20 Tertio statuitur Propositio facta à Superiori in qualibet electione ita prudens debet esse, quod nullam Personam in publico Diffinitorio designet; sed extra, in privata Consultat.e proponat =

21 Tertio statuitur, sicut Procurator Generalis Romanae Curiae Iuramentum praestat fidelitatis; ita etiam Prov.lis Provincialis debeat de fidelit.e iurare, coram toto Diffinitorio suae Prov.ae. Et secundo statuitur, quod etiam Diffinitores respectu sui muneris debent Iuramentum praestare =

22 Tertio statuitur, Nullus Superiorum sub Praecepto formali sttae Obed.ae, abscondat, retineat, vel aperiat Literas pleno Diffinitorio directas, sed teneatur quicunque sive Inferior sive Superior tales litteras receperit intra octo dierum spatium clausas Diffinitorio praesentare =

23 Tertio statuitur, Nullus Superior nominare possit Visitatorem nec Secretarium ex Domo visitanda: nec Visitator ex visitanda Domo Secretarium nominare =

24 Tertio statuitur sicut Magistri Domuum Novitiorum à Capitulo Prov.li et extra Capitulum à Diffinitorio Prov.ae eliguntur, sic à solo Diffinitorio debet procedere eorum Privatio et Renuntiationis admissio =

25 Tertio statuitur, In qualibet Prov.a designari possunt tria Collegia et si aliud institui oporteat de consensu Diffinitorij et Consult.e Patris Nostri Vicarij Generalis fiat. Lectiones autem, et praecedentia Lectorum in hora suae Lectionis arbitrio et designationi relinquitur Patris Nostri Vicarij Gen.lis =

26 Secundo statuitur, Nulla electio ad Gen.le vel Prov.le Capitulum spectans, ultra duos menses possit differri, excepta electione Vicarij Prov.lis, in qua standum est Constitutioni 20. ad Calcem =

27 Secundo statuitur, si aliquis Diffinitor ratione infirmitatis Diffinitorio assistere nequeat, in eius Cella Diffinitorium non fiat. attamen privatim consultus debet suffragari eo modo secreto, quo Capsa Diffinitorij disponit =

28 Secundo statuitur, Causae omnes Religiosorum tam factae, quam faciendae, si semel sint actuatae à nullo Superiorum possint ultra unum mensem differri; sed intra designatum tempus debeant diffiniri. Iterumque iubemus ut Causae quecumque initiative actuatae, et usque modo non diffinitae, à Provinciali cuiuslibet Prov.ae cum suo Diffinitorio revideantur: Et si probationem fecerint, sententia iusta culpati mulctentur: si autem nihil comprobant combustis talibus Caussis Innocentes absolvantur =

29 Tertio statuitur, Superiores omnes et Visitatores teneantur Poenam Talionis irremissibiliter Calumniatoribus applicare si in aliquius Criminis accusatione, in probat.e defecerint ut dicitur Cap.e 19. Dist. 5.

30 Secundo statuitur si Prov.lis, vel Vicarius Prov.lis non valeant per se Visitationes facere, Visitatorem teneantur eligere per Vota secreta Diffinitorij Prov.ae. Possint tamen, sine tali consensu per se solos Visitatorem nominare

nominare, si numerus visitandorum Conventuum non attingat medietatem Conventuum Prov.ᵉ =

31 Secundo statuitur Prov.les seu Vicarij Prov.les teneantur suam ultimam Visitationem explere sex mensibus ante celebrationem Prov.lis Capituli =

32 Primo statuitur, et declaratur quod Secretarius Capituli tam Generalis, quam Prov.lis canonicè eligatur, vel à Patre Vicario Generali, Prov.li et Diffinitoribus Prov.ᵉ si sit ad Capitulum Prov.le, vel ab eodem Patre Vicario Generali omnibus Provincialibus, et Provinciarum Diffinitoribus duntaxat si ad ministeria Capituli Generalis eligatur, eaque electio in prima sessione Vigiliæ electionis debet fieri. Nullus autem Vocalium ad tale ministerium possit eligi. Similiter debet eligi canonicè Secretarius ad ministerium electionis Vice Vicarij Generalis et Vicarij Provincialis extra Capitulum, eisdem met electoribus suffragantibus, qui in futura elect.ᵉ Vice Vicarij Generalis, seu Vicarij Prov.lis sunt suffragaturi excepto Procuratori Generali, qui suffragari ad prædictam electionem non debet. Quod si in duplici scrutinio canonica electio Secretarij non fiat, tota electio devolvatur ad liberam Capituli Præsidis nominationem =

33 Primo statuitur et declaratur quod licet Constitutio expressè non obliget Procuratorem Romanæ Curiæ ad Capitulum Generale venire teneatur, nec sit ei liberum ad suffragandum adesse, nisi aliquo impedimento legitimo sit adstrictus =

34 Primo statuitur et declaratur, quod cum ex Nostra Constitutione Cap.° 25. Dist. 2.ᵃ Commendatarij eligendi, debeant esse bonis litteris instructi; deinceps sint inhabiles ad Officia Provincialis Vicarij, aut Præsidis Provincialis, Diffinitoris, et Commendatoris, qui cursus sacræ Theologiæ, vel sacrorum Canonum integrè non persolverint, aliter sint nullæ electiones faciendæ in similibus illitteratis subiectis. Possit tamen Pater Vicarius Generalis cum duobus, vel tribus dispensare, eosque ad Commendatarij officium habiles reddere, si ex alijs capitibus litterarum suppleat defectum, talis autem habilitatio fieri non possit ad Officium Rectoris alicuius Collegij =

35 Primo statuitur ad observantiam Bullarum Sanctissimi Domini Nostri Urbani Papæ Octavi, et Alexandri Septimi, quibus ad duo tantum triennia permittitur aliquem eligi in Officijs Commendatarij, aut Procuratoris Generalis Prov.ᵉ facta est in posterum à toto Capitulo Declaratio, quod qui duo biennia, in duobus triennijs, vel unum Annum completum in uno triennio, et totum immediatè sequens triennium prædicta exercuit officia, in sequenti Capitulo, non possit reeligi ad aliquod ex relatis officijs; quia si iterum reeligeretur, iam non sexennium, sed septennium impleret, quod menti Pontificum contradicit. Qui autem infra Annum ante Capitulum fuit electus licet in tali Capitulo suffragium ferat, potest eligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia, ac si illo parvo tempore, quod Annum non attigit et in quo Officium antè primum Capitulum exercuit, nihil foret quia illam parvam temporum quantitatem pro nihilo ad triennij Computum reputamus: Idem ad litteram debet observari de Officio Diffinitoris, servata Constitutione Nova §. Circa Diffinitores num.° 26 —

Primo

36 Primo statuitur, quod qui per duo triennia modo supra declarato officium exercuit, deinceps non possit assumi ad officium Secretarij Provinciæ.

37 Primo statuitur, quod cum Provincia Sicula sit Religionis filia, sicut et cæteræ, nullatenus debet excludi ab aliquibus honoribus, quibus aliæ condecorantur Provinciæ. Quapropter liberum sit Patri Nostro Vicario Generali, secretarium assumere ex dicta Provincia Sicula. Non obstante Resolutione Constitutionis 29. ad calcem. Similiter etiam decernimus nullatenus esse excludendam prædictam Provinciam, ut in ea Generale Capitulum celebrari possit. Sed liberum sit Capitulo suffragari, ut ex eadem Provincia Primus Capitularis designetur =

38 Secundo statuitur, Lectores actuales, et præteriti, aliique Religiosi Siculi litterati, possint in publicis conclusionibus difficultates proponere, et in forma argumentari, iuxta illius Provinciæ consuetudinem. denuoque conceditur facultas Provinciali, seu Vicario Provinciali eiusdem Provinciæ Siculæ, ut possit toto tempore Quadragesimæ concionatores mittere, ad Prædicationis ministerium. Etiam si in loco ubi sunt concionaturi, Conventus Ordinis Nostri non sit. Debeat tamen prædictis concionatoribus, socium aliquem ad ipsorum assistentiam designare, nec sine socio, liceat illos mittere. Eleemosinæ autem ex concionibus provenientes Patri Provinciali, et diffinitorio consignentur, quibus sub Præcepto formali Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ut nullatenus dictas eleemosinas consumant, sed fabricæ alicuius Conventus applicent, teneanturque de ipsis in Capitulo Provinciali sequenti rationem reddere =

Quarta Statutorum Pars, quæ vim Constitutionis non sortiuntur et ad Primam Constitutionum Distinctionem applicantur —

1 Primo statuitur, in toto Ordine Nostro, deinceps invariabiliter recitari mandamus Officium Sancti Patris Nostri Petri Nolasco, pro ut in Breviario Romano, toti Ecclesiæ præcipitur recitandum. Eius autem Octavæ Dies, sicut et Votivum Officium, nec non Octavæ omnes Festorum Ordinis Nostri, iuxta Octavarium Romanum recitentur, ut in Nostro Cæremoniali dicitur =

2 Secundo statuitur, si Monialium Confessores extra fratrum Conventum decesserint, pro eis debeant suffragia persolui Conventualiter in Domo illa à qua fuerunt egressi ad tale ministerium. Idem Observandum est si Secretarij Provinciæ in suo Exercitio accidat mori. Pro Redemptore autem, qui in suo Ministerio decesserit, sivè in itinere abiens, vel rediens, sivè inter Sarracenos Instituti nostri munus complens, præter communia suffragia quilibet sacerdos unam Missam celebret. Clerici autem et Laici recitationem communem dupplicent. Si autem acciderit aliquem fratrem ad novam Conventualitatem signatum in itinere decedere, Conventus à quo fuit egressus, suffragia ei persolvat ut Conventuali =

3 Primo statuitur pro Procuratore Generali Romanæ Curiæ obeunte in suo exercitio eadem suffragia impendantur, quæ immediatè pro Redemptore decernuntur. Deindè pro eo, qui in Commissione Generali Provinciæ Siculæ fuerit defunctus, si sit ex Provincia Bethica Conventus Sancti Josephi Hispalensis, et si ex Provincia Castellana Matritensium Conventuum suffragia Conventualis persolvat. Pro ipsius tamen Secretario in tali exercitio vitam finiente Conventus

Conventus à quo exijt, ad tale Ministerium Conventualem reputet in suffragijs; Tandemque pro Vocalibus Capituli Generalis in reditu ad suam Provinciam obeuntibus, ipsiusque limina nondum ingressis, quilibet totius ordinis Conventus ad unam Missam Cantatam, cum sua Vigilia et Responsorio sit obligatus =

4 Primo statuitur pro Patribus qui functi fuerint Officio Vicarij Generalis in toto ordine fiant eadem suffragia quae Vicario Generali actuali sunt debita =

5 Primo statuitur, in conformitate ad Bullam Sanctissimi Domini Nostri Clementis Octavi; Nullus Nostri Ordinis Novitius extra Domum Novitiatus possit educari, nec professionem emittere, sub Poena suspensionis ab officio per unum Annum Praelato ad Professionem admittenti extra Novitiatus Domum. Qui autem in Conventu alio, ad Habitum admittuntur intra quindecim dies ad Novitiatus Domum mittantur, sub Poena suspensionis ab officio per duos Menses, Commendatarie talem Novitium retardanti. Et si Praeses fuerit, per idem tempus Poenae gravioris Culpae subiaceat. Nec in Decreto hoc ita essentialiter gravi declaramus dispensare posse aliquem ex Superioribus. Ut autem Novitij Nostri religiosa disciplina benè educentur, praecipimus omnibus Praelatis Domuum Novitiorum ut Novitios obedientiae fratres intra quatuor mensium spatium nullatenus occupare possint in aliquo exteriori exercitio quod ipsos impediat Regulas, observantias, Caeremoniasque Ordinis perfecte addiscere. Toto autem Novitiorum Anno, neque Clerici, neque laici exercere possint ministeria receptoris Hospitum, Refectuarij, aut cuiuslibet alterius, quod exteriorem Communicationem exposcat =

6 Primo statuitur ad inviolabilem Matutini media nocte obligationem implendam omnis Domus, in qua Decem fratres Choro deputati commorantur absque aliqua dispensatione teneatur sub Poena suspensionis ab officio Praelatis per duos Menses, et gravioris Culpae, eodem tempore Praesidentibus =

7 Tertio statuitur in Domibus Novitiorum et Professorum quotidie recitetur Officium parvum Beatae Mariae; praeterquam in Diebus quibus festivitas aliqua, vel idem parvum Officium Sanctissimae Virginis recitantur in Choro: Nec non in maiori Hebdommada. Declaratur autem, quod ubi Domus Studentium Domus Professorum vocatur, ad hanc obligationem nullo modò tenentur =

8 Tertio declaratur, quod quando hiemali tempore Antiphona solennis Salve Regina, antè orationem mentalem omnium Sabbatorum canitur, sub eodem signo includatur hora orationis =

9 Secundo statuitur Vigilia Sancti Patris Nostri Petri Nolasco totaque Beatae Mariae de Mercede Octava numerentur inter festa à Disciplina excepta =

10 Secundo statuitur quod Festum Sancti Iacobi Apostoli Hispaniarumque Patroni liberum sit ab obligatione Jeiunij =

11 Tertio statuitur nullum Inferiorem Praelatum, absque Superioris Licentia permittere posse Clericos itinerare, non associatos, licet ordinationum causa mittantur. Praecipimusque ut nullus praedictorum occupari possit ex ipsa designatione in officijs Sacristae, Ianitoris, Procuratoris, et alijs, quae commu=

nicatione

nicationem requirunt cum Secularibus: neque assignari queant ad associandum eos qui è domo egrediuntur absque Superioris dispensatione. Commendatori autem contrarium facienti imponitur Pœna suspensionis ab officio per bimestre, et eius Præsidi per idem tempus Pœna gravioris culpæ =

12 Primo statuitur, si Clerici Studentes admittendi sint ad Sacros Ordines tempore quo extra Collegia in conventu aliquo à Studijs vacant, suffragia utriusque domus Collegij scilicet, et Conventus vacationis, declaramus necessariò quod si in una Communitate admittuntur, et in altera repudiantur absolute iudicentur repulsi =

13 Secundo statuitur eadem suffragia impendantur post mortem eij, qui per biennium Vicarij Provinciales extiterint, quæ absolutis Prælaturalibus debentur exolui =

14 Primo statuitur Provinciæ Bethica et Castellana pro que illarù in solidum teneantur quolibet Anno contribuere Hospitio Romano Mille nummos argenteos (vulgo Reales de Plata) solutis expensis, quæ pro conductione soluuntur usque dum prædictum Hospitium Hæreditatem possideat, quæ à Donna Camilla Cavalieri fuit Legata =

15 Primo statuitur, Præcipimus omnibus Prælatis, eorumque Conscientias graviter oneramus, ut in Constitutionum Nostrarum, omniumque Decretorù observantia, sedula Vigilantia laborent, Pœnasque transgressoribus Legum taxatas irremissibiliter applicent. Quod si in earum applicatione reperiantur omissi, sciant se esse puniendos iisdem proportionabiliter Pœnis, quibus leges relaxantes debebant plecti =

16 Universi huius Congregationis Generalis Vocales nomine totius Recollectionis Nostræ, expressa voluntate admiserunt Privilegium Patribus Carmeli excalceatis concessum, ut nemo statum Nostrorù ad Carthusianù ordinem faciat transitum absque expressa licentia in scriptis habenda, utriusque Ordinis Prælatorù Superiorum. Totumque prædictum Capitulum supplicationem mittit ad Apostolicam Sedem, ut hoc signetur Decretum perpetua firmitate solidare =

17 Admissæ similiter à Nobis sunt Bulla Confraternitatis Beatæ Mariæ de Mercede à SS.mo Domino Nostro Papa Clemente Nono nuper concessa ~~exhibita~~ et Bulla Communicationis ~~[illegible]~~ Privilegiorum à SS. Dño Nostro Clemente Decimo ~~nuper concessa~~ eiusdemque Clementis Noni Bulla ad abrogationem Capituli Intermedij exhibita. Declaramus tamen prædictam Bullam Communicationis ~~Privilegiorum~~, tantum in favorabilibus Ordini Nostro fuisse admissam, non autem in Privilegio aliquo quomodolibet obviant. Nostris Legibus, Constitutionibus et Statutis =

18 Præterea, omne presens Capitulum Constitutiones Monialium Nostri Ordinis, earumque Manuale Habituum, et Professionum expressa confirmatione validavit, similiter approbationem contulit Cæremoniali, et Manuali in omni eo, quod non contravenerit Rituali Romano, et Constitutionibus Nostris. Approbavit etiam Novitiorum Instructionem à Venerabili Patre Nostro Fr. Francisco à St. Joseph dispositam, in Domibusque Novitiorum, et Professorum eius mandavit observantiam. Ulterius tamen præcepit ne Magistri Novitios onerent novis Mortificationum exercitijs, altiusque Pœnitentiæ arbitrarijs, sed eos Spirituali imbuant educatione iuxta prudentem formam Instructionis prædictæ.

19 Insuper tota presens Congregatio in signum gratitudinis debitæ affectui et beneficijs, quibus ab Eminentiss.o Domino Cardinali Ottobono, Protectore Nostro agnoscitur honorata statuit, ut quotidiana hora Orationis mentalis matutinæ, nec non disciplina cuiuslibet feriæ sextæ in toto Ordine Nostro applicetur pro ipso Eminentiss. Domino Nostro Cardinali Protectore =

20 Tandem ex decisivis Votis totius presentis Capituli Canonica electione fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis in Vigilia Pentecostes Anni Venturi Millesimi, sexcentesimi, septuagesimi octavi, Conventum Sanctæ Cæciliæ Oppidi Ripensis in Castellana Provincia. Si hoc decretum placuerit

cuerit Excellentissimo Domino Duci Metimnę Sydonię, ad quem designatio Capitularis firmus spectat ex Iure Patronatus Generalis totius Sacrę Recollectionis nostrę.

Comitia hęc generalia superno numine auspice in honorem Beatissimę Virginis Marię ab omni labe originalis culpę in primo instanti suę animationis immunis, Sanctique Protoparentis Nostri Petri Nolasci die quarta decima Mensis Iunij, anni a Virgineo partu millessimo sexientecimo septuagessimo secundo; a Revelatione, atque item nostri Ordinis, eiusque fundatione quadrigentessimo quinquagessimo quarto; a nostra Discalceatorum familia sexagessimo nono, finis coronam habuerunt.

Fr. Fran.co a S.to Stephano Vic. Genl. elect.

Fr. Ioannes a S.ta Maria

Fr. Joannes a[illegible] [illegible] Genl[illegible]alis

Fr. Iosephus a S.ma Trinit. Diffinitor Generalis

Fr. Albertus a S.ma Trinitate Diffinitor Generalis

Fr. Ioannes Bapt.a a S.mo Sacram.to Diffinitor Generalis

Fr. Ioes a Matre Dei Diffinitor Generalis

Fr. Joannes a S.to Ambrosio Diffinitor Generalis.

Fr. Cecilius a Conceptione Diffinitor Generalis

Fr. Hieronymus a Divo Hyacint[illegible] Diffinitor Generalis

Fr. Gabriel a Sanctiss.o Sacram.to Diffinitor Generalis

Fr. Luis de S.t Bern.do Diffinitor

Fr. Isidorus a S.to Joanne Diffinitor Generalis

Fr. Iacobus a S.to Thoma Diff. Gnlis.

Fr. Laurens a S.to Hieronymo Diffinitor [illegible]

Fr. Joannes a S.to Hieronymo Diff. Gnlis

Fr. Fran.cus a Iesu Maria Diff. Gnlis

De mandato Patris Nostri Generalis et Capituli

Fr. Andreas a Sancto Aug.no Secret. Capituli

✝

Jesus María Joseph.

In nomine SS.me Trinitatis, Patris, et Filij et Spiritus Sancti, et sub protectione B.me Virginis Mariæ de Mercede Dnæ ac Patronæ nræ, SS.mi Patris nri Petri Nolasco, Sti Joseph Desponsi Sponsi, Oiu[m]q SS. Amen.

Notorio sea a todos, como en diez y seis dias del mes de Mayo deste presente año de mill setecientos setenta y ocho N. R. P. Fr. Augustin de Sta María Commor del Convento del Sr. Sn Joseph dela Ciud de Sevilla, Comissa y Presidte Grall, en virtud de Comision y Patente de N. R. P. Fr. Franco de Sn Estevan, Vgo Genl de todo el Orden de Mercenos Descalzos Redentes de Cauts, su ffa en Sevilla en veinte y seis dias del mes de Abril deste presente año, llegó al Convto de Sta Barba dela Villa y Corte de Madrid de dho Orden, en compañia de toda la Proal plena de Andaluzia: y luego q Su Ra entró en dho Conuto, mandó tocar a Cplo para intimar en él, y hacer notorias las dhas letras de su Comision. La qual acion fue impedida por el Pr Fr Alonso de Sn Miguel Proal desta Proa de Castilla, de cuya parte, y a pedimto de la dha Proa de Castilla se le notificaron a dho P. Comisso Gl unas letras Apticas, del Illmo Sr Nuncio de Su Sd en estos Reynos de España; por las quales se le hacia notorio el q por parte de dhos P. Proal y Proa de Castilla, se avia comparecido ante el dho Sr Nuncio, y dicho, q las dhas letras de Comision dadas por el sobredho N. R. Vico Gl, eran invalidas, por ser contra nras sagradas Const, de las quales avian hecho presentaon ante el dho Sr Nuncio, pidiendole las declarasse por nulas, y mandase al dho P. Comisso y Presite Gl, no usase de ellas en manera alga: y q Su Illma dho Sr Nuncio mandaba a su Ra dho P. Comiso, con pena y censuras Apticas, q suspendiese la execucion de dha su Comision, dandole termino de quarta dias para poder comparecer ante Su Illma y alegar de su Justa; y q haviendolo assi

Le seria guardada. Y su R.ª el dho P.e Comiss.º obede
ció las dhas letras App.cas, diciendo q estaba prompto a com
parecer ante el dho S.r Nuncio, y alegar de su Justicia. =
Y el dia sig.te su R.ª dho P.e Comiss.º g.l, atendiendo ala paz comun
dela Relig.n, y a evitar pleitos y escandalos, de q no se podia
seguir, sino es gastos, detencion larga del Cap.to g.l, y desedificacion
dela Corte, dixo, q pro bono pacis, cedia, y renunciaba el dho offi-
cio de Comiss.º y Pres.e g.l. Y de ambas partes, asi de su R.ª como
dela dha Prov.a de Castilla, y demas Cap.es, se supp.co al
dho S.r Nuncio, por peticion q ante su Ill.ma se hizo, firmada
de todos, q su Ill.ma fuere servido de admitir la dha Renun
ciacion, y de nombrar, elegir y criar Presid.te dela Relig.n
q con autoridad App.ca convocasse a todos los Capitulares en
Cap.to pleno, y en el pudiesen elegir y eligiesen Presid.te del dho
Cap.to g.l con toda las preemin.as, autoridad y Jurisdicion, q el dho
N. R. P. V.º Grat. tuviera si presente fuese a presidir en dho Cap.to.
Y el dho S.r Nuncio de Su Santidad, por su Breve especial
concedio lo q por p.te de dho Cap.to le era pedido; su ffa. en M.d
decimo Kalendas Iunij de este p.nte año de 1678, criando por Presid.te
dela dha Junta al N. R. P. Fr. Gaspar de S.ta Maria Madal.a
Calific.or del S.to offi.o Prov.al dela Prov.a de Ytalia, el qual usando dela facultad
App.ca, q por dho breve sele concedia, mando Juntar a Cap.to pleno
a todos los Electores gratis: criando por Secret.º de dha Junta,
al P. Fr. Juan de S.to Thomas Calific.or del S.to offi.o, y Conv.l
del dho Conv.to de S.ta Barb.a de M.d. Y aviendo intim.º
ala dha Junta el dho Breve se procedio a Eleccion canonica
por votos secretos de Presid.te g.l. Y fue electo canonicam.te
por mas dela mitad delos votos. El dho N. P. Fr. Aug.n
de S.ta M.a al qual sele dio la posesion de dha Presid.a y se
hizo notoria al dho S.r Nuncio; y su Ill.ma de palabra la
aprobo, y confirmo con demonstr.es de mucho gusto y placer, q mostro
tener, por la paz de nra Religion. = Y el dho N. P. Presid.te
g.l el dia sig.te supp.co a su Ill.ma el dho S.r Nuncio de su Sant.d
por Memorial q le presento fuese servido de dar su facultad,
y dispens.on en forma, para poder elegir Secret.º del Cap.to g.l
en el dho Conv.to de S.ta Barb.a de M.d, dos dias antes dela ce
lebracion del dho Cap.to, dispensando p.a ello en la acta del Cap.to
g.l prox.e pasado, en q se ordeno q dho Secret.º fuese electo en la
prim.a sesion del dho Cap.to, cuya Acta [illegible] dec. = Y su Ill.ma el dho
S.r Nuncio fue servido de despachar su Breve, por el qual

Concedió la dha facultad segun y como le era pedida, dispensando pro hac vice, la dha Acta, por el dho su Breve Apostco. Sub[scripto] en M[adri]d. Octavo Kalendas Junij deste pr[esen]te año = Y el dho N. P. Presid[en]te G[ener]al, el dia sig[uien]te Junto todos los Electores en Cap[itul]o pleno para la dha Eleccion de Secret[ari]o G[ener]al, nombrando por Secret[ari]o de dha Junta al dho P. fr Juan de S[an]to Thomas. Y auiendo leido el dho Breue se procedio a Eleccion de Secret[ari]o del Cap[itul]o G[ener]al por votos secretos, y salio la eleccion Canonicam[en]te hecha Uniformem[en]te por todos los Votos en persona del P. fr Isidro de S[an] Ju[an] Predic[ado]r de su Mag[esta]d (q[ue] soy yo el presente Secret[ari]o) Conventual del dho Conu[en]to de S[an]ta Barb[ar]a de M[adri]d. Y la dha eleccion fue aprobada por el dho N. P. Pres[iden]te G[ener]al: Y auiendo Jurado en forma, como es costumbre, se me dio la posesion de dho officio, y su R[everendisim]a dho N. P. Presid[en]te G[ener]al me entregó los sellos y libros de la Relig[io]n, para q[ue] los presentase en el dho Cap[itul]o G[ener]al, y entregase al q[ue] fuere electo en Vic[ari]o G[ener]al = Y auiendose congregado todos los dhos P.P. Capitulares en el Conu[en]to de S[an]ta Cecilia de la Villa de Ribas de la Prou[inci]a de Castilla Viernes veinte y ocho de Mayo deste pres[en]te año, Vig[ili]a Vig[ili]a de Pentecostes, por la mañana; Conuiene a saber, el dho N. P. Presid[en]te G[ener]al fr Aug[usti]n de S[an]ta M[arí]a. Y los V.V. P.P. fr Alonso de S[a]n Mig[ue]l Proal de Castilla: fr Pedro de S[a]n Luis Proal de Andaluzia. fr. Gaspar de S[an]ta M[arí]a Madal[en]a Proal de Italia. Y los P.P. fr. Gabriel del SS[antisi]mo Sacram[en]to; fr Joseph de S[a]n Juan; fr Urbano del SS[antisi]mo Sacram[en]to Diffin[idor]es G[enera]les por la dha Prou[inci]a de Castilla. Y los P.P. fr Juan de S[a]n Ambr[osi]o: fr fran[cis]co de S[a]n Ambr[osi]o, y fr Thomas de S[a]n Andres, Diffin[idor]es G[enera]les por la Prou[inci]a de Andaluzia. Y los P.P. fr Raymundo de S[a]n P[edr]o Nol[asc]o, fr Antonio del SS[antisi]mo Rosario; fr Joseph de Jesus M[arí]a, y fr Serafin de S[an]ta Catalina de Sena, Diffin[idor]es G[enera]les por la Prou[inci]a de Italia. Y los P.P. fr. fran[cis]co de S[a]n Marcos Procur[ado]r G[ener]al de la Curia Romana, fr. Diego de S[an]ta M[arí]a Procur[ado]r G[ener]al de la Prou[inci]a de Andaluzia, (digo de Castilla) y fr Juan de la SS[antisi]ma Trin[ida]d Procur[ado]r G[ener]al de la Prou[inci]a de Andaluzia; todos diez y siete Vocales, el dho N. P. Pres[iden]te G[ener]al nombró por Vic[ari]o del dho Cap[itul]o al P. fr Juan de S[a]n Ambr[osi]o Diffin[ido]r G[ener]al por la Prou[inci]a de Andaluzia; y con esto se absoluio esta prim[er]a Sesion, entrando todos a comer en el Refectorio. = Y el mismo dia por la tarde,+ en Cap[itul]o pleno se leyó una Patente del Ex[celentisi]mo S[eño]r Duque de Medina Sidonia Patron G[ener]al de toda n[uest]ra Recoleccion, en q[ue] nombraba por Casa Capitular p[ar]a este dho Cap[itul]o G[ener]al el Conu[en]to de S[an]ta Cecilia de la Villa de Ribas Arzobisp[ad]o de Toledo. = Y yo el sud[ic]ho Secret[ari]o nombre

+ Se calificaron los Votos y dieron todos por electores legitimos: y asimismo se leyó

13

a todos los Vocales Una patente del dho N. P. Presid.te Gl. en q. les
mandaba con precepto formal de Sta obed.a, y pena de Excomunion
mayor latæ sent.æ, q. si alguno supiese de algun impedim.to Canonico
en alguno delos dhos Vocales, le manifestase dentro del termino de
dos horas, ante su R.a y ante mi el sus.o dho Secret.o Y asi mismo mandó
debaxo delas mismas censuras, q. la dha noche Vig.a dela eleccion en
tocando a silencio, ningun Gto ni Conventual pudiese quebrantarle
ni conferir entre si cosa alguna tocante a la dha eleccion; por q.
se les daba tiempo suficiente p.a la conferencia; Y obedeciendo todos
a dha patente se fixó ad valvas de la sala Capitular p.a q. viniese
a noticia de todos. = Y luego en cumplim.to del precepto del Ill.mo
S.r D. Fr. Ant.o de Sotomayor Inquis.or G.l en estos Reynos de España, yo el
dho Secret.o G.l hize notorio a todo el Gto Un Edicto dela Sta Inquisicion
q. comprehende diversas Constit.es Aptas en favor del SS.o Tribunal. =
Asi mismo ley yo el dho Secret.o la tabla delos Diffctos Religiosos, y
Relig.as q. avian m.to en las tres Provas, desde el Gto G.l prox.e pasado hasta
el dho dia. Y se hizo por ellos el sufragio y commemoracion q. dispone
nra Constit.n Y aviendo N. P. Pres.e encargado mucho a todos los Capitul.es
el cuidado en rogar a D.s por el Summo Pontif.e, por el Rey N. S.r, y
por todas las personas del Estado Ecclesiastico y Secular, y hecho todos la
deprecacion acostumbrada; Prosiguió el dho N. P. Pres.te del Gto en confor
midad a lo dispto en nra Const.n, cp 2. dist 2: y les hizo Una platica espirit.
en q. afectuosam.te les exortó, pusiesen los ojos p.a la dha eleccion del V. Gl.
en persona de Virtud, Ciencia y prud.a; omni odio et amore postpositis; miran
do solo a la mayor gloria de D.s y aum.to espirit.l de nra Sta familia,
sin atender a otros fines particulares. Con q. se absolvió esta sesion. =
Y el dia sig.te por la mañana q. se contaron Veinte y ocho de Mayo de
este pres.te año, Vig.a de Pentecostes, aviendose dho en la sala Capitular Missa
de Espu S.to, y predicadose Un sermon literal (como es Uso y costumbre) - Y aviendo
exortado Una, dos, y tres Vezes, a todos los sobredhos Electores, q. no eligiesen
en V.o G.l persona q. tubiese algun impedim.to Canonico pasivo, de Excomunion
suspension, u entredho, u otro qualq.a legitimo. Y preguntadome a mi el dho
Secret.o, si alguno me avia dado aviso de q. algun Gto lo tubiese: u de q. al
guno no pudiese sufragar legitimam.te en dha eleccion? Y respondido q. no;
hechó su R.a la absolucion G.l q. manda el acta 12 q. ya tiene fuerza
de Constit.n Y cantado el Himno, Veni Creator Spiritus, hizo su R.a
el Juram.to q. nras leyes disponen sobre Un SS.mo Crucifixo y Un Missal,
de q. eligiria por V. Grat. de toda Nra Recoleccion, a la persona q. en Dios y
en su conciencia juzgase mas benemerita de dho oficio. Y en la mis
ma forma hicieron el mismo Juram.to todos los sobredhos Vocales, con q.
immediatam.te se procedió a la eleccion de V.o Grat. y tomando Varias
cedulas escritas por mi el dho Secret.o de Gto, y hechandolas en Una
arquilla q. para este caso estaba preparada sobre la mesa de la sala Capit., se
regularon, por los dhos N. P. Presid.e Gl. los tres Provin.s, y tres Diffin.
los mas antiguos de cada Prova; y se hallaron Once cedulas -

Con el nombre del P.e fr. Pedro de S.n Luis. quatro con el nombre del P.e fr. Gabriel del SS.mo Sacr.to. Una con el nombre del P.e fr. Gaspar de S.ta M.a Madal.a, y otra con el nombre del P.e fr. Augustin de S.ta M.a: q por todos son diez y siete Votos Con q se publicó por mí el Secret.o la eleccion canonicam.te hecha en la persona del dho P.e fr. Pedro de S.n Luis Calific.or del S.to officio Proal de la Andaluzia, en Vic.o Gral de toda nrã Sagr.a Relig.n; y como tal juró de gouernarla conforme nrãs Const.es y regla y de guardar la Concordia hecha con nrõs P.P. de la Obseru.a acerca del Minist.o de la Redencion: Y luego le dieron la obed.a el dho P. Presid.te del Cap.to con todos los demas Cap.res. Y entonando el Te Deum laudamus, fueron en Procesion a la Capp.a mayor de dho Conu.to, donde dichas las Oraciones q para este caso dispone nrã Constit.n, el dho N. P.e fr. P.o de S.n Luis V.o Gral electo se sentó en una silla al lado del Euang.o, donde de nueuo le dieron la obed.a, assi el dho P.e Presid.te de Cap.to, como los demas Vocales, y Religiosos de dho Conu.to, reconociendole todos por Canonico y legitimo Prelado superior de toda nrã Sagr.a Descalzez. = De cuya eleccion se pidió Confirmacion al R.mo P.e M.o Gral de la Obseru.a, por parte del Cap.to g.l nombrando al P.e fr. Juan de la SS.ma Trin.d Procur.or g.l de la Proã de Andaluzia, p.a q fuese a la Villa de M.d, donde a la sazon se hallaba el dho R.mo, p.a q con una peticion en forma en nombre de dho Cap.to g.l, pidiese dha Confirmacion, presentando la fee del Secret.o de como dha eleccion auia sido Canonica. = Y luego este mismo dia Sabado por la tarde el dho nro P. V.o Gral electo mandó conuocar a todos los Cap.res, y les propuso como el dia sig.te se auia de haser la eleccion de Procur.or Gral de Roma, encargandoles pusiesen toda atencion en elegir p.a dho officio persona q tubiese todas las calidades q pide nrã Sagr.a Constit.n, y requiere un minist.o tan graue y de tanta confianza. = Y despues de hecha esta dha proposicion, yo el Secret.o ley al Cap.to pleno una peticion en forma firmada de los cinco Cap.res de la Proã de Italia: en q pedian en just.a a todo el Cap.to habilitasse a la dha Proã, p.a q de ella pudiese ser electo en Procur.or g.l de Roma el sugeto en q concurriesen las p.tes q la dha Constitucion ordena: atento a q la excluciua q en nrã Constit.n tiene dha Proã p.a obtener dho officio, no es excluciua absoluta y perpetua, sino temporal: (Verba legis sunt haec: Qui aliud pro tempore non judicetur,) y q ya era tiempo de q se hiziese este juizio en fauor de dha Proã de Italia; pues assi en num.o de Conu.tos, como en sugetos, se hallaba para poder gozar la alternatiua de dho officio con todas las demas Proãs. = Y el dia sig.te por la mañana Domingo de Pentecostes se votó dha peticion por votos secretos; y se decretó omnibus calculis et nemine Vocali discrepante; q dha Proã de Italia gozasse la

Procurad.r de Roma

La alternativa con las demas, y fuese proximé habili para el dho officio de Procur.or g.l de Roma pudiese Canonicam.te ser electo el Sugeto de dha Prov.a q pareciese mas digno. = Y en esta misma Sesion N. P. V.o G.l electo y los PP. Prov.les y Diffin.es g.les delos tres Prov.as sus dhos, tomaron Cedula p.a dha eleccion de mi el Secret.o, y hechandolas en Vna arquilla, y llegando a regularlas, se hallaron Catorce Cedulas Con el nombre del P. fr. Francisco de Jesus M.a, Comm.or del Muelle en la Ciu.d de Palermo: Con q nemine discrepante quedo electo en Procur.or g.l dela Curia Romana el dho P. Fran.co de Jhs M.a Comm.or del Muelle. = Assi mismo en esta misma Sesion nombró N. P. V.o G.l electo por Contadores al P. fr. Ju.o de S.t Ambro.o Diffin.r g.l de Andaluzia, y al P. fr. Serafin de S.ta Catalina de Sena Diffin.r g.l de Italia. Con q se absoluio esta Sesion; y se Citó a todo el Cap.to para Conferir y resoluer en todas las siguientes, las Actas y ordenaciones q mas Convenientes fuesen p.a el Seruicio de D.s y aumento espiritual de nra S.ta familia. Y los Estatutos q destas Sesiones sig.tes resultaron; son los q aora se siguen. =

§ I.o

Statuta, et Decreta Vim Constitutionis habentia, Cuq[ue] iam per tria Capitula generalia, et tria integra Sexennia sint approbata.

~~Circa Diffinitorij in Communi et parte~~

Circa Diuinum Officium: Horarum Cantum, et Suffragia mortuorum.

Statutum fuit a pleno Diffinitorio Gratis, Ut singulis anni Sabbathis officium Votiuum Conceptionis B.mae Virginis M.ae recitetur: Et singulis quintis ferijs officium Corporis Xpti; dum aliqua ex his diebus festum nouem lectionum etiam translatum non occurrat: Itemq[ue] in qualibet hebdomada die simili festo non impedita, Vnum et alterum officium poterit recitari; etiam in Aduentu, Quadrag.a, et quatuor Temporibus, excipiendo illa Aduentus Hebdomada, in qua incipiunt Antiphonae propriae ad Laudes in officio de Tempore. Sitq[ue] officium de Protoparente nro. D. Petro Nolasco qualibet Hebdomada die festo nouem lectionum non impedita, poterit recitari. In Quadragesima autem et Aduentu semel in mense, prima scilicet die non impedita recitetur. Priuilegium etiam de officio Votiuo S.ti Iacobi Apostoli Hispaniarum Patroni, feria secunda Cuiusuis hebdomada non impedita admittitur recitandum, extra Aduentum, et Quadragesimam. =

* Nouiter etiam statuitur, q.d officia Sanctorum Ordinis nri eorum Conformitate ad Rituale Patrum Observantium recitentur. Festum autem dedicationis Ecclesiarum Ordinis die decima mensis octobris praecipimus in toto ordine Celebrari. = Necnon festum S.ti Petri Paschasij M.ris Octaua. =

* Denuo etiam statuitur quod Ceremoniale a Patre Fr. Francisco de Passione compositum, nouiter reuideatur a toto diffinitorio Prouinciæ Bethicæ cum consultatione Mag. Ceremoniarum Ecles. Hispalensis. Sic que reuisum et aprobatum remitatur diffinitorio Prou. Castellæ quod ex consultatione etiam Mag. Ceremon. Toletanæ Ecles. illud approbet: Postea que ab utroque diffinitorio aprobatum, Ill.mo D. Commis. Gen. Sanctæ Cruciatæ presentetur, vt de ipsius authoritate et licencia imprimatur = Declaratum etiam fuit a toto Cap. generali quod in Missa

* Votiua B. M. V. in Sabatho standum præcise est nostræ constitut. Pontificiæ ex qua decernitur nullam aliam commemorationem, nisi Spiritus Sancti et S. Joseph deuere addi = Declaratur etiam quod Laudes officij Natiuitatis Domini sine cantu dicantur.

In conuentibus et collegijs simul cum antifona Salue Regina Lythania cantetur lauretana = Secunda et tertia dies Resurec. et Pentecostes, necnon tres dies ad Natale Dom. sequentes, festumque translationis S. Jacobi absque cantu aliquo declarantur = Prima die Nat. et Resurec. Dom. oratio mentalis matutina, vtpote incompatibilis, omitatur = Nona simul cum Sexta toto anni tempore, excepta Ascensionis Dom. Die, dicatur. Vesperæ autem in toto ordine nostro, hora secunda post meridiem, recitentur = Quando hyemali tempore anthyphona solemnis Salue Reg. ante orationem mentalem omnium Sabathorum canitur, sub eodem signo hora orationis includatur =

In domibus Nouitiorum et professorum, non autem in Studentium collegijs, officium paruum B. Mariæ cotidie recitetur, preterquam in diebus quibus festiuitas aliqua, vel idem paruum officium eiusdem Santiss. Virg. recitantur in choro, nec non in maiori hebdomada =

Omnes Religiosi absentes, teneantur pro defunctis fratribus Missas in constitutione statutas celebrare. Omnibus que prelatis præcipitur, vt quam primum possint certiores faciant absentes de morte fratris defuncti: In primo que communitatis actu omnes sibi subditos moneant, vt quique suffragia debita impendant =

Quelibet trium Prouinciarum teneatur suffragia impendere pro his qui in nostro Romano hospitio decesserint: Videlicet Matridanum cenobium in Castellana: Hispalense in Boetica, Panormitanum Conceptionis in Italia, suffragia aplicari deueant pro ipsis, tamquam pro veris conuentualibus. Pro qualibet etiam decedente Moniali, quilibet conuentus Prouinciarum S. Joseph et Conceptionis, vnam Missam cum vigilia et responsorio ex pia elemosina canat =

Omnibus nostræ ordinis Sacerdotibus, preter eas Missas, quæ eis cap. 25. distinct. 2. conceduntur, vltra concedimus, vt pro sua celebrent intentione diebus S. P. N. Petri Nolasco, Epiphaniæ, Purificationis, S. Joseph Anuntiationis, diebus quibus hec vltima duo festa celebrantur, necnon Apparitionis S. Michaelis, Corporis Christi, Joanis Bap. SS. Apostolorum Petri et Pauli, Descensionis B. M. de Mercede, Conceptionis, Natiuitatis, et Assumptionis eiusdem Deiparæ, S. Raymundi Nonati, S. Chatarinæ V. et M. et S. Antonij Abbatis = Necnon denuo concessum est vt pro sua intentione etiam celebrent diebus Circuncisionis Domini, S. Petri Paschasi Martiris, omnium Sanctorum ordinis Nostri, et S. Laurentij Martiris. Et precipitur sub obedientia vt nullum stipendium pro predictis Missis recipiant. Nec pro elemosina ab alio accepta eas aplicent.

§ 2.

Circa disciplinas et ieiunia.

Disciplina est omittenda in diebus S. Joseph, et Annunciationis B. Virginis si hec festa non transferantur, sed propiis diebus recitentur; nec non in festis Presentationis, et Visitationis B. Marie, Apparitionis et Dedicationis S. Michaelis, S. Laurentii Martiris, S. Antonii Abbatis, et precipui Diocesani Patroni atque etiam in diebus Vigilie Corporis Christi, S. Patris Nostri Aug. et octavarum S. Patris Nostri Petri Nolasco, et dedicationum Nostrarum Ecclesiarum prima tantum vice qua fuerint celebrate. His autem diebus quibus tota communitas ad processionem egreditur, et notabilis fuerit fatigatio, Commendator de consiliariorum voto in disciplina poterit dispensare; dummodo tali dispensatio, non fiat die aliqua maioris hebdomade. In clausula autem Const. Nostre cap. 10. distinctionis 1. nomine Apostolorum etiam intelligi debet quantum ad discipline omissionem S. Barnabas Apostolus, et omnes Evangeliste = Vigilia Apparitionis S. Michaelis ~~Angeli~~ Archangeli precipitur ieiunanda, dummodo in die Ascensionis non occurrat. Excipiuntur tamen ab obligatione ieiunii festa SS. Innocentium, S. Raymundi Nonati, S. Laurentii, Apparitionis S. Michaelis, si in die aliqua rogationum non incidat, Visit. Purificationis B. M. et S. P. N. Petri Nolasco, dummodo hec duo ultima festa post Septuagesimam non occurrant =

Conventuale cap. verno tempore fiat mane, intra horam orationis mentalis feria sexta, vel sabbato: tempore autem hyemali nocte post completorium habeatur =

§. 3.

Circa recreationem vestitum et silentium

In solemnioribus diebus quibus una recreationis hora designatur, potest Comendator arbitrio suo per unam horam vel dimidiam orationem mentalem anteponere, hisque recreationibus teneatur Prelatus edulium communitati ministrare. Dies autem Revelationis nostri ordinis, et Apparitionis S. Michaelis si extra rogationes celebretur, inter solemnes dies recreationis et edulii computentur =

Hora prima post meridiem tam in hieme quam in vere cimbali facto signo strictum observetur silentium, husque ad vesperas, et hoc tempore nullus sorcii, vulgariter chocolate, incendat ut omnis vitetur strepitus. Toto anni tempore fiat prandium hora undecima, preterquam in diebus Ecclesiastici ieiunii, in quibus dimidia hora, supra undecimam debet differri =

Quatuor anni mensibus in quibus permittitur fratribus, sine tunica media dormire, nunquam possint sine corrigia et scapulari minori. =

§ 4.

Circa clausuram et modum exeundi.

Tempore strictioris silentii non licet e cellis egredi nisi in casibus in constitutione antiqua permissis, cap. 11. et 12. Licet tamen alio quovis tempore egredi e cella ob quamlibet necessitatem sive rationalem congruentiam, ut propter celle incommoditatem, exercicii commodum, alios vel titulos honestos =

Precipimus strictissime sub formali que precepto ~~non~~ Sancte obedientie Commendamus, nemimem religiosorum rem aliquam ab alterius cella extrahere, sine prelati licentia, eodemque precepto adstringimus fratres quoscumque ne manuscriptos codices extrahant, quando Commorantium capellas visitant. =

Quando alicui Religiosorum prebetur recreationis facultas ut ad oppidum ubi est conuentus ordinis accedat, tenetur afferre testimonium in scriptis a Prelato de die qua ab illo conuentu fuit egressus ut ad proprium reuertatur =

Pena carceris per decem dies a constitutione imposita hisque itinerantes domum alicuius secularis fuerint ingressi tantum intelligitur applicanda si talis domus fuerit suspecta; secus autem si a suspitione sit libera. Quando autem pena grauis culpe designatur eis, qui die una, vel nocte extra conuentum manserit sine licentia, intelligendum est, si mansionem fecerit in domo non suspecta: quod si in suspecta domo reperiantur affuisse, preter penitentiam culpe grauis debent incarcerationem pati per decem dies =

§. V.

Epistolas

Qui epistolam alterius religiosi legerit, vel absconderit, si Prelatus illius non sit, pene grauis culpe subiaceat. Eadem pena est applicanda scribentibus sine prelati licencia. Omnibus que prelatis precipimus, ut epistolas legant, que ad sibi subditos mittuntur: Cum conformitate tamen ad cap. 655. dunit. 2. Vbi disponitur, quod itinerantium licencie non legantur a prelatis, si sint omni nota liberi suspitionis = Siquis audeat legere, aperire, aut retinere epistolas directas P. N. V. G. PP. Prouincialibus, Vicarijs, seu Presidibus Prouincialibus, Diffinitoribus actualibus, aut Vicarijs Generalibus preteritis, vel eas epistolas, quas Predicti PP. alijs dirigunt, preter penam grauis culpe supra impositam, priuatione locij et vocis, atque incarcerationis, pro tempore culpe proportionato, multetur. Si autem huius Const. transgressor fuerit Commendator, per quadrimestre maneat a suo officio suspensus. Quapropter ut diffinitorum epistole agnoscantur, in fronte earum superscriptio notetur hoc verbo diffinidor. Ut epistole vero eorum qui Vicarij Gen. fuerint, his verbis signentur En Nro Conu.to Epistolas tandem Commendatorum directas alicui subditorum hospiti in alio conu.tu Prelatus talis conuentus nullatenus adaperiat; notentur tamen hoc verbo Comm.r Idemque intelligi debet de epistolis que mittuntur a Secretarijs

§. VI.

Circa Confessarios

Nullus Superiorum ex sua pribatiua potestate fulminare queat sententiam priuationis latam in confessarios. Sed si talis sententia ferenda est a Prouinciali cum voto Diffinitorij Prouincie debet concurrere. Si autem a P. N. V. G, cum voto duorum diffinitorum debet ferri; admodum quo disponitur circa diffinitorium generale. = Dispensatio erga confessarios, qui quadraginta annos non impleuerint, ut feminarum confessiones possint audire, a Prouinciali et quatuor diffinitoribus fiat, maioris suffragiorum parte fauente, talis que dispensatio in scriptis est exibenda totius dicti diffinitorij nominibus sobrimata =

Licet frater quadragesimum impleuerit annum, non ideirco declaratur habilis ad mulierum audiendas confessiones, quin potius presenti const.

Annulamus, et restringimus facultatem, quæ in licentia ab ordinarijs exhibita poterat includi; ut enim tali facultas ad mulierum confessiones extendatur necessario statuimus ulteriorem licentiam ab uno ex superioribus hauriam.

Confessarij, Concionatores, et ordinandi, qui Episcoporum examine fuerint repulsi, iterum reducantur ardbii examinandi, sitque noua aprobatio necessaria, noua que superioris licencia. Ordinandis autem etiam iterari deuent vota suæ Conuentualitatis. Qui vero pro ordinibus recipiendis a suo conuentu fuerint egressi, et non ex causa reprobationis, sed ex altero accidenti sacros ordines non receperint, ad sequentes ordinationes tantum necessaria sint Communitatis iterata suffragia. = Prelati a Confessariorum sufficientiæ examine exempti cap. 46. tit. 2. quantum ad preteritum tempus, illum intelliguntur, qui Vicary Gen. et Prouinciales et Vicary Prouinciales electiui fuerint. Superior autem potest et deuet pro suo libito reliquos confessarios pluries quam in sua secunda visitatione toto rigore examinare; preter eos qui Arcium vel Theologiæ sint vel fuerint Lectores.

Statuta et decreta vim constitutionis habentia cum iam per tria cap. generalia, et tria integra septennia sin approbata et ad 2. distint. spectant.

§. 1º

Circa diffinitorium in comuni et in parti.

Sanctæ Vniuers. Inquisicionis eddictum ab Ill.º D. D. Antonio de Sotomaior Gen. hispaniarum Inquisitori promulgatum, et obseruari iussum, ad litteram in toto ordine nostro est obseruandum = Soli Cap. Gen. liceat, quæ ad condendas, mutandas, addendas, vel minuendas constitutiones spectant. Decernimus tamen quod ad mutandum totalem constitutionem, ad nostri viuendi communem usum pertinentem, maior pars non sufficiat suffragantium, sed omnium vota, nemine discrepante debeant necessario assentire. Eademque resolutio omnino obseruanda est ad mutationem totalem, cuiusvis legis ad regimen religionis spectantis: Etiam si tali lex vim constitut. adquisierit, quia per tria septennia succesiuam habuerit approbationem. Neque contra hoc decretum possit aliquis Bullam a Sede Apostolica impetrare, absque predicto consensu omnium concordi, sub perpetuæ inhabilitatis pena ipso facto incurrenda =

Ad interpretandas constitutiones, vel ad mores, vel ad regimen spectantes, duæ debent concordare vocalium partes conformes; quod si e congregatis vocalibus tres equæ partes non sint, computari non debent suffragia, quæ ex illis superant; taliter quod si sexdecim Vocales grat. sint firma, idemque vocalium numerus necesarius est ad derogationem vel confirmationem, additionem, vel diminutionem cuiuslibet decreti siue in precedenti siue in duplici generali capº stabiliti. =

Nomine Diffinitorij Generalis & Prouincialis, tam ad examen Legitimationis vocalium ante electionis ad Capitulum pertinentis, quam ad decisionem Controuersiarum circa ipsas, solum intelliguntur P. P. Generalis, Prouinciales, siue illorum vice gerentes, & Diffinitores, nonvero alij Capitulares =

Ante electiones cuiuslibet Capituli, & post eius absolutionem Praeses absolbat ad Cautelam vocales omnes modo prescripto in Constitutionibus. Cap. 13. Dist. 2. = Vocalibus ante vigiliam Celebrationis Capituli Generalis, vel Prouincialis Domum Capitularem intrantibus, pena aliqua arbitrio Diffinitorij est aplicanda = Declaramus penam grauissime culpe in nostris Constitutionibus. Dist. 2. Cap. 11. Circa finem expressam contra eos qui ea que in Capitulo tractantur secularibus narrant cum notabili damno seu infamia Religionis &a. Intelligendam esse penam grauioris Culpe = Quidquid in quolibet Diffinitorio, siue Prouinciali, siue Generali, siue intra, siue extra Capitulum decidendum proponitur, prius Consulatur in voce, & expendantur rationes incipiendo a Diffinitoribus minus antiquis vsque ad Presidem; ita vt vno loquente ceteri taceant, & postea decidatur in alia sesione per secreta suffragia, nimirum per schedulas, aut Calculos albos & nigros iuxta qualitatem rei decidende. Idem declaratur obseruandum in qualibet propositione, & resolutione a Capitulo Combentuali fatienda. = Si Vicarius Generalis aceptam sui officij gubernationem vellit abdicare, et talis abdicatio intra Capitulum fieri Contingat, ratione ad id Competente a toto debet Capitulo aceptari. = Si aliquis vocalium tempore Capituli Generalis vel Prouincialis legitime sit impeditus, & offitium renuntiare nolit, ad renuntiandum Compelli nequeat, neque alter eius loco posit eligi ad suffragandum. = Vacante Prouincialatu, P. V. G cum quatuor Diffinitoribus, & Procuratori Generali Prouincie Vicarium eligat Prouincialem iuxta §. quoties Cap. 9. Dist. 2. Si autem in eo euentu a Prouincia abrit, obseruetur idem Caput in Constitutione addita, Vbi dicitur, quod per se solum debeat Presidem Prouincialem nominare, vsquedum ad electionem fatiendam cum Diffinitoribus veniat. Idemque obseruetur in Prouincialatu vacante per mortem. =

Processus & Cause criminales tradantur a P. V. G. & Prouincialibus suis Succesoribus. Quibus sub precepto formali vte obedientie precipimus de illis facere inventarium isdemque succesoribus traditum ex eorum cum suo Diffinitorio consensu causas que seruari debent, securitate seruari, ceterasque Comburi. Hoc seruet P. N.

V. G. cuique Commissarij in Causis ad Provincias spectantibus: Quibus etiam sub eodem præcepto mandamus, ut neque rescindent, neque deleant aut Comburant quodvis aliud scriptum ad aliquam Religiosorum Causam spectans, nisi tale instrumentum pertineat ad Religiosorum Defunctorum.

Ad recipiendum Novitios ab habitu semel expulsos, præter examen a Conventu faciendum Consensus expectetur Diffinitorij Provincialis, sine quo habitus non tradatur: neque alterius ordinis Professi (etiam nostris Observantiis) si suffragijs unius Conventus repelluntur ab alio Conventu admittantur, sed in eodem iterum proponi possunt, et non in altero; Et generaliter observetur, quod semel in uno Conventu repulsus, in alio non sit admissus. — Circa alienationes, Commutationes, aut Contractum aliquem possessionum Conventuum, ad literam observetur cap. 26. Dist. 2æ nostrarum Constitutionum de bonis temporalibus: superaddita ad Consensum Provincialis Licentia Diffinitorij Provincialis in scriptis exhibita. —

Ad privationem, vel acceptationem renunciationis officij cuiuslibet tam ad Provinciale, quam ad Generale Capitulum pertinentis (excepta privatione, et renunciatione Provincialis, et electione Vicarij Provincialis) et ad expulsionem Religiosi Professi ab habitu, aliamque pœnam gravissimam infligendam, non possit votus Provincialis procedere, nisi cum Voto Consultivo, et decisivo quatuor Diffinitorum. Aliter sint nonnullæ omnes, et singulæ sententiæ, privationes, acceptationes, et electiones prædictæ non obstantibus Cap. 18. Dist. 2æ, et alijs nostrarum Constitutionum. Idemque observare debet P. N. V. G. quantum ad privationes, electiones, et renunciationes præfatas. — Ad Causarum Auditium potest P. V. G. Iure ordinario procedere cum voto decisivo solum duorum Diffinitorum, uti Constitutiones ipsi Concedunt ad gravissimæ pœnæ inflictionem. Si autem in prima instantia procedit ad expulsionem Professi, quatuor Diffinitores, vel Commendatores debent cum ipso decidere. Quod si per appellationem, aut recursum de tali Causa cognoscit, si tunc adsit Provinciæ, in qua ~~tenetur~~ talis Causa fuit primo iudicata a Provinciali, et Diffinitorio, tenetur procedere cum Voto decisivo duorum Commendatorum, vel unius Commendatoris et alterius Coniudicis, ex his, qui assignantur sequenti §. Circa Diffinitores. —

§ 11

Circa Diffinitores.

Vacat Diffinitoris officium, si absque Diffinitorij Consensu abest a sua Provincia per semestre. Si autem Diffinitor aliquis intra suam Provinciam, et a Conventu in quo Diffinitorium celebratur, fuerit absens, et vocatus non veniat intra quindecim dies, ad Casum Diffiniendum eius loco

subrogetur qui ex ea Prouincia Vicarij Generalis munus obtinuit;
Ita vt si plures fuerint, is qui in offitio fuit prior, sit in subrogatione
preceptor. Hijs defitientibus subrogetur, qui Prouincialis, seu Vicarij
Prouincialis electiui munere fuit politus, eadem officij precedentia seruata.
Quod si predictorum nullus interfuit, subrogari debet Diffinitor precedentis
immediate triennij, qui antiquior fuerit in professione. In predictorum tamen
deficientia succedat Commendator Domus, in qua Diffinitorium Celebratur.

Ceterum si aliquis ex subrogandis absens fuerit, & vltra sex leucas
non distet, eius expectetur aduentus: Ipseque venire teneatur intra duos
dies admonitus: quod si intra hoc spatium non venerit, alter eodem ordine
suffitiatur. Declaratur autem quod hic subrogandorum concursus ad elec
tiones, priuationes, renunciationes, expulsionemque professi est necesarius: ad
Communia vero negotia excluditur talis Concursus. — In electione
Vacantis Diffinitorij, que fit sine assistentia P.is V.is G.lis obseruetur imme
diata resolutio. In ea autem, in qua P. V. G. suffragatur, Prouinciales
& tres tantum Diffinitores, debent cum ipso Concurrere. —

Diffinitorio Capituli Prouincialis legat, & discutiat rationes dati, et accepti
quas Commendatores ad predictum Capitulum deferunt, antequam ad electiones
nouorum Diffinitorum procedatur. — In electionibus Diffinitorum intra Pro
uinciale Capitulum suffragari debent P. N. V. G. Prouinciales, Diffi
nitores, Commendatores, et Procurator Generalis Prouincie, cum ex constitu
tione Diffinitorum electio ab eisdem procedere debeat, a quo Prouincialis
electio processit, non obstantibus Capitibus 11. 12. Dist.ne 2. nostrarum Con
stitutionum; in quibus Procuratoribus Prouinciarum solum conceditur vox
ad electiones V.is G.lis & Prouincialis: Hec siquidem exclusio tantum euertit
Procuratorum suffragium in decisionibus intra Diffinitorium facien
dis, non vero in alijs electionibus. —

In omni electione cuiuslibet Vocalis ad Capitulum, siue ad Genera
le siue Prouinciale pertinentis, tenetur P. V. G. suffragari, si in tali
Prouincia presens fuerit, si autem absit ante singulas electiones Consu
li debet: — Diffinitores (siue intra, siue extra Capitulum electi) si per bie
nnium suo sint offitio functi immediato Capitulo nequeunt reeligi, neque
in toto sequenti triennio, ad idem munus possunt assumi, vti a simili
decernitur Cap. 9. Dist. 2. de Vicario Prouinciali. Possunt tamen eli
gi ad alia offitia. — Prouinciales presentibus Diffinitoribus moneant
ant Commendatores quanta veneratione ipsos debeant Diffinitores pro
sequi, & honorare: ita neque socios eos audeant alijs Religiosis exhibere.
Si autem aliquid emmendatione dignum in Diffinitoribus perspexerint,

eos secreta admonitione preueniant, et si admonitionem negligant, suo Prouinciali denuntient, qui solus potestatem habeat in eos inuehi, ipsisque pro qualitate criminum supplicia inferre. = In qualibet Consultatione Conuentuum, circa ea que recursum debent habere ad Diffinitorium Prouinciæ, liberum sit Diffinitoribus assistere: nequeunt tamen suffragium ferre. =

.§. III.

Circa Prouincialem et Vicarium Prouincialem.

Annos Professionis ad Prouincialatum necesario requisitos duodecim futuros declaramus, iuxta cap. 4. Dist. 2. nostrarum Constitutionum. Neque standum est cap. 15. eiusdem distinctionis in quo decem tantum prefigebantur anni. = Quoties Prouincialis, vel Vicarius Prouincialis per electionem, ratione ausentiæ a Prouincia, vel grauis infirmitatis, vicegerentem instituit, talis sic suffectus Preses Prouincialis nominetur. Ipsi tamen concedant Prouincialis Literas, et Commisionem circa Visitationes, Conbentualitates, instituendi Confessores, Predicatores, et hijs similia, cum ea limitatione, et moderamine, quod sue visum fuerit prudentiæ. = Sententia a Diffinitorio a lata et a reo admissa, moderari, aut reuocari non possit nisi a toto Diffinitorio, a quo processit. = De eo, qui per integrum biennium potitus fuit Prouincialatus officio, obseruetur in posterum, quod decernitur cap. 9. Dist. 2. de eo qui per tale biennium Vicarij Prouincialis exercuit officium. =

.§. IIII.

Circa electiones.

Omnes electiones, que circa plures versantur fiant semper per schedulas manu Secretarij Capituli scriptas, in quibus nomina eligendorum sint expressa. Nullique ex Vocalibus cuiuslibet Capituli alijs liceat schedulis suffragari, non obstante quod decernitur cap. 3. Dist. 2. Obseruetur autem constitutionis antique decretum quantum ad numerum schedularum. Electio vero que circa aliquid singulare versatur, per calculos fiat albos, et nigros, vel per duas schedulas, quarum ad approbandum notetur litera. A. et ad reprobandum notetur litera. R. =

Clauigeri, Informantes, et Procuratores Conuentuum canonicé per schedulas eligantur: et eorum fiat noua electio, quoties nouus aduenit Commendator. =

Clausula Constitutionis nostrę, in qua decernitur, quod solum panis, et aqua Electoribus ministretur; quando inter se non conueniunt circa electionem Prouincialis, vt constat. cap. 8. dist. 2. intelligendum est, dum intra duos dies se inuicem conformare noluerint. Idemque iubemus fieri in electione P.ii V.i G.ii = Si prima, et secunda vice non fiat electio per scrutinium, publicentur in Diffinitorio suffragia omnia, quę in talibus scrutinijs diuersis fuerint tributa Personis. =

§.V.

Circa Procuratorem Generalem Romanę Curię

Offitium cuiuslibet vocalis, siue ad Generale, siue ad Prouinciale Capitulum spectet, statim vacat si in Procuratorem eligitur Romanę Curię, et munus talis Procuratoris acceptat, qui aliud habebat offitium. Prędicto vero Procuratori plenam concedimus potestatem ad dispensandas irregularitates ex apostasia prouenientes, apostatasque ad administrationem sacramentorum habilitandos, vltra ea, quę iure nostro illi conceduntur. §. 5. dist. 2. nostrarum Const. =

Clausula Constitutionis nostrę, qua decernitur, non posse P. N. V. G.s ab offitio remouere predictum Procuratorem nisi in Capitulo; sic est accipienda, vt nomine Capituli intelligatur Diffinitorium Prouincię, cuius filius est ipse Procurator. =

§VI

Circa Commendatores, Rectores et Nouitiorum Magistros.

Nullus superiorum Commendatorem aut Rectorem aliquem vltra duos menses suspendat: intra quem terminum, si suspensionis causa talia concernat, quod Diffinitorum determinationem exposcat, superior eos consulat, ipsorumque Iuditio, quod iustum fuerit decernatur; Sin autem bimestri spatio transacto, Commendatorem precipimus in Domum suam reuerti. = Ante Capitulum Generale in toto Ordine, et ante Prouinciale in sua Prouincia, per dies quadraginta fiant preces pro rectā vocalium directione, et Capituli felici euentu. Hoc autem obseruent Commendatores, etiam si litteras conuocatorias non receperint. =

Magistri Nouitiorum semper sint Consiliarij illius conuentus, in quo Nouitij educantur: In quolibet autem Conuentu, qui Vicarij Generales fuerint: et hijs defitientibus, qui Prouinciales, seu Vicarij Prouinciales extiterint, attentā vtriusque offitiorum precedentia. Quod si relati defitiant, eodem ordine attento Diffinitores preteriti Consiliarij sint.

Vbi autem nullus ex relatis inuenitur, Prouinciales in principio Trie nnij alios Consiliarios designet, qui vltra ternarium numerum non excedant, nisi in conuentu, vbi quatuor Diffinitores actuales existunt.= Magistri Nouitiorum a Capitulo Prouinciali debent eligi, et extra Capitulum a toto Diffinitorio Prouinciæ:=

Nullus fiat frater Obedientiæ, neque ad habitum talem possit admitti, nisi aptus sit ad labores manuum, aliaque actiua ministeria, quibus ratione suæ professionis est deputandus. Vnde declaramus recipi non posse ante vigesimum ætatis annum completum, iuxta Constitutionem Clementis 8.i quæ incipit: Cum ad regularem disciplinam
2 a SS.mo D. N. Vrbano Papa 8 Confirmatam.=

§ VII
Circa Redemptionem, et Redemptorem.

Pecunia, seu quælibet bona ad Captiuorum redemptionem spectantia, quarto quoque mense remittantur ad Capita Prouinciarum: videlicet quæ asseruantur in Conuentibus Prouinciæ Conceptionis, ad Conuentum S.ti Ioseph hispalensem; quæ in Conuentibus Prouinciæ S.ti Ioseph ad Conuentum S.tæ Barbaræ Madridanum; quæ vero in Prouincia S. Raymundi, ad Conuentum Panormitanum, qui dicitur del Muelle. Curent autem omnes Prouinciales horum executioni incumbere; captiuorumque ministerio ita inuigilare, vt ea quæ in nostra Constitutione Cap. 20. dist. 1.ª continentur, nullam iacturam patiant.=

§ VIII
Circa Censuras, Præcepta, et Mandata

Nullum præceptum formale S.tæ Obedientiæ, nullaque Censura a Prælato (etiam a P. N. V. G.) Communitati imposita vim habeat ligandi, nisi in scriptis intimetur: excipimus tamen Censuras, et præcepta, quæ de iure, et more nostro, in primo Visitationum Capitulo oretenus imponi solent:= Mandata, Censuræ, et præcepta cuiuslibet Superioris, seu illius Visitatoris in prima Visitatione relicta, vim absque dubio habeant vsque ad secundam ab ipso faciendam, maneant tamen abrogata si expresse non Confirmentur in ipsa. Quæ vero constituuntur a tali Superiori, vel eius Visitatore in vltima Visitatione Trienni, vel Sexennij expirent quantum ad Censuras, et præcepta; sub ratione tamen mandatorum perseuerent. Ad hoc vero, vt prædicta mandata a quolibet Superiore, vel Visitatore Confirmentur, sufficiens non sit, quod ea in

Communi approuet, & Confirmet, sed omnino necessum sit, quod ea individualiter inouet, et sigillatim deferat. ___ *

Acta Capituli Generalis, & Prouincialis ex commissione Capituli tradantur duobus Diffinitoribus, vt ea in deuita methodo constituant, & postquam Presidi Capituli, & Diffinitorio, ita disposita manifestauerint, & coram eo legerint, ab eoque confirmationem sumpserint. predicta Acta scribantur a secretario in Libro Religionis, assistentes saltim vno ex Diffinitoribus delatis, quibus sub formali precepto stae Obedientie precipimus nullum Verbum addere, aut diminuere posse, postquam ~~enim~~ in Diffinitorio talia decreta lecta fuerint et approbata. ___

Statuta que Vim Constitutionis non Sortiuntur quia per tria sexennia approbationem nondum obtinuerunt, & ad primam Constitutionis distintionem aplicantur.

§ 1

Circa offitium diuinum & suffragia mortuorum.

† Hic lege § 2 Suffragi q in[illegible] nouis [illegible] stat[illegible]

3° Stat. Si Maniathum Confessores extra fratrum Conuentum decesserint, pro eis persoluantur suffragia Conuentualium, in Domo illa, a qua fuerint egressi ad tale ministerium. ~~Item obseruandum est~~ pro Redemptore auts † qui in suo ministerio decesserit, preter Communia suffragia quilibet Sacerdos vnam Missam Celebret; Clerici autem, & laici recitationem duplicem. fratres autem ad nouam Conbentualitatem signati, & in itinere decedentes, conueniantur a quo fuerint egressi, reputenturque ad suffragia Conbentuales. ___

2° Statuitr. Pro Procuratore Generali Curie Romane obeunte in suo exercitio, eadem suffragia impendantur, que immediate pro Redemptore decernuntur. Deinde pro eo qui Commissione Generali alicuius Prouincie fuerit defunctus, si sit ex Prouincia Castellana, Matritanum Cenobium, si ex Bethica Hyspalense, & si ex Sicula Panormitanum Conceptionis suffragia persoluat Conbentualia. ___

1° Statuitur. Quod prima die post festum omnium Sanctorum ordinis nostri fiat Aniuersarium solemne cum integro defunctorum offitio pro omnibus defunctis fratribus: Omnesque Sacerdotes pro isdem defunctis ea die

Missas aplicent. = Pro Secretariis etiam Provinciæ in suo Mu nere obeuntibus eadem impendantur suffragia quæ exsoluuntur Pro uincialibus = 3° Stat.s Quod eadem suffragia impendantur Vicarijs Pro uincialib9 q per biennium exercuerint, quæ absolutis Prouincialibus deuent exolui. =

§ 2°

Circa disciplinas et Ieiunia

3° Statuitr. Vigilia S.ti P.ri N. P. Nolasco, totaque B. M.æ de Mer cedi octaua, numerentr. initer festa a disciplina excepta =

1° Statuitr. Quod festa Inuentioni S.æ Crucis, S.æ Annæ, et omnium Sanctorum Ordinis nostri ~~a flagellatione eximantr.~~ Necnon tota Epipha niæ D.ni octaua inclusiue, a flagellatione eximantr. Et declaratur etiam quod festa principaliu Patronorum tam Diocesi, quam Loci, si festiue A populo Aruentur, a disciplinas eximantur. In ea autem Diocesi ubi plures fuerint Patroni principales, et festiue etiam ser uantur, eorum festa equaliter deuent eximi a disciplina, Ut accidit in Toletana Diocesi in qua festa Sanctorum Eugenij et Ildefonsi equali Ritu, et festiuitate Celebrantr. =

3° Statuitr. Quod festum S.ti Iacobi Apostoli Hyspaniarum Patroni, liberum sit ab obligatione ieiunij. Et 1° Statuitr Quod dies festus Cuiuslibet S.ti Ordinis Nostri Contra Aduentum, et Septuagessimam sit etiam a ieiunio exceptus. =

§ 3°

Circa Cellarum Clausuram

1° Statuitr. Ad obiandas tot tam crebrasque legis et Obidientiæ fractiones quas ex facili Cellarum ingressu ubique Ordinis nostri expor ti sumus oriri: Omnium Voce et Calculo, nemine disentiente, permi sum de inceps est ut quilibet frater ~~p~~ speciali sera, et claue cellam suæ habitationis occludat; Ut ea quæ permituntur ad Usum maiori securitate seruentur, nec ab extraneis vel domesticis aliquid inde extrahatur. Precipimus tamen Commendatoribus Ut clauem Commu nem Vulgo Maestram secum habeant, qua omnes subditorum Cellæ ipsis solum pateficat. =

§ 4°

Circa Epistolas.

1° Statuitr. Quod Epistolæ vel missæ a Diffinitoribus ad Monia lium vel Commierso amonialibus ad Diffinitores nec Commenda tor nec Commendatrix eas possit aperire Legere aut ocultare sub pena supra posita ipsius statuti § Circa Epistolas =

§. 5.

Circa Confessarios.

1.° Statuitur. Quod nullus frater qui cursus Sacræ Theologiæ vel Iuris Canonici integre non persolverit ad Ministerium audiendi Confessiones possit deinceps assumi. Qui autem a triennio immediato et infra contra hanc resolutionem dictum ministerium exercent, a Commendatoribus, et duobus Consiliarijs Conventus toto rigore denuo examini exponantur: Et qui per vota secreta nemine eorum discrepante approbatus non fuerit in posterum et ipso facto censeatur inhabilis. ==

Statuta

Quæ vires Constitutionis non attingunt, et ad Secundam distinctionem pertinent.

2.° Statuitur. Ad firmandum Constitutionis antiquæ primarium finem, qui Capitula Generalia intendit celebrari de Sexennio integro ad aliud Sexennium, et ad vitanda tot, et tam gravia incommoda, quæ ex crebra capitulorum Generalium Celebratione nascuntur, omnium consensu sanctum, et decretum est, ut deinceps Capitulum Generale in Ordine nostro non congregetur, usquedum Sexennium integrum a præcedenti Capitulo adimpleatur (sicut a simili provincialia Capitula ex Constitutione nostra nunquam possunt celebrari nisi integro adimpleto triennio) itaque nullam Vicariatus Generalis quomodolibet vacationem factam, statuimus posse impedire hanc Sexennij adimpletionem fixam. Quia tamen in Constitutionibus nostris aliqua reperiuntur decreta huic novæ resolutioni obviantia, idcirco declaramus standum deinceps non esse §. illi Statuimus. Cap. 2 dist. 2.ª Nec §. sequenti. Vacante igitur ab illis verbis, Et cum Vice Vicarius et a usque ad finem §.i inclusive. Similiter standum non est, §. hijs Ergo omnibus. eiusdem Capitis: ab illis verbis Non possit electores Mutare. usque ad §.us finem; nec duplici illi § ad calcem recentioris Constitutionis apposito quorum primus incipit: Statuimus, et secundus item ordinamus. Tandem attendenda non est clausula aliqua quæ huic perpetuæ Sexenniorum fixioni contradixerit. ==

Ut autem hæc resolutio stabilis perseveret in primis decernimus Quod Vacante Vicariatu Generali, sive per mortem, privationem, Renuntiationem, aut absoluto iam Capitulo Generali officij non admissione

teneatur Secretarius Generalis, et in eius absentia Commendator aut Preses illius Domus, in qua officium Vicarij Generalis quo uis modo expirauerit, de tali vacatione statim certiorem facere Patrem Prouincialem, siue Vicarium Prouincialem, aut Presidem Prouinciç, ex qua P. V. G. fuerat assumptus, qui quidem illico obligatus sit conuocare quatuor Diffinitores, et Procuratorem Generalem Prouinciç, nec non illos qui ex eadem Prouincia Vicarij Generales Prouinciales, aut Vicarij Prouinciales electi fuerint, ut hij omnes in Domo designanda ab eo qui tali preest Prouinciç Capitulariter Congregentur ipso Prouinciç Capite Presidente et suffragante, et infra Viginti dierum spatium Canonice eligant ex toto Religionis Corpore, Successorem in officio V. G. qui Sexennium a precedenti Capitulo inceptum, in suo munere integre adimpleat.

Hic autem Successor electus (qui non Preses sed Vice Vicarius Generalis est appellandus.) si presens fuerit, iuramentum Coram tali Congregatione prestet de recta sui muneris gubernatione, eodem modo quo Vicarij Generales tenentur; eique omnes statim obedientiam prestent, et absque alio recursu maneat illico Confirmatus. Si autem fuerit absens obedientia prestetur Presidi predictç Congregationis, loco Vice Vicarij absentis. quibus peractis Congregatio dissoluatur, in qua nulla lex nostra innouetur, nec authoritatem habeat ad mutandum, derogandum, addendum, vel minuendum quodlibet statutum, siue vim constitutionis obtinens, siue a precedenti, vel alijs Capitulis Generalibus stabilitum, etiam si in tali Congregatione presens sit Vice Vicarius Generalis electus.

Predicto autem Vice Vicario Generali sic electo plenarie potestatis integrumque ius concedimus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, tam in electionibus, priuationibus, decissionibus, celebrationibus Capitulorum Prouincialium, suffragioque in omni electione ferendo quam in cçteris alijs, quç iure Communi, et nostro peculiari R.mo V.o G.li in nostris Constitutionibus Conceduntur, et per alia Generalia decreta non contrariantur, taliter quod in toto ordine nostro sit supremum absolutumque Caput in omnibus, solo nomine mutato de Generali Vicario in Vice Vicarium Generalem.

Preterea statuimus: Quod qui per Biennium expletum predicto munere fuerit functus in sequenti Capitulo non possit eligi in Vicarium Generalem, sed per Biennium subsequens ab omni officio debet vacare siue ad Generale, siue ad Prouinciale Capitulum sit spectans. sed qui hac ratione vacauerit, eidem priuilegia tam in sede surogatione suffragiorum, et titulo R.mi N.ri, quam in suffragijs post mortem, quç Vicario Generali Conceduntur, declaramus deuere frui. Sin vero Vice Vicarius Generalis

per tres annos integros officium non gesserit praedictis privilegijs nullate-
nus gaudeat: non tamen maneat inhabilis ad electionem in ipso faci-
endam, neque in sequenti triennio ad quodlibet aliud officium. Ad vi-
tandam vero successorum electionem repetitam, sub formali praecepto S.
obedientiae, et sub excommunicationis maioris poena ipso facto incurren-
da, ei qui in Vice Vicarium Generalem electus fuerit, ut a tali onere non
se excuset, nec officium admittere renuat. Quod si post acceptam gu-
bernationem mori in officio contingat, alio ve accidenti vacaverit,
tunc eligatur alius Vice Vicarius Generalis ex corpore etiam to-
tius Religionis, eodem prorsus modo, ab eisdemque suffragijs eiusdem
Provinciae, a quibus primus Vice Vicarius Generalis processit: Itaquod eadem
Provincia, ijdemque specifice electores, a quibus processit primus, ius et
potestatem toto illo sexenio habeant, ut quoties Vice Vicarius Generalis
defecerit, toties alterum eius loco canonica electione praeficiant.=

2.° Statuitur. Ad observantiam Bullarum SS. D. N. Urbani P. 8.
et Alexandri 7 quibus ad duo tantum triennia permittitur aliquem
eligi in officijs Commendatoris aut Procuratoris Generalis Provinciae:
facta est a toto Capitulo uniformis declaratio, quod qui duo biennia
in duobus triennijs, vel unum annum completum in uno triennio, et totum
immediate sequens triennium praedicta exercuit officia, in sequenti
Capitulo non possit reeligi ad aliquod ex relatis officijs neque ad officium
Diffinitoris: quia si iterum reeligeretur, iam non sexennium, sed
septennium impleret, quod menti Pontificum contradicit. Qui autem
infra annum ante Capitulum fuit electus, licet in tali Capitulo suffra-
gium ferat, potest reeligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo inte-
gra triennia, ac si illo parvo tempore quod annum non attigit, et in quo
officium ante primum Capitulum exercuit, nihil foret; quia illam parvam
temporis quantitatem pro nihilo ad triennij computum reputamus. Idem
observetur de officio Diffinitorum servata Constitutione nova 3.° circa Di-
ffinitores. =

3.° Statuitur. Si renuntiatio P. V. G. extra Capitulum Generale
fiat, ab omnibus Diffinitorijs, unoquoque in sua Provincia, acceptari
debet, renuntiationis praedictae causis prius maturo consilio examinatis. Re-
solutio autem Provinciae Siculae ad quatuor menses completos expectetur,
quibus transactis, et resolutione non praesentata caeteri Diffinitorij, vali-
dum omnino sit, quod fuerit iudicatum a duabus Hispaniae Provincijs.
Itamen P. V. G. renuntiantis determinare debet, quodnam ex =

Diffinitorij debeat esse primum in renuntiationis rationibus discutiendis, et causis examinatis, alteri Diffinitorio remitere quod fuit decretum in primo: Suffragantes que proprio nomine subscribant in prefata renuntiatione, quam denegant vel acceptant —

3º Statuitur. Quod quando in nostra Constitutione Cap. 3. dist. 1. dicitur, vim constitutionis habere, quod per tria Capitula Generalia obtinet approbationem, debet intelligi per tria Sexennia integre adimpleta; ita quod usque ad inceptionem quarti Sexennij in quarto Capitulo Generali nullum decretum vires Constitutionis possit obtinere. =

3º Statuitur. Si aliquod occurrerit dubium circa legem aliquam ad vitam communem, seu regimem spectantem; instet que occasio tale dubium decidendi, aut legem interpretandi; consulatur R. N. V. G. si in ea Provincia adsit, qui cum eius dem Provinciæ Diffinitorio determinet quid sit agendum. Ea autem declaratio, seu interpretatio a Diffinitoribus debet subscribi, et eius causæ in publico testimonio referri, ut Capitulo Generali immediato possint presentari. Si autem R. N. V. G. a tali Provincia absit predicta resolutio fiat a Provinciale eiusdem Diffinitorio, postea que Superiori Generali remitatur. =

3º Statuitur. Quod si Provincialis electus officium intra Capitulum renuntiare vellit a toto Capitulo eius renuntiatio debet acceptari si ad id rationes suppetant. =

3º Statuitur et declaratur: Quod Provincialis hospes in alia Provincia, sedeat ante omnes illos, qui Vicarij Generales, vel Vice Vicarij Generalis per tres annos officium obtinuerint. Inter istos autem non ordo antiquitatis in Professione, sed in officio debet attendi =

3º Statuitur: Quod in Capitulo Generali sint Scrutatores suffragiorum Provinciales omnes, et quilibet Diffinitor antiquior in professione ex omni concurrenti Provincia =

3º Statuitur. Quod si Preses Provincialis a Patre Rº. G.li nominatus, et postea a Diffinitorio in Provincialem electus biennium adimpleat a die nominationis in Presidem, usque ad Capitulum Provincialem, non possit in tali Capitulo ad Provincialatum euehi, neque in toto illo triennio ad Suffragatiuum officium assumi =

3º Statuitur. Commendatores, seu quilibet alier vocalis, qui extra Capitulum a suis officijs fuere depositi, ad nullum officium suffragandi in eodem triennio possunt eligi =

Constitutio

3° Statuitur. In qualibet Provincia designari possunt tria Collegia. Si autem oporteat aliud Collegium institui, de Consensu P. N. V. G. et Diffinitorij potest nominari. Lectiones autem et precedentia Lectorum in hora suę lectionis arbitrio, et designationi relinquitur P. N. V. G. =

3° Statuitur. Nulla electio ad Generale, vel Provinciale Capitulum pertinens, ultra duos menses possit differri, excepta electione Vicarij Provincialis, in qua standum est Constitutioni 20: ad calcem. =

3° Statuitur. Si aliquis Diffinitor ratione infirmitatis Diffinitorio assistere nequeit, in eius Cella Diffinitorium non fiat. Attamen privative consultus debet Suffragari eo modo secreto quo Preses Diffinitorij disposuerit. =

3° Statuitur. Causę omnes Religiosorum tam factę quam faciendę, si semel sint actuatę, a nullo Superiorum possint ultra unum mensem differri, sed intra designatum tempus debent diffiniri. Quę autem diffinitę non sunt, iterum revideantur, et si probationem fecerint sententia iusta culpati multentur: si autem nihil comprobant, combustis talibus causis inocentes absolvantur. =

3° Statuitur. Provinciales, seu Vicarij Provinciales teneantur suam ultimam visitationem explere, sex mensibus ante celebrationem Provincialis Capituli. =

3° Statuitur. Diffinitores omnes actuales ratione sui officij precisse, et non personę, liberos constituimus ab officijs hebdomadarij, Missę ultimę, Diaconi et subdiaconi. Et quia literę quę ad ipsos diriguntur, nec legi, nec aperiri valent a Commendatore, consequenter decernitur, eorum Capselas a solis Prelatis Superioribus visitandas. Preterea in Conventibus ubi predicti Diffinitores hospitantur, semper Consiliarij sint, et absente Commendatore in omni Communitatis Corona presideant. Idemque Statuitur de hijs qui Vicarij Generalis vel Vice Vicarij Generalis per tres annos integros, dignitate fuerint functi. = Declaratur ulterius quod nunquam Preses Conventus anteta les Diffinitores assideat, nisi sit Preses in Capite, nullo sci licet talis domus Commendatore existente, non autem in alio Casu. Quando Vicarius Conventus, seu qui Preses in Capite non est, aliquam Communitatis actum ingreditur Diffinitores non assurgant, sed urbanitate ipsum honorent. = et etiam de novo decernimus [illegible] Presidente in aliquo Communitatis actu [illegible] Conventus nullam [illegible]

2° Stat: quod deinceps sint inhabiles ad officia [illegible], Provinc., aut Vicarij [illegible] Presides Provinc., Diffinit., aut Commendatoris, qui Cursus [illegible], vel Sacrorum Canonum integre non persolverint. Et denuo additur quod nec possint nominari Presidentes in capite [illegible]

[illegible]

2° Statuitur. Quod in electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventua-
libus per Vota Secreta, nullus in Sacris Ordinibus non constitutus
suffragium ferat. = 2° Statr. Q.d Procurator gñlis Romæ lucis, teneatur ad Cptlum gñle
venire, nisi aliquo legitimo impedimento sit adstrictus. =

2° Statuitur. Quod quævis Resolutio Consiliariorum Conventuum
debeat in scriptis firmari, sequentique Visitatori patefieri: Sub pœna
suspensionis ab officio per duos Menses, Commendatori hoc decre-
tum omnitenti: vel sub pœna graviori aliqua per idem tempus =
Præsidi illud non observanti. =

2° Statuitur. Quod P. N. V. G. possit libere secretarium assu-
mere ex Provincia Sicula, non obstante resolutione Constitutionis
nostræ ad Calcem. Nec non Liberum sit Capitulo Generali suffraga-
ri, ut ex eadem Provincia Domus Capitularis designetur. =
Provincialibus autem, seu Vicariis Provincialibus eiusdem Pro-
vinciæ siculæ facultas conceditur ut possint toto tempore Quadra-
gesimæ Concionatores mittere ad Prædicationis Ministerium (dum-
modo sine Socio nunquam mittantur) etiam si in loco ubi
sunt Contionaturi Conventus Ordinis nostri non sit. = Item 3°
Statr, q.d Lectores actuales, et emeriti, aliique Religiosi literati, possint in publicis
conclusionibus argumentari. =

Statuta

Specialia quæ in hoc ultimo Capitulo Generali ad regimen
fuerunt stabilita.

Primo Statuitur. Quod electio Diffinitorum in Capitulo Provinciali de-
inceps non fiat per schedulas quatuor nominibus coniunctim in capu-
lam missas, sed pro quolibet Diffinitore seorsim eligendo schedulæ a
Capitularibus assumantur. =

1° Statuitur. Quod nullus possit eligi ad officium Procuratoris Gene-
ralis per duo continuata triennia ad eum modo quo decernitur de
officio Diffinitorum. §. 2. Circa Diffinitores. =

1° Statuitur. Quod in nostro Romano hospicio semper sint cla-
vigeri, nec non Procurator Domus, per vota secreta canonice electi
& Procurator Generalis teneatur rationem dati et accepti redere
tam Visitatoribus, quam Capitulo Generali nominibus Clavigerorum
firmatam sicut constitutio nostra omnes Prælatos tam superiores
quam inferiores obligat, ut nullus sit in ordine nostro nec superior
nec inferior, qui suæ administrationis temporalis rationem strictam
non reddat. =

1° Statuitur. Quod in eodem hospicio Romano ad literam obser-
vetur Constitutio nostra de Clericis quantum ad Orationem Mentalem
Offitium divinum, et horarium Cantum cæteros que actus in commu-
ni exercendos, ad cuius strictam observantiam Visitatorum

Conscientias oneramus, nec iacturam aliquam vel dispensationem in hac ita graui obseruantia regulari que obligatione patiantur. =

1º Statuitur. Si P. N. V. G. tempore celebrationis Capituli Generalis, infirmitate vel aliquo impedimento legitimo adstringatur, ita quod personaliter predicto Capitulo presidere non possit; ius et facultatem liberam habeat ad nominandum per se Presidem eiusdem Capituli Generalis, qui eandem sedem et vocem habeat in omnibus eiusdem Capituli Generalis operationibus, ac si idem P. N. V. G. personaliter ibi adesset: ad eum modo quo decernitur de Capitulo Prouinciali in nostris antiquis Constitutionibus. Cap. 7. Const. 2. Quod si ex tali infirmitate qua P. N. V. G. impeditus fuit Capitulo assistere contingat mori, tunc talis Preses ab ipso nominatus in suo munere perseueret, tam in sede quam in voce usque dum dissoluatur Capitulum Generale. Si autem dictus Preses Capituli Generalis vel morte, vel infirmitate, vel alio accidenti predicto Capitulo ad cuius Presidentiam fuit nominatus, prepediatur assistere; tunc si facilis sit recursus ad P. N. V. G. ab antiquiori Congregationis moneatur ut de alio Preside sua libera facultate prouideat; sin vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin predictum Capitulum Generale aliquam temporis moram patiatur; statuimus quod tota Vocalium Collectio canonice eligat per vota secreta Presidem eiusdem Capituli Generalis, cum eadem sede ac voce ut supra firmatum est. Hec autem Presidis electio + precise debet fieri in persona alicuius ex vocalibus, ne suffragium nouum creetur. Ad Congregationem autem in qua predicta Presidis electio celebratur, antiquiorem ~~eiusdem eiusdem~~ in sede predicte Congregationis, Presidem et Caput instituimus. =

+ à Congreg.e ema natura.

1º Statuitur. Quod P. N. V. G. tanquam supremum Caput totius recollectionis, suam ordinariam potestatem in qualibet Prouincia suis possit Commissariis delegare, quoties personaliter assistere nequeat, vel ad Conuentuum visitationes, vel ad Capitulorum presidentias, vel ad alia quæ universalia negotia. Qui Commissarius Generalis tali visitatione presidentia, seu negotio universali durante, sedem, vocem, et authoritatem habeat quam P. N. V. G. a quo processit, si esset presens haberet. Finita tamen predicta visitatione, vel presidentia Capituli peracta, vel negotio publico absoluto officium dicti Commissarij Generalis omnino expirat tam quo ad sedem quam quo ad vocem. Si autem commissio ad quam mittitur non sit universalis tali Prouinciæ sed ad speciale aliquod negotium spectet, tunc dictus Commissarius, nec sedem nec vocem supra superiores habeat. =

1º Statuitur. Quod Patres qui Provinciales absoluti, vel Vicarij Provinciales per biennium fuerint, locum et sedem post Diffinitores actuales immediate habeant: servata inter eos non professionis antelatione, sed dignitatis prioritate. Eordemque excipimus ab omnibus officijs, quae in communi tabula assignantur alijs, praeter officia humiliandi et serviendi. In hac autem exceptione ab officijs omnibus tabulae communis, equaliter volumus comprehendi omnes actuales Diffinitores: nec non omnes sacerdotes antiqui, qui quadragessimum annum professionis iam impleverint. Diffinitores autem praeteriti non designentur in tabula communi ad ministeria Diaconi et Subdiaconi.

1º Statuitur. Quod Redemptores actuales et Procuratores Generales Provinciarum sedem habeant immediate post Vicarium Conventus servato inter eos ordine antiquitatis in professione.

1º Statuitur, et declaratur, quod cum in nostra Constitutione Cap. 23. dist. 2 stricte praecipiatur tam lectoribus, quam regentibus et studentium Magistris ne in aliquo devient a doctrina Angelici Praeceptoris D. Thomae: Hancque pro suo libito non debeat unusquisque ad suum sensum trahere: idcirco praecipimus quod omnes Regentes et Lectores tam Artium quam Theologiae, Doctrinam a D. Thoma traditam suos discipulos doceant sub eis oppinionibus quae communiter doceantur in sola schola Thomistica, et non in alia: sub poena privationis ab officio infallibiliter infligenda.

1º Statuitur. Quod Scholastici actuales in nullo communitatis actu sedeant ante suos Lectores et Magistros, etiam si sint in professione antiquiores.

1º Statuitur. Omniumque Vocalium consensu decretum est quod Provincia Sicula (ut equalitas servetur in omnibus) debeat in officijs et honoribus equalis esse cum caeteris: et ergo ex ea possit assumi Procuratorem Generalem Romanae Curiae alternativa servata cum qualibet ex Provincijs Hispaniae. Nec non stabilitum est P. N. Generalem posse pro suo libito ex eadem Provincia Italiae assistentem in Hispania nominare pro negocijs eiusdem Provinciae. Qui quidem Assistens ijsdem immunitatibus et privilegijs in vita et morte gaudeat tempore suae actualis Assistentiae, quae in nostra Constitutione Secretarijs Generalibus conceduntur. Atque Assistens Generalis nominatus iuramentum praestet sygilli et fidelitatis in suo munere, sicut praestant Generales Secretarij.

1º Statuitur. Quod Conventus Mantecani et Episcopij in Sabinis noviter Recollectioni nostrae in Italia aggregati, a Patre Provinciali eiusdem Provinciae quam primum possit sedula cura visitentur: et si suae Prudentiae visum fuerit praedictos Conventus vel aliquem eorum congruam et legitimam sustentationem ad Religiosum

Observantiam secundum leges nostras commode habere, possit ad eorum gubernationem Commendatores cum eius Diffinitorio Canonice eligere. Sin autem: a solis Presidentibus gubernentur quovisque de predictorum Conventuum commodo, vel incommodo certior fiat P. N. V. G. ut determinet quando in futurum subsistere valeant. Interim autem predicto P. Provinciali Italiae dictos Conventus tanquam Superiori tradimus gubernandos pro toto hoc integro Sexannio.

1º Statuitur. Quod nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi, dividi aut multiplicari, sine Consensu Expresso vel Capituli Generalis, vel P. N. V. G. & voto Consultivo & decisivo duplicis ad minus Diffinitorij. Qui autem contra hoc decretum Bullam aliquam ausus fuerit impetrare, (etiam si sit Provincialis) ipso facto maneat excomunicatus, privatusque officio sede & Voce tam activa quam passiva in perpetuum, absque spe aliqua restitutionis ad suum pristinum gradum.

1º Statuitur. Quod Moniales nostrae inter dies festivos quo ad Missae & officij cantum, omnes dies cuius libet Sti. ordinis nostri nec non omnium Sanctorum Ecclesiae computent.

2º Statuitur: Quod Secretarius Capituli tam Generalis quam Provincialis, nec non Secretarius electionis Vice V. G.lis, & V. Provincialis extra Capitulum, canonice de vices eligantur; vel a Patre Nostro Vicario Generali, omnibus Provincialibus, & Provinciarum Diffinitoribus duntaxat, si ad Capitulum Generale eligatur: vel ab eodem P. N. V. G. Provinciali & Diffinitoribus Provinciae solum, si ad Capitulum Provinciale assummitur. vel si sit ad electionem Vice V. G. seu V. Provincialis ab eisdem electoribus qui in hijs electionibus Vocem habent excepto Procuratore Generali qui ad dictam Secretarij electionem suffragari non debet. Quod si in duplici scrutinio canonica electio Secretarij non fiat, tota electio devolvatur ad liberam Capituli Presidis nominationem. Denuoque stabilitur quod haec Secretarij electio biduo vel triduo ante diem Capituli possit eligi, etiam extra Dominum Capitularium, sicut Preses Capituli disposuerit. Secretarius autem sic electus iuramentum prestet coram Congregatione de fidelitate & sigillo sui officij: quo prestito, a prima Sessione Capituli Generalis, vel Provincialis usque ad eius dissolutionem, locum & sedem habeat immediate post Capitulares, et ante omnes illos qui Vocales in dicto Capitulo non sunt.

Constitutiones inter Constitutiones retro scriptos in seren de

Propositio facta a Superiore in quolibet electione, ita prudens debet esse, quod nullam personam in publico Diffinitorio designet, sed extra in privata Consultatione proponat.

Omnes Procuratores Generales, et Diffinitores iuramentum de fidelitate sui muneris coram P. N. V. G. et Diffinitorio prestent.

Nullus Superiorum sub Precepto formali Ste. Obedientiæ abscondat detineat vel aperiat literas pleno Diffinitorio directas sed intra octo dierum spatium teneatur tales literas clausas Diffinitorio presentare.

Nullus Superior nominare possit Visitatorem nec Secretarium ex Domo Visitanda: nec Visitator ex Visitanda Domo secretarium possit eligere.

2 + Sicut Magistri Novitiorum a Capitulo Provinciali, et extra Capitulum a Diffinitorio Provinciæ eliguntur: sic a solo Diffinitorio debet procedere eorum privatio et renuntiationis admissio.

Tandem ex Decisivis Votis totius presentis Capituli Generalis Canonica electione fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis celebrandi in Vigilia Pentecostes anni venturi 1684 Cenobium Corporis Xpti. oppidi de Viso Hispalensis Diœcesis in Provincia Betica si placuerit Exmo. D. D. Duci Methinæ Sydoniæ ad quem designatio Capitularis Domus spectat ex iure patronatus Generalis totius nostræ Recollectionis.

Comitia hec Generalia omniaque supra scripta acta et Decreta superno auxiliante numine, nulloque ex vocalibus in aliquo ex hisce decretis disentiente finem feliciter attigerunt in honorem eiusdem Dei Optimi Maximi Beatissimæ V. Mæ. de Mercede ab omni labe originalis Culpæ in primo instanti suæ animationis immunis, Sti. Propto Parentis Nri. D. Petri Nolasco, omniumque Cælicæ Curiæ Sanctorum. Anno a Virgineo partu Millesimo Sexcentesimo septuagesimo octavo. A Decensione Bæ. Virginis Mæ. que Ordinis fundatione quadrigentesimo Sexagesimo, et nostræ Recollectionis oriente septuagesimo quinto.

Ego infra scriptus Secretarius Capituli gratis, fidem facio, et testor.

Subscriptio nominum Capitulum, sigillum que huius folii, pertineant ad acta et Statuta Capituli generalis immediati.

Valeat additio marginalis, fol 140, quod Diffinitores liventis ad ingredien dum acta communitatis pertinent, nec alios signum expectant. = Valeat que eodem fol. 40: 1° statuti quod Procuratoris... et 8° statutum quod lectores actuales ...

Valeat que fol. 141 ad marginem: a Congregatione emanatum. =

Fr. Petrus a S. Ludovico Prior Vicarius Generalis.

Fr. Augustinus a S. Maria Praeses.

Fr. Ildefonsus a S. Michaele Procurator Castellae.

Fr. Gaspar a S.ta Maria Magdalena Procurator Galliae Diffinitor Generalis.

Frater Joannes a S. Ambrosio Diffinitor Generalis.

Fr. Franciscus a S.to Ambrosio Diffinitor Generalis

Fr. Thomas a S.to Andrea Diffinitor Generalis.

Fr. Joseph a Jesu Maria Diffinitor Generalis.

Fr. Seraphinus a S. Catharina de Senis Diffinitor Generalis

Fr. Gabriel a S. Jacobo Diffinitor Generalis

Fr. Josephus a S. Joanne Baptista Diffinitor Generalis.

Fr. Urbanus a SS.mo Sacramento Diffinitor Generalis

Fr. Raymundus a S.to Petro Nolasco Diffinitor Generalis.

Fr. Antonius a SS.mo Rosario Diffinitor Generalis.


De mandato R. P. N. V. Generalis, et Capituli. =

Fr. Isidorus a S. Joanne Secretarius Generalis et Capituli. =

J. M. J.

In nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, et sub protectione Beatissimae Virginis Mariæ de Mercede Dominæ, ac Patronæ nostræ, Sanctissimique Protoparentis nostri Petri Nolasco, Sancti Joseph Deiparæ Sponsi, omniumque sanctorum &.





Notorio sea como en Ma[illegible] del Arzo Diocesis de Sevilla en la Andaluzia y Provincia dela Concepcion dentro del Convento del Corpus Xpti de descalzos de nuestra señora de la Merced Redempcion de Cautivos, en diez y nueve dias del mes de Mayo deste presente año de mil seiscientos y ochenta y quatro Viernes por la mañana aviendose juntado para la eleccion de Secretario de Capitulo y celebracion del Capitulo General conforme a nuestra sagrada constitucion y breves dela Santidad de Gregorio decimo quinto y Urbano Octavo: N. R.mo P. Fr. Pedro de S. Luis Vic.o Gen.l: el R. P. Fr. Francisco de S. Ambrosio Provincial por la Provincia de Andaluzia: el R. P. Fr. Francisco de S. Marcos Provincial por la Provincia de Castilla: el R. P. Fr. Juan de S. Onofre, el R. P. Fr. Juan de S. Bernardo: el R. P. Fr. Fran.co de S. Thadeo, y el R. P. Fr. Diego de los Santos Diffinidores Generales por la Provincia de Andaluzia. y el R. P. Fr. Julian de S. Clemente Procurador General de dicha Provincia. = el R. P. Fr. Alonso de S. Miguel, el R. P. Fr. Juan de S. Dionisio, el R. P. Fr. Estevan de la Santissima Trinidad

del R.do P. Fr. Felix del S.mo Sacram.to Diffinidores Generales por la Provincia de Castilla, y el R.do P. Fr. Alonso de la Cruz Procurador General por dicha Provincia. = Y los Padres Fr. Gaspar de Santa Maria Magdalena, Fr. Vito de Santa Agueda Diffinidores Generales por la Provincia de Sicilia: y el R.do P. Fr. Juan de S.n Geronimo Procurador General que decia ser de Roma; que por todos son diez y seis votos leg.timamente Congregados para la eleccion de V.o Vicario General de toda nuestra Recoleccion, auiendose leido el nombramiento del Ex.mo Señor Duque de Medina Sidonia Patron General de nuestra Sagrada Recoleccion firmado de su mano su fecha en Madrid en veinte y ocho dias del Mes de Marzo deste año de mil seiscientos y ochenta y quatro en que asignaba para Casa Capitular en que se abia de celebrar este dicho Capitulo el dicho Conuento de la Villa del Viso en conformidad de la acta ciento y veinte y ocho del Capitulo General, y auiendo tomado cedulas para hacer la eleccion del dicho Secretario de Capitulo, las fueron echando en vn vaso que para esto estaba preuenido y auiendolas regulado los electores, se hallaron trece cedulas con el nombre del P. Fr. Isidro de S. Juan Predicador de su Magestad, Redentor por la Provincia de Castilla, y Secretario General de todo el dicho Orden, con que quedo Canonicamente electo en Secretario de Capitulo con todos los votos, por no ser mas de trece los que concurrieron a esta eleccion. Y yo el dicho Secretario electo intime a todos los dichos vocales vna patente de N. P. Fr. Pedro de S. Luis Presidente deste dicho Capitulo, en la qual por la conformidad de lo dispuesto por la acta decima latina que la tiene fuerza de Constitucion, en que les mandaba con precepto formal de Obediencia, y pena de escomunion mayor late sententie, que si alguno supiere de

algun impedimento canonico de censura, o inabilidad, ô otro qual-
quiera del derecho en alguno de dichos vocales, lo manifestase
depusiese dentro del termino de seis horas ante mi el dicho secretario
de dicho capitulo desde la notificacion de dicho Decreto. Y el dicho
N. V. P. P. General leyô los parrafos dela constitucion Ut autem liberta
fol. 113, y el Parrafo Nulli audeat fol. 160. y el Parrafo, Ordinamus
praeterea fol. 171. y el Parrafo Statuimus fol. 220. que tratan delas penas
delos ambiciosos y solicitadores de votos. Y luego en cumplimiento de lo
dispuesto por la Santidad de Urbano octavo Constitut. Vices. Tertia
que empieza Sanctissimus Dominus noster, hizo notorio y lei Yo
el dicho secretario de Capitulo un edicto dela santa Inquisicion
que comprehende diversas Constituciones apostolicas a favor de
dicho Tribunal, paraque a todos constase. Ley assimismo Yo el
dicho Secretario la tabla delos religiosos difuntos y religiosas
que en las Provincias han muerto desde el capitulo Gene-
rall proximo pasado hasta este dicho dia y se hizo por
ellos el sufragio y Commemoracion que dispone nuestra sa-
grada constitucion. Y aviendo assimismo el dicho Nuestro
Padre Vicario General encargado a todos los dichos
Vocales el cuidado en rogar a Dios por el Sumo Pon-
tifice, por el Rey nuestro Señor, y por todas las Personas
de ambos estados ecclesiastico y secular, y hecho por todos
la deprecacion que señala la dicha Constitucion: = Y
Luego en cumplimiento de lo por ella dispuesto
distincion segunda capitulo segundo les hizo una
platica espiritual en que afectuosamente les exortô
pusiesen los ojos para la dicha eleccion de Vicario
General en Persona de ciencia, virtud, y Prudencia
omni odio, et amore postpositis, mirando solo la mayor
gloria de Dios, el bien y aumento espiritual de
nuestra sagrada Religion, sin atender a otros
fines, ni respectos particulares.

En el mismo dia por la tarde se juntaron todos

Los dichos Padres Capitulares a calificar la legitimidad de los votos que abian de sufragar en esta eleccion: Y dudandose de que el Padre fr. Juan de san Geronimo vbiese sido legitimamente electo en Procurador General de Roma; porque en el mismo Capitulo de su eleccion que se celebró en la Provincia de Sicilia, acabó de ser Provincial; y segun la acta noventa y siete del capitulo General proximè pasado, que esta tiene fuerza de Constitucion, debia vacar por tres años enteros de todo officio que pertenesca tam ad Generale quam ad Provinciale Capitulum: Cuyo error advertido por el dicho Capitulo de su Provincia, le procuró deshacer, escriuiendo todo el Diffinitorio pleno que le abia antes elegido, paraque el capitulo General diese por inabil su sufragio; pasó todo el dicho capitulo a hacer vna larga conferencia, para resolber esta duda; (en conformidad de lo que disponen nras sagradas Constituciones en el Cap. de Electoribus, y la acta veinte y siete del Cap. G.l proximè pasado) Y tomando cedulas para aprobar, o reprobar la legitimidad del dicho sufragio se hallaron sinco cedulas con A y ocho con R. Con que se difinio, que dicho Padre fr. Juan de S. Geronimo no podia sufragar en este Capitulo: Y auiendole notificado este auto, le obedecio; y dijo, que la patente que se le abia dado de officio de Procurador la abia recogido el mismo Diffinitorio de su Provincia reconociendo la nullidad que se abia hecho: Con que dicho Padre fray Juan de san Geronimo se sallio de la Casa capitular. Y todos los demas vocales que eran los quince referidos, se declararon por abiles y legitimos para poder sufragar. Y con esto se concluyo esta primera sesion.

J.e. El dia siguiente por la mañana que se contaron 3 ante del mes de Mayo de mil seiscientos y ochenta y quatro años vigilia de Pentecostes, abiendose dicho la missa del espiritu santo, y p.r redicado el sermon literal, como es uso, y costumbre, y auiendo exortado y requerido una, dos, y tres veces a todos los electores no eligiesen en Vicario General persona que tubiese algun impedimento canonico pasiuo de excomunion, suspension, o entredicho, u otro alguno legitimo, y preguntado ami el dicho secretario, si alguno me abia dado auiso de que otro lo tubiese, o que alguno no pudiese ser voto en esta eleccion, y respondido, que no, echó su Rev.a la absolucion General que manda la acta de 1662 q. ya tiene fuerza de constitucion, y dicho el himno Veni Creator Spiritus, hizo su Rev.a el Juram.to que la constitucion dispone sobre una Cruz y un Misal de que elegiria por Vicario G.l de toda n.ra Recoleccion ala persona mas digna y benemerita de dicho officio, y en la mesma forma hicieron el mesmo Juramento todos los vocales, con que se procedio luego immediatamente ala dicha eleccion de Vic.o G.l y tomando cedulas escritas de mi el dicho secretario y echandolas en el vaso que p.a el caso estaba preuenido, llegaron a regularse con la asistencia del dhō N. R. P. P. y del P. Prou.l de la Prouincia de Andaluzia, del R.do Prou.l de la Prouincia de Castilla y de tres Padres Diffinidores ~~uno~~ de los mas antiguos de cada Prou.a uno, y se hallaron quince cedulas con el nombre del P. fr. Isidro de S.n Juan que no fueron mas los vocales: y assi quedo canonicamente hecha la eleccion en la persona del P. fr. Isidro de san Juan Hijo de la Prouincia de Castilla, Predicador de su Magestad, Lector que fue doce años, Diffinidor, Commendador que fue del Conuento de S.ta Barbara de Madrid, Redentor por su Prouincia, y al p.nte Secretario General de toda n.ra sagrada orden, y ahora Vicario General de toda n.ra sagrado orden de mercenarios descalzos Redentores de Cautiuos y como a tal se le tomo Juramento, Jurando de Gouernar la Religion conforme anuestras constituciones y regla, y assimismo Juro de guardar la concordia hecha con nuestros Padres de la Obseruancia acerca del Ministerio de la Redencion, y luego le dio la obediencia dicho R. P. fr. Pedro de S.n Luis Presidente del Capitulo y todos los demas vocales, y en tonando el te Deum laudamus fueron en procesion hasta la capilla mayor de la Iglesia de dicho conuento, donde despues de acabado, y dichas las oraciones que para este caso dispone la constitucion se sento el dhō n.ro P. Vic.o G.l electo en una silla al lado del Euang.o, donde de nueuo le dieron la obediencia, assi el dicho P. V. G. preterito, como los demas vocales y religiosos del conuento, reconociendole todos por canonico, y legitimo Prelado de toda n.ra sagrada Recoleccion. = De cuya eleccion se pidio confirmacion al R.mo P. M.o Gen.l de la Obseruancia por parte del dicho Capitulo ~~General~~ en-biando comision al P. fr. Alonso de Jesus Maria en Castilla q. al ~~p.nte~~ se halla en Madrid, donde tambien estaba dicho P. M.o G.l paraque con toda posicion en forma en nombre de dhō Capit.o G.l pidiese dicha confirmacion.

Presentase la fee del Secretario de dicho Capitu-
lo de como la eleccion era canonica

I luego este mismo dia por la tarde el dicho N. R.do P. Gen. electo, mandó tocar a capitulo y juntos
en el los Capitulares, les propuso como el dia siguiente se auia de hacer la elec.on de Proc. Gen.
de la Curia Romana; y les encargo tubiesen toda atencion en elegir para el dho Officio Persona
que tubiese las calidades que ordena nra Sag.da Constitucion y pide ministerio tan graue, y de
tanta Confianca. I otro dia Domingo por la tarde, Veinte y uno del dicho Mes, y año
el dho N. R.do P. Gen. electo, y demas Capitulares se Juntaron para la dha elec.on de
Proc.or Gen.l de Roma, y tomando Cedulas (de mi el infra escrito Secret. Gen. fr. Joseph
de S. Marcelino Lector en Sag.da theologia Comm.r y Diffinidor que he sido desta Prou.a
de Andalucia, y del Cap.o uno y otro por especial nombram.to de N. R. P. V. Gen. fr.
Isidro de S. Ju.n Predic.r de su Mag.d Ot.s) en la misma forma que arriba queda dho
y echandolas en un Vaso que estaba preuenido, llegadas a regular con asistencia
del dho N. R. P. V. Gen. PP. fr. Pedro de S. Luys, Prouales de Andalucia
y Castilla, y los Diffinidores mas antiguos de las tres Prou.a, se hallaron Catorce
Cedulas con el nombre del P.e fr. Carlos de la M.e de Dios, el qual quedo Canoni-
cam.te electo en Proc.or Gen. con todos los Votos del dho capitulo, por no auer
concurrido a la dha elec.on mas de los dhos Catorce electores, y se publico su elec.on
I se nombraron por Jueces de las Causas que podian Ocurrir a los PP. fr. Alonso
de S. Mig.l Diff.r prim.o de Castilla, y fr. Ju.o de S. Onofre Diff.r prim.o de Andala
I por Contadores a los PP.es fr. Ju.o de S. Bern.do diffinidor de Anda.a y fr.
Gaspar de S.ta Maria Magdalena Diff.r prim.o de la Prou.a de Aragon.



Statuta, et decreta vim Constitutionis habentia, cum iam per quatuor capitula Generalia, et tria integra sexennia sint universaliter approbata

§. 1.

Circa Divinum Officium, Horarium cantum, et suffragia mortuorum

Statutum fuit à pleno Diffinitorio Generali, ut universa Recollectio nostra stricte, et ad litteram observet tam in officijs sanctorum Ordinis nostri, quàm in alijs, quę ex privilegio votivè recitantur rituale, seu Rubricas, quę à Patribus nostrę Observantię universaliter observantur.

In Conventibus, et Collegijs simul cum Antiphona Salve Regina, Lythania cantetur Lauretana. Et declaratur quod festum Sancti Michaelis Archangeli, Mensis Maij, in universa Recolectione nostra cum cantu, et Solemnitate primę Classis celebretur. = Secunda, et tertia die Resurrectionis, et Pentecostes; nec non tres dies ad Natale Dn̄i sequentes, festumque Translationis Sancti Jacobi, absque cantu aliquo declarantur. = Prima die Nativitatis, et Resurrectionis Dn̄i, oratio mentalis matutina, utpotè incompatibilis omittatur. Nona simul cum Sexta toto anni tempore, excepta Ascensionis Dn̄i die, recitetur. Vesperę autem in toto Ordine nostro hora secunda post meridiem dicantur. Quando hiemali tempore Antiphona solemnis Salve Regina ante orationem mentalem omnium Sabbatorum canitur, sub eodem signo hora Orationis includatur.

In domibus Novitiorum, et Professorum (non autem in Studentium Collegijs) officium parvum Beatę Marię quotidie recitetur: prȩterquam in diebus, quibus festivitas aliqua, vel idem officium parvum eiusdem Santissimę Virginis recitatur in choro; nec non in maiori hebdomada.

Omnes religiosi absentes teneantur pro defunctis fratribus missas in Constitutione statutas celebrare. Omnibus quę Prȩlatis precipimus, ut quamprimum in primoque Conventu, de morte Fratris Defuncti, certiores faciant absentes, moneant, ut quisque suffragia debita inpendat. Omnes sibi subditos moneant, ut quisque suffragia debita in Communitatis actu...

Quilibet trium Provintiarum teneatur suffragia solvere pro his, qui in nostro Romano Hospitio decesserint; videlicet Hispalense Coenobium in Bætica, Madridanum Coenobium in Castellana, Panormitanum Conceptioni in Italia, suffragia applicare debent pro ipsis, tanquam pro ...

Conuentualibus. = Pro Confessoribus etiam Monialium extra fratrum Conuentus decedentibus suffragia Constitutionis persoluentur in domo illa, à qua fuerint egressi ad tale ministerium. Necnon pro fratribus, qui ad nouam Conuentualitatem signati in itinere decesserint, Conuentus à quo fuerint egressi, suffragia debent persoluere. Pro Vicarijs item Prouintialibus, qui per Bienium exercuerint, eadem suffragia impendantur, quæ absolutis Prouintialibus debent exolui. Pro Redemptore autem, qui in suo ministerio obierit, præter communia suffragia, quilibet Sacerdos unam missam celebret, et ceteri non Sacerdotes recitationem duplicent.

§. II.

Circa disciplinas, et jejunia.

Vigilia Sti. Patris N. Petri Nolasco, totaque Beatæ Mariæ de Mercede octaua numerentur inter festa excepta à disciplina. Quæ etiam omittenda est in diebus Sti. Joseph, et Annuntiationis B. Virginis (si hæc festa non transferantur, sed proprijs diebus recitentur): nec non in festis Præsentationis, et Visitationis B. Mariæ, Apparitionis, et Dedicationis S. Michaelis, S. Laurentij Martyris, S. Antonij Abbatis, S. Annæ, Inuentionis S. Crucis, omnium sanctorum Ordinis nostri, Principis Diœcesani Patroni, S. P. N. Augustini, et in Vigilia Corporis Xpti: necnon in diebus Octauarum S. P. N. Petri Nolasco, Epiphaniæ dni, et Dedicationum nostrarum Ecclesiarum, prima tantum Vice, qua fuerint celebratæ. His autem diebus, quibus tota Communitas ad processionem egreditur, si notabilis fuerit fatigatio, Commendator de Conciliariorum Voto in disciplina poterit dispensare, dummodo talis dispensatio non fiat die aliqua Majoris Hebdomadæ.

In clausula Constitutionis nostræ Cap. 10. dist. 1. quæ excipit à disciplina omnia festa Apostolorum debent etiam includi sanctus Barnabas Apostolus, et omnes Euangelistæ.

Vigilia Apparitionis Sti. Michaelis Archangeli præcipitur jejunanda, dummodo in die Ascensionis non occurrat. Excipiuntur tamen ab obligatione jejunij festa Sanctorum Innocentium, S. Raymundi Nonnati, et cuiuslibet sancti Ordinis nostri (extra aduentum, et Quadragesimam) S. Iacobi Apostoli, S. Laurentij Martyris; Apparitionis S. Michaelis (si in die aliqua Rogationum non incidat): Visitationis, Purificationis Beatæ Mariæ, et S. Patris N. Petri Nolasco dummodo hæc duo ultima festa post Septuagesimam non occurrant.

Conuentuale Capitulum Verno tempore fiat intra horam orationis mentalis Matutinæ feria sexta. l. Sabbato: tempore autem Hyemali post Completorium habeatur.

*

§III

Omnibus nostri Ordinis Sacerdotibus præter eas Missas, quæ eis Cap. 5 dist. 2 conceduntur ultra concedimus, ut pro sua celebrent intentione diebus S. Patris N. Petri Nolasco, + Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Xpti, Purificationis, S. Joseph, Annuntiationis B. Mariæ (diebus, quibus hæc dua ultima festa celebrantur)

+ Circumcisionis

Nec non Conceptionis, Nativitatis, Assumptionis, et Apparitionis Eiusdem B. Mariae de Mercede, S. Michaelis Archangeli Mensis Maij, S. Ioannis Baptistae, SS. Apostolorum Petri, et Pauli, S. Laurentij Martyris, S. Antonij Abbatis, S. Catharinae Virginis et Martyris, S. Raymundi Nonnati, S. Petri Paschasij, omniumque sanctorum Ordinis Nostri. Praecipitur autem ut nullum stipendium pro praedictis Missis recipiant, nec pro eleemosina ab alio accepta eas applicent.

§ III

Circa Recreationem Vestitum, et Silentium

In solemnioribus diebus, quibus una Recreationis hora designatur, potest Commendator arbitrio suo per unam horam, vel dimidiam orationem mentalem anteponere: eisque Recreationibus teneatur Praelatus Edulium Communitati ministrare. Dies autem Apparitionum B. Mariae de Mercede et S. Michaelis Archangeli (si hoc festum extra rogationes celebretur) inter solemnes dies Recreationis, et Edulij, Computentur.

Hora prima post meridiem ~~omni~~ tam in hyeme, quam in vere, symbali facto signo, strictum observetur silentium usque ad vesperas: et hoc tempore nullus Soccis (vulgariter choclos) incedat, ut omnis vitetur strepitus.

Toto anni tempore fiat orandum hora undecima praeterquam in diebus Ecclesiastici jejunij, in quibus dimidia hora supra undecimam debet differri. Quatuor anni Mensibus, in quibus permittitur fratribus sine tunica media dormire, numquam possint sine Corrigia, et scapulario minori

§ IIII

Circa Clausuram, et modum exeundi.

Tempore strictioris silentij, non licet è Cellis egredi, nisi in Casibus in Constitutione antiqua permissis Cap. 11. et 12. Licet tamen alio quovis tempore egredi ob aliquam rationalem Congruentiam, Exercitij Commodum, aliosve titulos honestos.

Praecipimus strictissime sub gravi praecepto Obedientiae neminem Religiosorum rem aliquam ab alterius Cella extrahere sine Praelati licentia. Eodem quoque praecepto adstringimus Praelatos quoscunque, ne manuscriptos Codices extrahant, quando Concionatorum Capsulas visitant.

Quando alicui Religiosorum Conceditur Recreationis facultas, ut ad Oppidum, ubi est conventus Ordinis exeat, teneatur afferre testimonium in scriptis à Praelato, de die qua ab illo Conventu fuit egressus, ut ad proprium revertatur.

Poena Carceris per decem dies à Constitutione imposita his qui itinerantes domum alicuius Secularis ingrediuntur, tantum intelligitur applicanda, si talis domus fuerit suspecta; secus tamen si omni vitiorum sit libera. Quando autem poena gravis Culpae designatur eis, qui die una vel nocte extra Conventum manserint sine licentia intelligendum est, in domo non

suspecta: nam si in suspecta domo mansione fecerint, preter penitentiam Culpe grauis debent incarcerationem pati per decem dies.

*
Nullus Superiorum sub precepto formali Sanctae Obedientiae abscondat, retineat, vel aperiat litteras pleno Diffinitorio directas, sed intra octo dierum spatium tenentur tales litteras clausas Diffinitorio presentare.

§V

Circa Epistolas.

* Qui Epistolam alterius Religiosi legerit, vel absconderit, si Prelatus illius non sit pene grauis Culpe subjaceat. Eadem pena est applicanda scribentibus sine Prelati licentia.

Omnibus que Prelatis precipimus, ut subditorum Epistolas legant: cum conformitate tamen ad Caput [illegible] dicti, ubi disponitur, quod itinerantium licentiae non legantur à Prelatis, si sint ab omni suspitione liberi.

Qui autem fuerit legere, aperire, aut retinere, Epistolas directas P. N. Vicario Generali PP. Provincialibus, Diffinitoribus actualibus, Secretarijs, tam Generali, quam Provinciali, nec non Vicarijs Generalibus preteritis; vel eas Epistolas, quas predicti ad alios dirigunt, preter penam grauis Culpe supra impositam, privatione loci, et Vocis, atque incarcerationis penas pro tempore Culpe proportionato mulctetur, si autem Commendator huius Constitutionis fuerit transgressor, per quatuor Menses à suo Officio suspendatur.

Qua propter ut Superiorum Epistole agnoscantur in superscriptione apponatur hoc Verbum En nuestro Conuento, eodemque signo notentur Epistole Eorum, qui fuerint Vicarij Generales. Epistole vero Diffinitorum notentur Verbo Diffinidor, nec non Epistole Commendatorum directe alicui Subdito hospiti in alio Conuentu notentur Verbo Commendador, ut Prelatus illius domus in qua hospitatur, nullatenus eam aperiat. Declaratur que hoc ipsum debere intelligi de Procuratoribus Generalibus Provinciarum, quorum Epistole notentur hoc Verbo Procurador General. Declaratur etiam presentem Constitutionem rigorose debere observari à Conventualibus, etiam si sint Commendatarij

§VI

Circa Confessarios

Nullus Superiorum Ex sua priuatiua potestate fulminare queat sententiam Privationis in Confessarios. Sed si talis sententia ferenda est à Provinciali Cum Voto Diffinitorij Provinciae debet Concurrere: si autem à P. V. Generali cum Voto duorum Diffinitorum debet fieri.=

Dispensatio erga Confessarios, qui quadraginta annos non impleuerint, ut feminarum Confessiones possint audire à Provinciali, et quatuor Diffinitoribus fiat, majori suffragiorum parte fauente. Talis quoque dispensatio in Scriptis est exhibenda, totius Diffinitorij nominibus confirmata.=

Licet Confessarius quadragesimum impleuerit annum, non idcirco declaratur habilis ad mulierum Confessiones audiendas: quin potius presenti Constitutione annullamus, et restringimus facultatem, que in illis ab Ordinarijs habita poterat includi: ut enim talis facultas ad mulierum Confessiones Extendatur ulterior licentia requiritur ab uno Ex superioribus habita.

Confessarij, Concionatores, et Ordinandi, qui Episcoporum Examine fuerint reprobati iterum reducantur à Religione Examinandi: sit que noua approbatio, noua que Superioris licentia necessaria: Ordinandis autem iterari debent Vota sue Conuentualitatis. Qui vero pro ordinibus recipiendis à suo Conuentu fuerint egressi, et non Ex causa reprobationis, sed Ex altero accidenti

Sacros Ordines non receperint ad sequentes ordinationes tantum necessaria sint Communitatis iterata suffragia.

Prelati à Confessariorum sufficientie examine liberi, solum intelliguntur, qui Vicarij Generales et Provinciales, et Vicarij Provinciales electi fuerint. Superior autem potest, et debet pro suo libito reliquos Confessarios, pluries quam in sua Visitatione, toto rigore examinare solum excipiendo eos, qui artium vel theologiae in vel fuerint lectores.

Statuta vim constitutionis habentia, et ad secundam distinctionem spectantia

§1

Circa Diffinitorium in Communi.

Sanctae Universalis Inquisitionis Edictum ab Illustrissimo D. D. Fr. Antonio de Sotomayor Generali Hispaniarum Inquisitori promulgatum, et in omnibus Capitulis Generalibus, et Provincialibus promulgari jussum, ad litteram in toto Ordine nostro est observandum.

Nomine Diffinitorij Generalis, et Provincialis, tam ad examen legitimationis vocalium ante electiones ad Capitulum pertinentes; quam ad desitionem Controversiarum circa ipsas, solum intelliguntur P. V. Generalis, Provinciales, sive illorum Vicegerentes, et Diffinitores; non vero alij Capitulares.

Ante electiones cuiuslibet Capituli, et post ejus absolutionem, Praeses absolvat ad Cautelam Vocales omnes modo praescripto in Constitutionibus Cap. 13. dist. 2. Vocalibus autem ante vigiliam Capituli Generalis vel Provincialis domum Capitularem intrantibus poena aliqua arbitrio Diffinitorij est applicanda.

Soli Capitulo Generali liceat, quae ad condendas, mutandas, addendas, vel minuenda Constitutiones expectant. Decernimus tamen quod ad mutandam totalem Constitutionem ad nostri vivendi rerum communem pertinentem major pars non sufficiat suffragantium; sed omnium vota, nemine discrepante debent necessario concurrere. Eademque resolutio omnino observanda est ad mutationem totalem cuiuslibet legis ad regimen Religionis spectantis, etiam si talis lex solum adquisierit vim Constitutionis, quia per tria sexennia successivam approbationem habuerint. Neque contra hoc decretum possit aliquis Bullam à sede Apostolica impetrare absque praedicto consensu omnium concordi sub perpetuae inhabilitatis poena ipso facto incurrenda.

*Lo Quod in nostra Constitutione Capite 3 dist. 2 dicit vim Constitutionis habere, quae per tria Capitula Generalia obtinet approbationem debet intelligi per tria sexennia continuatim, et integrè adimpletas.

Ad interpretanda Constitutiones, vel ad mores, vel ad regimen pertinentes duae debent concordare vocalium partes conformes. Quod si ex congregatis vocalibus tres aequas partes non sint computari non debent suffragia, quae inaequalitatem faciunt; taliter quod si sexdecim v.g. sint vocales ad praedictam interpretationem sufficiant decem ex illis. Eademque vocalium numerus necessario requiritur ad derogationem, vel confirmationem, additionem, vel diminutionem cuiuslibet decreti, sive in praecedenti, sive in duplici, vel triplici Capitulo stabiliti. *

Quidquid in quolibet Diffinitorio, sive Generali, sive Provinciali, sive intra, sive extra capitulum decidendum proponitur, prius consulatur in voce, et expendant rationes

incipiendo à Diffinitoribus minus antiquis usque ad Præsidem; ita ut uno loquente cæteri taceant: et postea decidatur in alia sessione per secreta suffragia, nimirum per schedulas aut Calculos albos, et nigros, juxta qualitatem rei decidendæ. Idem declaratur observandum in qualibet resolutione à Capitulo Conventuali facienda.

Ad privationem, l. acceptationem renuntiationis Officij Cuiuslibet Vocalis, tam ad Provinciale, quam ad Generale Capitulum pertinentis (exceptis privatione, et renuntiatione Provincialis et electione Vicarij Provincialis) et ad expulsionem Religiosi Professi ab habitu, aliamque pœnam gravissimam infligendam non possit solus Provincialis procedere, nisi Cum Voto Consultivo, et decisivo quatuor Diffinitorum. Aliter sint nullæ omnes, et singulæ Sententiæ, privationes, acceptationes, et electiones prædictæ, non obstantibus Cap. 18 dist. 2, et alijs nostrarum Constitutionum. Idemque observare debet P. N. Vicarius Generalis quantum ad privationes, electiones, et renuntiationes præfatas.

Si aliquis Vocalium tempore Capituli Generalis, vel Provincialis, legitimè sit impeditus et officium renuntiare nollit, ad renuntiandum compelli non possit; neque alter eius loco ad suffragandum eligatur.

Declaramus pœnam gravissimæ Culpæ in nostris Constitutionibus expressam dist. 2. cap. 11. Contra eos, qui ea, quæ in Capitulo tractantur Secularibus narrant cum notabili damno, seu infamia Religionis &c. intelligendam esse pœnam gravioris Culpæ.

Nulla electio ad Generale l. Provinciale Capitulum pertinens ultra duos Menses possit differri, excepta electione Vicarij Provincialis, in qua standum Constitut. 20 ad Calcem

Si aliquis Diffinitor ratione infirmitatis Diffinitorio assistere nequeat, in eius Cella Diffinitorium non fiat. Attamen privativè Consultus debet suffragari, eo modo secreto quo Leges Diffinitorij disposuerit.

~~Provincialis Major in alia Provincia~~

In Capitulo Generali sint Scrutatores Suffragiorum, Provinciales omnes, et quilibet Diffinitor antiquior in Sede ex omni Concurrenti Provincia.

Si aliquod occurrerit dubium Circa legem aliquam ad Vitam Communem, seu Regimen spectantem, instetque occasio tale dubium decidendi, aut legem interpretandi, Consulatur P. N. Vicarius Generalis, si in ea Provincia adsit; qui Cum eiusdem Provinciæ diffinitorio determinet quid sit agendum. Ea autem declaratio seu interpretatio à Diffinitoribus debet subscribi, et eius ratio in publico testimonio referri, ut Capitulo Generali immediato possit præsentari. Si autem P. N. Vicarius Generalis à tali Provincia absit prædicta resolutio fiat à Diffinitorio eiusdem Provinciæ, postea que Superiori Generali remittatur

Circa alienationes, Commutationes, aut Contractum aliquem erga possessiones Conventuum ad litteram observetur Cap. 26. dist. 2. nostrarum de bonis temporalibus super addita ad Consensum Provincialis licentia in Scriptis Diffinitorij Provinciæ.

Ad recipiendum Novicios ab habitu semel expulsos præter examen à Conventu faciendum Consensus expectetur Diffinitorij Provincialis, sine quo habitus non tradatur. Neque alterius Ordinis professi (etiam nostræ observantiæ) si suffragijs unius Conventus repelluntur, ab alio Conventu admittantur; sed in eodem iterum proponi possunt, et non in altero, et generaliter observetur quod semel in uno Conventu repulsus in alio non sit admissus.

Diffinitorium Provinciale legat, et discutiat rationes dati, et accepti, quas commendatores ad Capitulum Provinciale deferunt, antequam ad electiones novorum Diffinitorum procedatur *

* Sententia à Diffinitorio lata et à Reo admissa, moderari, aut revocari non possit, nisi à toto Diffinitorio à quo processit. Declaratur autem, quod quæcumque licentia seu facultas à Diffinitorio Concessa, seu denegata, nullatenus possit variari per alium Concursum vice Diffinitorum subrogatum, sed solum ab eodem numericè Diffinitorio à quo prædicta Concessio, seu denegatio emanavit.

§II

Circa Patrem nostrum Vicarium Generalem

Si renunciatio P. V. Generalis intra Capitulum Generale fiat, a toto Capitulo Generali si ad id rationes suppetant debet acceptari. Si autem extra Capitulum fiat ab omnibus Diffinitoriis Provinciarum sua Religionis acceptari debet, renunciationis praedictae causis maturo consilio prius examinatis. Resolutio autem Provinciae Siculae ad sex menses completos expectetur: quibus transactis; et resolutione non praesentata, caeteris Diffinitoriis, validum omnino sit, quod fuerit judicatum à duabus Hispaniae Provinciis. Attamen P. V. Generalis renuntians determinare debet, quodnam ex Diffinitoriis debeat esse primum in resolvendo: et causis examinatis alteri Diffinitorio remittat, quod fuit decretum in primo; suffragantes et sub propriis nomine subscribant in praefata renuntiatione, quam denegant, vel acceptant.

Ad causarum iudicium potest P. N. Vic. Generalis procedere iure ordinario cum voto decisivo duorum Diffinitorum tantum; uti Constitutiones ipsi concedunt ad gravissimae poenae inflictionem. Et si in prima instantia procedit ad expulsionem professi, quatuor Diffinitores vel Commendatores, debent cum ipso concurrere. Si autem per appellationem, aut recursum de tali causa cognoscit; si tunc adest Provinciae, in qua talis causa fuit primò iudicata à Provinciali, et Diffinitorio, tenetur procedere cum voto decisivo duorum Commendatorum, vel unius Commendatoris, et alterius Conjudicis ex his, qui ad subrogationem universaliter assignantur.

Processus, et causae criminales tradantur à Patre Vicario Generali suo successori; ita quod non possit recindere, delere, aut comburere quodvis scriptum spectans ad Provincias in communi, vel ad aliquem religiosorum in particulari, nisi tale instrumentum pertineat ad religiosum defunctum.

Vacante + Provintialatu, P. Vic. Glis cum quatuor Diffinitoribus, et Procuratore Generali Provinciae Vicarium eligat Provintialem, iuxta paragraphum quoties dist. 2. Si autem in eo eventu à Provintia abierit, per se solum debet nominare praesidem Provintialem, usque dum ad electionem faciendam cum Diffinitoribus veniat.

+ Quovis modo

Praeter tria collegia quae in qualibet Provintia possunt designari, si aliud opporteat institui, poterit Pater Noster Vic. Glis de consilio Diffinitorum nominare. Lectiones autem, et praecedentia lectorum in hora electionis, relinquitur arbitrio ejusdem P. Nri. Vic. Glis. +

§III.

Circa Provintialem, eiusque Vicarium vel Praesidem

Si Provintialis electus offitium intra Capitulum renunciare velit, a toto Capitulo eius renunciatio debet acceptari. Si autem extra Capitulum, à P. N. Vic.o Gli, et Diffinitorio Provintiae.

Si Praeses Provintialis à Patre Rmo. Gli nominatus, et postea à Diffinitorio in Vicarium Provintialem electus, biennium adimpleat, à die nominationis in Praesidem usque ad Capitulum Provintiale, non potest in tali Capitulo ad Provintialatum eligi; neque in toto illo triennio ad aliquod Suffragatibum offitium assumi, sive ad Generale sive ad Provintiale Capitulum pertineat, Ita, quod solum ad offitium Vicarij Generalis possit eligi.

Provintiales omnes, seu Vicarij Provintiales suis Successoribus tradant processus, et causas criminales: ipsisque sub praecepto formali Sanctae Obedientiae praecipimus de illis facere inventarium, quin deleant, vel comburant aliquod instrumentum. Processus autem Successoribus traditi ex eorum consensu, (simul cum suo Diffinitorio) revideantur: et instrumenta, quae servari debent, securitate serventur; caetera autem comburantur.

Quoties Provintialis, vel Vicarius Provintialis ratione absentiae à Provintia, vel gravis infirmitatis, vicegerentem instituit, talis sic suffectus Praeses Provintialis nominetur, cui Provintialis concedat Commissionem circa visitationes, conventualitates, et his similia, cum ea limitatione, et moderamine, quod sibi visum fuerit prudentiae.

Annos professionis ad Provintialatum necessariò requisitos duodecim futuros declaramus, iuxta Cap. 4. dist. 2. Unde standum non est capiti 15 eiusdem dist. in quo decem tantum praefigebantur anni.

Cui per integrum Biennium potitus fuit Provintialatus offitio, non est eligibilis in toto sequenti triennio ad aliquod Suffragativum offitium: sicut de Vicario Provintiali, qui per biennium exercuit, supra diffinitum est.

Provintiales, seu Vicarij Provintiales teneantur suam ultimam visitationem explere sex mensibus ante celebrationem Provintialis Capituli.

§ IV.

Circa Diffinitores.

In electionibus Diffinitorum intra Provintiale Capitulum debet suffragari Procurator Generalis Provintiae simul cum caeteris electoribus in constitutione nominatis.

Diffinitores (sive intra, sive extra Capitulum electi) si per biennium sunt suo offitio functi + in immediato Capitulo, neque in toto sequenti triennio ad idem munus possunt assumi: ad alia autem offitia poterunt eligi.

+ neque

Vacat Diffinitoris offitium, si absque Diffinitorij consensu abest à sua Provintia per semestre. Si autem Diffinitor aliquis intra suam Provintiam, et à conventu in quo Diffinitorium celebratur fuerit absens, et vocatus non veniat intra quindecim dies, ad casum diffiniendum

Cuius loco subrogetur, qui ex ea Provincia Vicarij Generalis munus obtinuit: ita ut si plures fuerint, is qui in offitio fuit prior, sit in subrogatione precessor. Illis defficientibus subrogetur, qui Provincialis, seu Vicarij Provincialis munere sunt potitus, eadem offitij precedentia servata. In istorum deffectu, subrogari debet Diffinitor precedentis immediatè Triennij, qui antiquior fuerit in professione. Quod si predictorum nullus interesit succedat Commendator domus in qua Diffinitorium celebratur. Declaramus autem, quod si aliquis ex subrogandis absens fuerit, et ultra sex leucas non distet, eius adventus expectetur; ipseque admonitus intra duos dies venire teneatur: quod si intra hoc spatium non venerit, altera eodem ordine subrogetur. Illic autem subrogandorum concursus ad electiones, privationes, renunciationes, expulsionemque Professi est necessarius: ad alia autem negotia excluditur talis concursus.

Diffinitores omnes actuales ratione sui offitij precisè, utrius Personæ liberos constituimus ab offitij Hebdomadarij, Missæ utrimque Diaconi, et subdiaconi: et quia litteræ quæ ad ipsos dirigunter nec legi, nec aperiri valent à Commendatore, consequenter decernitur, eorum Capselas à solis Prelatis superioribus visitandas. Preterea in Conventibus ubi predicti Diffinitores hospitantur, semper Consiliarij sint: et absente Commendatore, et Vicario, in omni Communitatis actu presideant.

Declaramus etiam, quod nunquam Preses Conventus ante tales Diffinitores sedeat, nisi sit Preses in Capite, nullo scilicet talis domus Commendatore existente. Quando autem Vicarius Conventus, seu qui preses in Capite non est, aliquem Communitatis actum ingreditur, si ibi adsit aliquis Diffinitor Communitas non assurgat. Ipsi autem Diffinitores licentiam ad egrediendum, vel ingrediendum aliquem Communitatis actum, à Vicario Conventus non postulent, utpotè ab eius obedientia exclusi. = Omnes autem istæ exemptiones, quæ Diffinitoribus conceduntur ratione offitij, in omnibus extenduntur ad eos qui Vicarij Generalis dignitate fuerint functi.

§ V.

Circa Redemptionem, et Redemptorem

Pecunia seu quælibet bona ad Captivorum redemptionem spectantia quarto quoque mense remittantur ad Capita Provintiarum. Videlicet, quæ aservantur in Conventibus Provinciæ Conceptionis ad Conventum Sancti Joseph Hispalensem: quæ in Conventibus Provintiæ Sancti Joseph ad Conventum Sanctæ Barbaræ Madritanum: quæ verò in Provintia Sancti R[aimundi]

Raimundi

Sancti Raimundi ad Conventum Panamitanum, qui dicitur el Muelle. Curent autem omnes Provinciales horum executioni incumbere, captivorumque ministerio ita invigilare, ut ea quæ in nostra Constitutione cap. 10. dist. 1. continentur, nullam iacturam patiantur.

§ VI.

Circa Procuratorem generalem Romanæ Curiæ

Officium cuiuslibet Vocalis sive ad generale, sive ad Provinciale capitulum spectet, statim vacat, si is qui eligitur in Procuratorem Romanæ Curiæ, munus talis Procuratoris acceptat. Prædicto verò Procuratori plenam concedimus potestatem ad dispensandas irregularitates ex apostasia provenientes, apostatasque ad administrationem sacramentorum habilitandos.

Clausula Constitutionis nostræ qua decernitur, non posse P. Rectorem Vic. Generalem, ab officio removere prædictum Procuratorem, nisi in Capitulo, sic accipienda est, ut nomine capituli intelligatur Diffinitorium Provinciæ, cuius filius est ipse Procurator.

§ VII.

Circa Commendatores, Lectores, et Novitiorum Magistros.

Nullus Superiorum Commendatorem, seu Rectorem aliquem ultra duos menses suspendat; intraque eum terminum, si suspensionis causa talis concernat, quod Diffinitorum determinationem expectat, Superior eos consulat, ipsorumque iuditio quod latum fuerit deceratur: Sin autem bimestris spatio transacto, Prælatus revertatur in suam domum.

Magistri Novitiorum à Capitulo Provintiali debent eligi, et extra capitulum à toto Diffinitorio Provintiæ. Unde eorum privatio, & renunciationis admissio debet etiam procedere ab eodem Diffinitorio. Prædictique Novitiorum Magistri semper sint Consiliarij illius Conventus in quo novitij educantur.

Nullus admittatur ad habitum fratris obedientiæ, nisi sit aptus ad labores manuum, aliaque activa ministeria, quibus ratione suæ professionis est deputandus. Unde declaramus recipi non posse ante vigesimum ætatis annum completum iuxta Constitut-

Constitutionem Clementis octavi, quę incipit, Cum ad regularem Disciplinam, à Ssmo. Dno. N. Urbano. Pap. 8. confirmatam.

§ VIII.

Circa aliquas Electionum circumstantias.

Ante celebrationem Capituli Generalis in toto ordine, et Provintialis in sua Provintia per dies quadraginta fiant preces pro recta vocalium directione, et felici Capituli eventu. Hoc autem observent Commendatores omnes, etiam si litteras convocatorias non receperint.

Omnes electiones quę circa plures versantur, fiant semper per schedulas manu secretarij scriptas, in quibus varia nomina sint expressa. Nullique ex vocalibus cuiuslibet capituli (etiam conventualis) liceat suffragari alijs schedulis. Observetur autem constitutionis antiquę decretum, quantum ad numerum schedularum. Electio verò quę circa aliquid singulare versatur, per calculos fiat albos, et nigros, vel per duas schedulas, quarum una ad approbandum notetur littera A, et ad reprobandum littera R.

In qualibet consultatione, et resolutione capituli conventualis circa ea, quę recursum debent habere ad Diffinitorium Provintię liberum sit Diffinitoribus assistere, nequeant tamen suffragium ferre. ×

Omnes Diffinitores, et Procuratores Generales iuramentum × de fidelitate sui muneris coram P. N. Vicario Gli et Diffinitorio præstent. Quęlibet electio si prima et secunda vice non fiat, publicentur in capitulo seu Diffinitorio suffragia omnia, quę in duobus scrutinijs, diversis fuerint tributa personis.

Propositio facta à Superiori in qualibet electione ita prudens debet esse, quod nullam personam in publico Diffinitorio designet, sed extra in privata consultatione proponat.

Clavigeri, informantes, et procuratores conventuum Canonicè eligantur: et eorum fiat nova electio, quoties novus advenit Commendator. ×

Clausula Constitutionis nostrę in qua decernitur, quod solum Jus, et aqua electoribus ministretur, quando inter se non convenerint circa electionem Provintialis, intelligenda est, dum inter duos dies se invicem conformare noluerint. Idemque intelligi in electione Vicarij Generalis *

*

In quolibet conventu semper sint consiliarij PP. Vicarij Gnales præteriti: et his deficientibus Provintiales, seu Vicarij Provintiales in dignitate antiquiores. In istorum defectu Diffinitores præteriti eodem ordine servato. Ubi autem nullus ex relatis invenitur Provintialis in principio trienij alios consiliarios designet, qui ultra ternarium numerum non excedant, nisi in conventu ubi quatuor Diffinitores actuales assistunt.

§. IX.

Circa Censuras, præcepta, visitationes, et acta

Nullum præceptum formale sanctæ obedientiæ, nullaque censura à quocumque Superiori Communitati imposita vim ligandi habeat, nisi in scriptis intimetur. Excipimus tamen censuras, et præcepta, quæ de iure, et more nostro in primo visitationum Capitulo, ordinaria imponi solent.

Mandata, censuræ, et præcepta cuiuslibet Superioris, seu illius Visitatoris in prima visitatione relicta, usque ad secundam robur, et vim habeant: maneant tamen abrogata, si expressè non confirmentur in ipsa: quæ verò præcipiuntur in ultima visitatione triennij, vel sexenij, quantum ad censuras, et præcepta finito sexenio, vel triennio expirent; sub ratione tamen mandatorum perseverent. Ut autem prædicta mandata à quolibet Superiore vel visitatore confirmentur, sufficiens non sit, quod eas in communi approbet, vel confirmet, sed omninò necessarium sit, quod ea individualiter innovet, et singulatim in scriptis apponat.

Nullus Superior nominare possit visitatorem, nec secretarium ex domo visitanda: nec visitator ex visitanda domo secretarium possit eligere.

Causæ omnes sive intra sive extra visitationem semel actuatæ usque ad sententiam diffinitivam exclusivè, à nullo Superiorum ultra unum mensem differantur, sed intra designatum tempus debent diffiniri.

Acta Capituli Generalis, et Provincialis tradantur duobus Diffinitoribus, ut ea in debita methodo constituant: et postquam Præsidi Capituli, et diffinitorio ita disposita manifestaverint, et legerint, confirmationemque sumpserint, scribantur à Secretario in libro Religionis, seu Provinciæ, assistente saltem uno ex diffinitoribus relatis: quibus sub præcepto formali sanctæ obedientiæ præcipimus, nullum verbum addere, aut diminuere postquam in diffinitorio fuerint lecta, et approbata

Acta, et Statuta, quæ vim Constitutionis non dum habent, et ad primam Distinctionem pertinent.

§. 1. Circa Officium divinum, et suffragia mortuorum

Statutum fuit à pleno Definitorio Generali et universa Resolutio nostra stricte, et ad litteram observet rituale, et rubricas, quæ à Patribus nostræ Observantiæ universaliter observantur, tam in officijs Sanctorum Ordinis nostri, quam in alijs quæ votivè recitantur ex privilegio totius Religionis. Similiter etiam statutum est, quod in solemnitate Missæ Beatæ Mariæ Virginis in Sabbato omnes nostri Ordinis conventus cum prædicto rituali conformetur donec aliud privilegium à sede Apostolica impetratur.

*Primo statuitur, quod in omnibus nostræ recollectionis conventibus speciale erigatur altare in honorem, et titulum Beatissime Virginis Mariæ de Mercede, nec non prima cuiuslibet mensis dominica fiat processio cum imagine eiusdem B. Virginis intra claustra, vel atria nostra; ut autem beneficium fundationis nostræ sacræ Religionis à gratitudine nostra nunquam excidat, noviter etiam statutum est, quod in omnibus nostræ obedientiæ domibus tam fratrum, quam monialium (etiam in collegijs) officium matutinum Apparitionis eiusdem Deiparæ die qua solemniter celebratur, media nocte cum cantu solito iuxta formam nostræ Constitutionis cantetur.

3° Statuitur pro Procuratore Generali Curiæ Romanæ in suo exercitio obeunte, præter communia suffragia, quilibet sacerdos unam missam celebret: Clerici autem et laici recitationem duplicent. Deinde pro eo, qui in Commissione Generali Provinciæ Italiæ fuerit defunctus Panormitanum Cœnobium Conceptionis suffragia persolvat conventualis.

2° Statuitur; quod prima die post festum omnium Sanctorum Ordinis nostri fiat anniversarium solemne cum integro definitorum officio pro omnibus defunctis fratribus: omnesque sacerdotes pro ijsdem defunctis eadie missas aplicent. Pro secretarijs etiam provinciæ in suo munere obeuntibus eadem impendantur suffragia in sua Provincia, quæ Provincialibus exsolvuntur.

Primo statuitur; quod in domibus novitiorum, Professorum, et studentium, omnes clerici choro deputati teneantur suffragia quæ ex constitutione tenentur in communitate cum sui Magistri assistentia persolvere: nec non omnia anniversaria, Psalmosque

Mariæ

pœnitentiales, quæ ~~[illegible]~~ ex lege nostra debent impleri in Communi etiam præcipimus cum prædicta assistentia recitare. Fratres autem obedientiæ etiam in Communi suffragia ad quæ ex Constitutione tenentur impendant, assistente Vicario Conventus, seu alio Sacerdote a Commendatore designato.

§ II.

Circa Disciplinas.

1° Statuitur, quod festa inventionis sanctæ Crucis, sancti Anni et omnium Sanctorum Ordinis nostri, nec non tota Epiphaniæ Domini octava inclusivè à flagellatione eximantur. Et iterum declaratur, quod festa principalium Patronorum tam Diœcesis quam loci, si festivè à populo serventur à disciplina eximantur. In ea autem Diœcesi, ubi plures fuerint Patroni principales, et festivè etiam serventur, eorum festa æqualiter debent eximi à disciplinas.

§ III.

Circa cellarum clausuram

1° Statuitur: ad obviandas tot tam crebrasque legis, et obedientiæ fractiones, quas ex facili cellarum ingressu utique ordinis nostri experti sumus, oriri, omnium voce, et calculo, nemine discrepante, etiam in hoc capitulo, permissum deinceps est, ut quilibet frater speciali sera, et clave, cellam suæ habitationis occludat, ut ea quæ permittuntur ad usum maiori securitate serventur ne ab extraneis, vel domesticis, ut experiri solebat, aliquid inde extrahatur. =

Ut autem hæc permissio debita reformatione sequatur præcipimus Commendatoribus, ut clavem communem, vulgo Magistram, secum habeant, qua omnes subditorum cellæ ipsis solis patefiant. Subditis autem, cuiuscumque gradus, sive conditionis sint præcipimus sub præcepto formali sanctæ obedientiæ, quod nullus speciali clave seu repagulo possit uti sub pœna etiam gravioris culpæ per quatuor menses irremissibiliter infligenda, nec non privationis perpetuæ cuiuscumque clavis. Excipiuntur tamen ab hac regula Communi Patres Redemptores Procuratores Generales, et Conventuales.

Acta, et decreta quę vim Constitutionis non dum sortiuntur, et ad secundam Diffinitionem applicantur.

1° Statuitur, quod electio Diffinitorum in Capitulo Provinciali, deinceps non fiat per schedulis quatuor nominibus coniunctim in Capsellam missis, sed pro quolibet Diffinitore seorsum separatae schedulę a Capitularibus assumantur.

2° Statuitur, quod nullus possit eligi ad officium Procuratoris Generalis per duo continuata triennia, ad eum modum, quo decernitur de officio Diffinitorum. Et similiter declaratum est, et diffinitum à toto Capitulo quod Procurator Generalis Romanę Curię non potest eligi nisi ad unum duntaxat triennium. Ita quod finito suo officio non possit reeligi ne dum+ ad idem ministerium; verum nec ad alium officium suffragatium pertinens ad Capitulum Provinciale, nisi in [illegible] in Provincialem vel Vicarium Generalem eligatur. =

+ in toto sequenti triennio.

3° Statuitur. Ad observantiam Bullarum SS. D.N. Urbani 8. et Alexandri Septimi, quibus ad duo tantum triennia permittitur aliquis eligi in officijs Commendatoris, aut Procuratoris Generalis Provinciae; facta est à toto Capitulo uniformi declaratio, quod qui quatuor annos continuos in duobus triennijs; vel unius anni completi in uno triennio, et totius immediate sequentis triennij, praedicta exercuit officia, in sequenti Capitulo, non possit reeligi ad aliquod ex relatis officijs, nec ad officium Diffinitoris, neque Procuratoris Generalis Romanę Curię. Qui autem infra annum ante Capitulum fuit electus licet in tali Capitulo suffragium ferat, potest reeligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia; quia illa parva temporis quantitas pro nihilo ad triennij complementum reputatur. =

Tertio Statuitur, quod deinceps inhabilis ad officia V. Generalis, Provincialis, aut V. Praesidii Provincialis, Diffinitoris aut Commendatoris, qui cursus sacrae theologiae vel Sacrorum Canonum integre non persolverit.

Tertio Statuitur: q^d in electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventualibus per Vota secreta, nullus in Sacris ordinibus non Constitutus suffragium ferat.

3 Etiam statuit, quod quævis resolutio, quæ fit à Commendatoribus cum suis Consiliariis debeat in scriptis firmari, sequenti quoque Visitatori patefieri sub pena suspensionis ab officio per duos Menses Commendatori vel graviori Culpæ suo Præsidi.

3 Statuit, q^d Procurator Generalis Romanæ Curiæ impedimento legitimo non adstrictus ad Capitulum Generale venire teneatur. Necnon præcipimus rationem dati, et accepti reddere tam Visitatoribus, quam Capitulo Generali, nominibus Clavigerorum firmatam. Quod si personaliter ad Capitulum venire non possit eandem rationem dati, et accepti ad idem Capitulum debet mittere.

Secundo statuit, q^d in nostro Romano Hospitio, semper sint Claviger, et Procurator Domus per Vota secreta Canonicè electi. Et quantum ad ornamentale, officium divinum, et Horarum Cantum, Cæteraque alia in Communi exercendos ad litteram observetur in prædicto Hospitio quod in et de Collegiis in hoc præsenti Capitulo generali decretum est.

Secundo statuit; Si Pater N. V. Generalis tempore Celebrationis Capituli Generalis, infirmitate, vel aliquo impedimento legitimo adstringatur, ita q^d personaliter prædicto Capitulo præsidere non possit, jus, et potestatem liberam habeat adnominandum pro eiusdem Capituli Generalis Præsidem; qui eandem Vocem, et sedem habeat in omnibus eiusdem Capituli Generalis operationibus, ac si idem Pater N. V. Generalis personaliter ibi adesset; ad eummodum quo decrevit de Capitulo Provinciali in antiqua Const. Cap. 3. dist. 2. q^d si Ex tali infirmitate, qua Pater N. V. Generalis impeditus fuit Capitulo assistere Contingat mori; tunc talis Præses ab ipso nominatus in suo munere perseveret, tam in Sede, quam in Voce, usque dum dissolvatur Capitulum Generale.

Si autem dictus Præses Capituli Generalis, vel morte, vel infirmitate, vel alio accidenti prædicto Capitulo, ad Cuius præsidentiam fuit nominatus impediatur assistere; tunc, si facilis sit recursus ad Patrem N. V. Generalem ab antiquiori Capitulari moneatur, ut de alio Præside sua libera potestate provideat. Sin vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin prædictum Capitulum Generale aliquam temporis moram patiatur; statuimus, q^d tota Vocalium Collectio, Canonicè eligat per Vota secreta alium Præsidem eiusdem Capituli Generalis Cum eadem Sede, ac Voce, quam primus Præses debebat habere. Ad Congregationem autem in qua prædicta Præsidis electio Celebratur, antiquiorem in dignitate, et Sede pro dicta Congregatione Præsidem instituimus.

4° Statuit q^d In omni electione Cuiuslibet Vocalis, sive ad Generale, sive ad Provinciale Capitulum pertineat (in qua Pater V. Generalis tenet suffragari Ex vi Constitutionis, dum in Provincia, ubi fit electio reperitur præsens) Si idem Pater V. Generalis à Provincia absit, à Provinciali seu Præside eiusdem Provinciæ moneri debet de electione facienda: qui admonitus teneatur mittere, Creare seu nominare Præsidem dictæ electionis, qui eadem Voce, Sede, et propositione intra Diffinitorium debet habere, ac si Pater N. V. Generalis personaliter assisteret. Hæc autem nominatio

in Decima alterius qui sit extra Diffinitorium necessario debet fieri.

Secundo statuit quod nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi absque dicti sine expresso vel Capituli Generalis, vel Patris N. V. Generalis, et illius Consultivo dupplicis Conventu admissione Diffinitorii. Qui autem contra hoc decretum Bullas aliquas, aut fecerit impetrare (etiam si sit Provincialis) ipso facto maneat excommunicatus, privatusque officio, sede, et voce tam activa, quam passiva in perpetuum.

Secundo statuit, quod PP. qui Provinciales absoluti, vel Vicarii Provinciales per biennium fuerint locum, et sedem post Diffinitores actuales, et Commendatores hospites immediate habeant, servata inter eos officii prioritate, et non professionis antellatione, eosque excipimus ab omnibus officiis, quae in communi tabula assignantur aliis, ut officia humiliora supplicandi, et verrendi.

~~Quinto Statuit et declarat~~ ...

~~Sexto~~ Et secundo statuitur, quod Redemptores actuales, et Procuratores Generales Provinciarum sedem habeant immediate post Vicarium Conventus, servato inter eos ordine antiquitatis in Professione.

Primo statuit, quod Diffinitores actuales exempti sint a jurisdictione ordinaria Commendatorum, ita quod solum Patri N. V. Generali, et Provinciali sint in omnibus subjecti. In absentia autem ~~in~~ officiique superioris, licentiam, et benedictionem debent petere a Commendatoribus, seu Praesidibus in Capite, tam ad egrediendum e domo, quam ad cetera omnia, quae regulariter se se offerunt. Eademque exemptio, et immunitas in omnibus, et singulis extendatur ad PP. qui functi fuerint officio Vicarii Generalis. *

| * Etiam statuit, et declarat incompatibile esse in eadem ~~et~~ Persona officium Commendatoris aut Procuratoris Generalis cum officio Diffinitoris. Ubi autem ~~evenit~~ ad praesens duo ex relatis officiis in uno subjecto concurrunt, unum ex duobus necessario debeat vacare, et omni renuntiatione aliorum a Provinciae Diffinitorio in altera Persona provideri.

Primo statuit, et declarat quod in omni electione extra Capitulum facienda suffragium Provincialis necessario debeat concurrere, et si Pater V. Generalis, vel eius Praeses in praedicta electione suffragetur. Observanda tamen est nova Constitutio ad calcem in qua decernitur quod in electione Vacantis Diffinitoris, quae semper debet fieri cum assistentia P. N. V. Generalis, vel eius Praesidis, Provincialis, et tres tantum Diffinitores debent cum ipso concurrere. +

Statuta Spetialia ad Provinciam Italiae tantum pertinentia

Primo statuit. Pro PP. electoribus Provinciae Siculae, qui ~~abs...~~ in Capitulo generali suffragati sunt, vel fuerint praeter ea suffragia, quae in morte ex Constitutione ipsi debent applicari, quilibet Conventus praedictae Provinciae teneatur duas Missas privatas pro ipsis offerre.

Constitutio. Lectores actuales, et praeteriti alii que Religiosi Siculi litterati possint in publicis Conclusionibus argumentari.

Tertio statuit. Quod P. N. V. Generalis possit libere secretarium assumere ex Provincia Sicula, non obstante resolutione Constitutionis novae ad calcem. Nec non liberum sit Capitulo Generali suffragari, ut ex eadem Provincia dominus Capitularis designet.

Tertio Statuit: q. Priores Gen.les Prov. Siculae possint pro suo libito Concionatores mittere toto tempore quadragesime ad predicandum ministerium (dummodo nunquam sine socio mittant) etiam si in loco ubi sit Concionaturi Conventus Ordinis nostri non sit. =

Secundo Statuitur, quod Prov.a Sicula, (ut equalitas servetur in omnibus) debeat in officijs, et honoribus equalis esse cum ceteris: et quod ex ea possit assumi Procurator Generalis Romane Curie alternativa servata cum alijs ~~cum alijs~~ Provincijs Hispanie.

Secundo Statuitur, q. Conventus Malleani, et Episcopij in Sabinis Recollectioni nostre noviter in Italia aggregati, Patri Prov.li Sicilie tradantur regendi, sicut et ceteri Conventus eiusdem Prov.e. =

Primo Statuit, quod in Prov.a Sicula Capitula intermedia, sicut antiquitus Celebrentur, obtenta prius Bulla à SS.mo D. N. Papa; ad cuius impetrationem Capitulum Generale de Communi omnium consensu facultatem concessit ad preces, et litteras, que à toto Diffinitorio Gen.lis Provincie misse et presentate fuerunt in hoc presenti Capitulo Generali. =

Statutum est à toto Capitulo Generali, q. P. N. V. Generalis teneatur Creare, et nominare Commissarium Generalem in Prov.a Sicula, qui quidem eandem authoritatem, sedem, et vocem habeat, tam in Capitulis Provincialibus, Visitationibus, et appellationibus, quam extra Visitationem, et Capitula. Ita quod durante tali Commissione semper eandem authoritatem habeat sedem, et vocem, quam P.r N. V. Generalis si esset presens haberet: juxta formam que in ~~[illegible]~~ Commissionis titulo dicto Commissario porrigitur. Officium autem, et jurisdictio dicti Commissarij Generalis nullatenus expiret, et si officium P. N. G. a quo processit, expiraverit, sed suam potestatem, et sedem retineat, donec alius Commissarius ipsi succedat. = Si autem dictus Commiss.o in suo exercitio obierit; et dum alius non succedit aliquod offic. electivum fratrum dicte Prov.e vacaverit; tunc P. Prov.lis cum Diffinit.o ad elect.m procedat, qua novus Commiss.s expectetur

Acta pro Uniformi Collegiorum Regimine

Primo Statuit. Quod in omnibus nostri Ordinis Collegijs ~~vespere~~ Hec festa, Hore Canonice, et Misse cum Cantu fiant. Vespere omnium festivitatum prime classis que servantur à Populo necnon Conceptionis purissime S. Patris N. Petri Nolasci, et Apparitionis sancti Michaelis Archangeli. = Item ~~Hore~~ Matutinum Nativitatis D.ni, Resurrectionis, Pentecostes et ferie quinte Cene D.ni. In festis autem Secunde Classis, que a Populo servantur, nec non S. Raymundi Nonnati, et Petri Paschasij, Visitationis, et Presentationis B. Marie Te Deum laudamus tantum canatur = Missa Solemnis Conventualis in omnibus festivitatibus dictis inviolabiliter est Canenda; nec non in Dominica I. Adventus, in feria 4 Cinerum in omnibus Quadragesime dominicis in Commemoratione Defunctorum, et in Anniversario Fratrum nostrorum; in festo omnium SS. Ordinis nostri; et tandem omnibus anni Sabbatis Missa Solemnis B. V. Marie. = Prima autem in Vigilia Nativitatis D.ni; Tertia in die Pentecostes, et Nona in festo Ascensionis D.ni cum Cantu fiant.

Primo Item Statuit, q. omnes Lectores actuales teneantur assistere omnibus Vesperis, Matutinis, et Missis festivitatum Prime Classis: nec non ad Missas SS.me V. in Sabbato, et ad omnia suffragia que pro Fratribus decedentibus cum Cantu persolvuntur; atque etiam ad omnia Constitutionis anniversaria, Omniumque Fidelium Defunctorum Commemorationem. =

Primo Statuit: q^d in quolibet Theologorum Collegio, in quo semper debent ~~[illegible]~~ nominari à Superiori tres lectores, unus ex eis specialiter designetur, ut lectione Sacrae Scripturae modo expositivo suos discipulos doceat. Caeteri autem Lectores, tam Artium, quam Theologiae scholasticae Doctrinam à D. Thoma traditam indispensabiliter doceant, sub eis opinionibus quae communiter docentur in schola thomistica, et non in alia: sub poena privationis irremissibilis à Lectura. Conclusiones autem, quae in qualibet Hebdomada secundum leges ordinis sustentantur, ab hora septima, usque ad nonam post horas Matutinas disputentur.

Primo Statuitur, quod extra Adventum, et Quadragesimam Ecclesiae concedatur scholasticis in qualibet Hebdomada una vacationis dies in qua ~~egrediantur~~ recreationis gratia ~~[illegible]~~ egrediantur in Agrum si tempus faveat; quod si intemperatum fuerit tempus eadem recreatio absque assistentia ad orationem mentalem intra Collegia eis permittatur. Rectoribus autem facultatem concedimus, ut pro suo libito rationali aliquando possint dispensare, ut pluries, quam semel in Hebdomada possint egredi ad rusticandum.


Primo Statuitur: q^d Scholasticus Conclusiones sustentaturus per tres antecedentes dies sit ab obligatione assistendi in choro exemptus, praeter quam ab oratione mentali; à qua solum excipimus horam matutinam diei immediate post praedictum exercitium. Lectori autem Praesidenti, et scholastico sustentanti portiuncula aliqua ultra communem ~~semper ministranda~~ attento praesenti labore tunc ministranda sit.

Indictio Decretorum, quae in praesentibus statutis non apponuntur.

Omnia alia, quae vim Constitutionis jam habent, quia à pluribus Capitulis Generalibus jam stabilita, et confirmata sunt ab anno 1651. millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, in quo ultima nostrarum Constitutionum editio prodijt, hoc adhaerens Capitulum generale, in ~~[illegible]~~ hoc brevi Volumine decreta, ut non iterari quia ea omnia quae primum suppetat tempus nova editione, Deo favente, prodibunt; et in calce ~~[illegible]~~ novarum Constitutionum proprijs Capitulis inserentur.

Constitutiones ergo nostrarum Monialium ex decreto hujus Capituli Generalis commissae sunt PP. Provincialibus, et duobus primis Diffinitoribus Provinciarum Baeticae, et Castellanae; ut maturae considerationi remissae, additae, vel diminutae, seu reformatae remittantur P. N. V. Generali qui post earum maturam approbationem Procuratori Generali Romanae Curiae remittat, ut SS^mus D. N. Papa suo Apostolico Scripto eas dignetur perpetuo robore confirmare.

Tandem ex decisivis votis praesentis Capituli Generalis canonica elect.^e fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis in Vigilia Pentecostes Anni venturi Millesimi, sexcentesimi, nonagesimi Coenobium S.^tae Ceciliae Oppidi de Ribas Toletanae Dioecesis in Provincia Castellana; annuente votis Excellentissimo D. Duce Metymnae Sidoniae ad quem designatio Domus Capitularis spectat ex jure Patronatus Generalis totius nostrae Recollectionis



Comitia hæc Generalia, Omnia quæ suprascripta, acta, et decreta, Supremo auxiliante numine fine feliciter attigerunt, in honorem in lucis de Dei O. M. B. V. Mariæ de Mercede ab omni labe Originalis Culpæ in primo instanti suæ animationis immunis, Sancti Protoparentis N. P. Petri Nolasco, Omnium que Celestis Curiæ Sanctorum Anno à Virgine partu millesimo sexentesimo Octogesimo quarto, Ab Apparitione B. V. et fundatione nostri Ordinis quadringentesimo sexagesimo sexto, et nostræ Recolectionis Oriente anno octogesimo primo =.

Ego infrascriptus Secretarius Generalis, et Capituli Generalis; fidem facio quod additiones Marginales sequentes à toto Generali Capitulo emanaverunt. = Valeat additio Marginalis fol. 146 Circumcitionis = Valeat et fol. 147 nullus Superiorum sub Præcepto formali et obedientiæ abscondat &c. = Item Valeat fol. 148 quod in nostra Constit. Cap. 3. dist. 2 dicitur: Vim Constitut. habere &c. Valeat et fol. eodem Sententia à Diffinitorio lata &c. Valeat et fol. 149 quovis modo &c. Valeat in eodem fol. Neque. Valeat et fol. 151. In quolibet Conventu Semper sint Conciliarij &c. Item Valeat fol. 152. Primo Statuitur, quod in nostra Constit. Cap. 8 de Suffrag. mortuorum. Missa &c. Item Valeat eodem fol. Mariæ. Valeat et fol. 153 in toto sequenti triennio. Valeat et fol. 154. Primo Statuit, et declarat incompatibile esse in eadem Persona officium Commendatoris &c.

Fr. Isidorus à S[to] Ioanne Vic[us] Gen[lis]

Fr. Petrus de S[to] Ludovico Provinc.

Fr. Franciscus a S[to] Ambrosio Pro[lis] Bætica

Fr. Franciscus A S[to] Marco Provincialis Castellæ

Fr. Ioannes à S[to] Nepomuceno Diff[or] G[lis]

Fr. Augustinus Ber[?] Diffinitor Generalis

Fr. Fran[cus] a S[to] Thaddeo Diff[or] G[lis]

Fr. Didacus à Sanctis Diff[or] G[ralis]

Fr. Gaspar de S[ta] M[ria] Magdalena Diff[or] G[lis]

Fr. Alonso de S. Miguel Diff[or] General

Fr. Ioannes a Divo Dionysio Diff[or] Gratis =

Fr. Sebastianus a SS[ma] Trinitate Diff[or] Gral

Fr. Felix del SS[mo] Sacramento Diff[or] G[lis]

Fr. Vitus a S[ta] Agatha Dif[or] Generalis

De mandato P. N. V[ici] Generalis, et Capituli

Fr. Iosephus à S[to] Marcellino Secret[us] Gen[lis], et Capitularis



In nomine Santissime Trinitatis Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, et sub protectione Beatissime Virginis Marie de Mercede Domine, ac Patrone nostre, Santissimique Protoparentis nostri Petri Nolasci, Sancti Joseph Deiparae sponsi, Omnium que Sanctorum

Denominatio Vicarij Generalis totius nostri Ordinis Discalceatorum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis captivorum facta in persona O. P. N. Fr. Gabrielis a Santissimo Sacramento. Provinciae Sancti Joseph filium per Illustrissimum, et Reverendissimum Dominum Sanctae Sedis Apostolicae Nuntium in Regnis Hispaniarum ex speciali commissione, et autoritate Santissimi Domini nostri Alexandri Papae Octavi, die Vigessima Decembris, anni Domini millessimi Sexcentessimi nonagessimi: et per eumdem Illustrissimum Dominum solemniter publicata eadem die Vigesima eiusdem mensis, et anni in Conventu Sanctae Barbarae Matritensi capitulariter congregato unacum Diffinitorio eiusdem Provinciae Sancti Josephi, per suas Apostolicas litteras tenoris sequentis videlicet

Joseph Extensis Mustius Dei, et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Nazianzenus, Santissimi in Xpto Patris, et D. N. D. N. Alexandri

Divina providentia Papæ Octavi, eiusdemque Sanctæ Sedis in his Hispaniarum Regnis cum facultate Legati à latere Nuntius, ac iurium ad recipienda Cameræ Apostolicæ Collector Generalis, et ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa ad infra scripta specialiter delegatus = Munus Apostolicum, quod in his Regnis suscepimus exercendum præcipuè nos admonet, et requirit, ut illis, quæ ab ipsa Sede Apostolica nobis specialiter iniunguntur, ea, qua par est, matura circumspectione, et deliberatione, iugiter exequendis sedulò studeamus. Cum itaque adveniente tempore electionis Vicarij Generalis fratrum Excalceatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, perpensis Sanctissimus Dominus noster benignè perpenderit tum incommoda, et inconvenientia, tum alias causas, et difficultates, quæ ex celebratione capituli, aut Romæ, aut in his Regnis, pro dicta electione facienda, oriri possent; et proinde placuerit Sanctitati Suæ per litteras Eminentissimi Domini Cardinalis Otthoboni nobis committere et mandare, ut pro hac vice tantum in Vicarium Generalem, et in Procuratorem Generalem illius Ordinis eligeremus duos ex tribus infrascriptis scilicet, P. Fr. Stephano à Sanctissima Trinitate alias Secretario Generali, et P. Fr. Gabriele à Sanctissimo Sacramento Exprovinciali, ac P. Fr. Francisco de Jesu Maria oriundo ex Oppido de Valdemoro Provinciæ Castellæ, ut in dictis litteris plenius continetur, tenoris sequentis, videlicet = Illustrissimo et Reverendissimo Signore. Per le raggioni, e motivi altre volte dedotti nella Sacra Congregatione de Vescovi, et Regolari intorno la celebratione del Capitolo Generale de Mercenarij Scalzi, stimando la Santità di Nostro Signore conveniente di sospendere per questa volta la predetta celebratione mi hà sua Beatitudine imposto di incaricare a V. S. Illustrissima che ne faccia a i medesimi (che ne faccia ai medesimi) per ordine della Santità sua un' espressa prohibitione sotto pena, non solo della nullità di tutti gl'atti che faranno in caso di contravenzione, ma della privatione della voce attiva e passiva e dell'inhabilità agli offitij di quei vocali, quei vocali che ardiranno d'intervenirvi: ad oggetto poi, che la Religione non resti priva del governo de' suoi Superiori Generali, sua Beatitudine concede à V. S. Illustrissima con la presente una special facoltà di poter in nome è col oracolo della Santità Sua destinar per questa volta in Vicario Generale et in Procurator Generale due dei tre soggetti infrascritti che secondo la sua coscienza stimerà li più meritevoli, li più grati alla Religione et più capaci di sostenere

tal

tal causa, Cioè il P. F. Stefano della SS.ma Trinità, che fù Seg.rio Gnale, il P. F. Gabriele del SS.mo Sacram.to ch'è stato Proule et il P. F. Gio. Fran.co di Giesù Maria nativo di Valdemoro della Provincia di Castiglia, et li faccia godere ai med.mi tutte quelle prerogative, privilegi, esenzioni, e tutti che gli competebbero, se fossero stati eletti capitolarm.te e per voti segreti nel capitolo Gnale, derogando sua B.ne con la pienezza della sua potestà in q.to caso solam.te à tutte e singole constituzioni così Ap.liche che dell'ordine Le quali potessero ostare in contrario le quali s'intendono qui per espresse, tanto potrà eseguire, e bacio à V.S. Ill.ma le mani. Roma 15. Ottobre 1690. Di V.S. Ill.ma Serv.re Il Card.le Otthobono

Hinc est quod nos Beatitudini suae nutibus inhaerentes, et speciali facultate ad id nobis concessa utentes, omnibus et singulis dicti ordinis Superioribus, ac Fratribus in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis maioris latae Sententiae incurrend., necnon privationis utriusque vocis, ac officiorum, et inhabilitatis ad illa, aliisque in casu contraventionis eiusdem S.D.N., et nostro arbitrio poenis, expressè prohibemus, ne capitulum pro huiusmodi electione Vicarii Generalis hac vice ullo modo convocare, aut ad illud concurrere, vel ei interesse audeant vel praesumant, seu eorum aliquis audeat vel praesumat. Et utentium cupientes, ut religionis decus et venustas necdum servetur, sed et augeatur ac illius status salubriter dirigatur, et charitatis fervor invalescat, habita desuper diligenti informatione et matura deliberatione praevia, electionem procuratoris Generalis dicti Ordinis ad aliud tempus magis opportunum, et nobis bene visum differentes; pro nunc dilectum nobis in Christo P. F. Gabrielem a SS.mo Sacram.to Exprovincialem, doctrinae scientia, prudentia, idoneitate, fide, integritate, et experientia, aliisque virtutum meritis abundè informati sumus, horum intuitu insigniri met Ordinis Vicarium Generalem praeficere volentes, ipsumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, Eundem Fratrem Gabrielem à Sanctissimo Sacramento in huiusmodi Vicarium Generalem dicti Ordinis cum omnibus, et singulis honoribus, et oneribus, privilegiis, praeeminentiis, praerogativis, exemptionibus, facultatibus, auctoritate, gratiis, et indultis, quibus alii Vicarii Generales dicti Ordinis capitulariter, et per vota secreta in capitulo Generali electi, de iure usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri et gaudere possunt, et consueverunt, ac cum specificis

Cum Facultate condendi leges cum Definitoriis Generali ad bonum gubernium Religionis iuxta solitum, et consuetum eiusdem religionis stylum eadem autoritate Apostolica nobis specialiter concesa, tenore presentium ad Sexennium, nempe à proxima festivitate Nativitatis Dni nostri Jesuchristi usque ad eamdem festivitatem anni millessimo sexcentessimi nonagessimo sexti tantum, eligimus, creamus, constituimus, et deputamus. Mandantes universis, et singulis dicti Ordinis superioribus, et Religiosis in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub Excommunicationis maioris latae Sententiae incurren. ipso facto, ac privationis utriusque vocis, et officiorum, ac inhabilitatis ad illa, aliisque Santissimi D. N. Papae et nostro arbitrio penis, ut dictum Fratrem Gabrielem a SSmo. Sacram.to in talem Vicarium Generalem recipiant, habeant, et recognoscant, eique reverentiam, et obedientiam debitas prestent, omniaque, quae pro felici regimine, et gubernio dicti Ordinis, et illius singularum personarum eis iniungenda duxerit, prompte et reverenter exequi studeant. Non obstantibus constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis in Generalibus, vel Provincialibus capitulis editis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et Actis, quibus quo ad hoc hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Matriti Toletanae Dioecesis anno Dni M. D. C. X. C. Decimo tertio Chalendas Januarij. Pontificatus autem predicti Santissimi D. N. Papae anno Secundo= Joseph. Archiepiscopus Nazianicenus. Nuntius Apostolicus = A tergo Registrat. lib.o 4.o fol. 407. anni 1690.= Loco ✠ Sigilli pendentis =

=Committeret= test= Mandaret= test= actest.= che faccia ai medemi xegelitum= quei Vocali= xegelitum= sua= interlin.= poter= test= che= interlin= Ordinis= test= =et= interlin= exemptionibus= test= Indultis= test= p= test= Nativitatis= in Margin= Incurrens ipso facto.= dic= ipso facto incurrens = Valeant l'bique =

Ego infra scriptus Secretarius specialiter nominatus à V. P. N. Vicario Generali Apostolico, fidem facio, supra relatum in duobus folijs immediate antecedentibus transumptum litterarum Illustrissimi et R.mi Domini Sedis Apostolicae Nuncij in his Hispaniarum Regnis, facta per me diligenti Collatione, suo Originali, scripto in charta pecora seu pergameno, mihi ab eodem V. P. N. Vicario Generali Apostolico ad huiusmodi Collationem faciendam exhibito, concordare, ad quod me remito. Quas quidem Apostolicae litteras originales apud eundem V. P. N. Vic. Generalem remanent. Unc ... Dei testimonium propria manu subscripsi in hoc conventu Sanctae Barbarae Malacitensi die trigessima prima Mensis Decembris Anni Domini millessimi sexcentessimi nonagessimi=

Fr. Franciscus à Jesu Maria Secret.s

In Dei nomine. Amen. En la villa de Madrid Corte de la Mag.d Catholica, a Veinte dias del mes de Diziembre de Mil seiscientos y noventa Años El Ill.mo y R.mo S.or Don Joseph Estense Motti Arcobispo de Nazianzo Nuncio y Colector general Apostolico en estos Reynos de España por Nro muy Santo Padre y Señor Alexandro por la Divina providencia Papa Octavo; estando en el Conuento intitulado de Santa Barbara q es de la Orden de Mercenarios Descalzos desta Villa a la hora entre quatro y cinco de la tarde del dicho dia, y dentro de la Sala Capitular del mismo Conuento; hizo llamar y combocar a ella a el P.e fr. Isidro de S. Juan Vicario General Actual, y a los Padres Diffinidores, y a los demas conventuales y residentes en el dicho conviento, y estando asi Juntos, y congregados en forma de Capitulo como lo tienen de uso y costumbre, y presidiendole Su Señoria Ill.ma y en presencia y con asistencia de mi el presente Notario Secretario de su Audiencia y Tribunal, les participo y dio noticia del orden y facultad q tenia de su Santidad por su especial mandato del dia quince de otubre deste presente año, para elegir, nombrar y diputar dicho Vicario General en uno de los tres Religiosos nominados para ello por su Santidad, y de como en Virtud de la dicha facultad y autoridad Apostolica, nombraba y diputaba para el Puesto y exercicio de tal Vicario General a el Padre fr. Gabriel del SS.mo Sacramento, Provincial q avia sido de la Provincia de Castilla de la dha Orden, sugeto benemerito y en quien concurrian las calidades y requisitos para ello necessarios = Y oyda y entendida la dicha proposicion, y eleccion por los dichos Padres, nemine discrepante asintieron a la dha proposicion, y eleccion sin repugnancia ni contradiccion alguna de ninguno de los dichos Religiosos; con lo qual su Señoria Ill.ma tuvo por nombrado y electo en Vicario General a el dho Padre fr. Gabriel del Santisimo Sacramento; el qual que estaba presente en el dicho Capitulo, se levanto de su asiento, y se inclino de rodillas delante de su Señoria Ill.ma besandole la mano, y acceptando el dicho officio y cargo de tal Vicario General, y prometio y Juro de usarle y exercerle como era obligado, y observar y cumplir y executar las Constituciones y obligaciones que le pertenescan por el dicho officio. Y immediatamente toda la Comunidad y Capitulo dio gracias de la dicha eleccion, y por su Orden y antiguedad prestaron la obediencia a el dicho Padre fr. Gabriel del Santissimo Sacramento como a tal Vicario General, y hechas las demas ceremonias, y actos que en tales casos se acostumbran, su Señoria Ill.ma se levanto de su asiento, y salio de la dicha Sala Capitular acompañado assi del dicho Padre Vicario General electo, como de todos los demas

congregados a la dicha sala Capitular. Y para que dello conste don-
de convenga y de mandato del dho Ill.mo Señor Nuncio de su San-
tidad doy el presente en la Villa de Madrid el dicho dia Ve-
inte de Diciembre de mil seiscientos y noventa años, y en fee
dello lo signé y firmé = En testimonio de verdad = Balthasar
fernandez Montero. = Concuerda este traslado con el testimonio
original q se entregó al Ill.mo y R.mo Señor Nuncio, y en esta se-
cretaria copia del, a que me remito. Y en fee dello yo Don Tho-
mas Camerino Notario publico Apostolico Official mayor
y Archivista de la Audiencia y Tribunal de la Nunciatura
de su Santidad en estos Reynos de España lo signé y firmé en
Madrid a Veinte y tres de Diciembre de mil seiscientos y no-
venta años. = En testimonio de verdad = Thomas Camerino

Concuerda este transumpto con el Instrumento autorizado, que queda
en poder de N. V. P. Fr Gabriel del Santissimo Sacramento Vi-
cario General Apostolico, (de cuyo mandato lo copie, como el
breve del antecedente) a que me remito, y para q en todo tiempo
conste, doy fee dello y lo firmé en este Convento de Santa Barbo-
ra de Madrid a primero de Henero de mil seiscientos y no-
venta y un años

Fr. Fran.co de Jesus Maria Secret.o

+

Jesus Maria y Joseph.

In nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris, et Filij et Spiritus Sancti, et sub protectione Beatissimæ Mariæ de Mercede Dominæ ac Patronæ Nostræ, Sanctissimique Protoparentis Nostri Petri Nolasci, Sancti Joseph Deiparæ Sponsi, Omniumque Sanctorum et Sanctarum Dei.

Notorio sea à todos, como en la Villa de Madrid Diocesi de
Toledo, y Provinçia del señor san Joseph dentro del Conuento de
Santa Barbara de Descalzos de nuestra señora de la Merced Redemp.on
de Cautiuos, hallandose N. V. P.e Fr. Gabriel del ss.mo Sacramento
Vicario General Apostolico nombrado, creado, y instituido en
dicho Vicariato General por la Santidad de Alexandro octabo
y puesto en la posesion de dicho officio por el Illustrissimo señor Nunçio
delas Españas, dandole segun el thenor Apostolico letras facultad
Cumplida, para poder hazer Dietta General, para disponer Leyes,
de formar Costumbres segun se acostumbraba en los Capitulos
Generales de dha Descalzes, como latamente se Contienen
en el folio ciento y cinquenta y siette, y ciento y cinquenta y ocho
de este Libro, a quien me refiero. Y queriendo N. dho V. P.
Vic.o General Apostolico en cumplimiento de su officio zelebrar
dha Dietta General conforme alas Letras Apostolicas y de su
nominacion, Despacho Convocatoria en forma alas Provinçias de
su obediençia, convocandolas, para la Vigilia Vigilia de Pentecostes
de este presente Año de Nouenta y vno, por sus Letras Dattas en santa
Barbara de Madrid en diez y siette dias del mes de Mayo de
dho Año de mill, y seisçientos y Nouenta y vno, declarando por
Legitima cassa Capitular para dha Dietta General, al dho Conu.to
de santa Barbara de la dha Villa de Madrid, para que dicha
Dietta y Capitulo se continuase donde su Santidad auia Comenzado
por el Illustrissimo señor Nunçio, poniendole en la posesion de su
officio. E hauiendo sido intimada alas Provinçias, es a sauer
Ala del señor san Joseph, y en ella al V.e P.e Fr. Gaspar de
san Lorenzo Provinçial = A N. P.e Fr. Ysidro de san Juan

V.o

Vicario General pretexito = Al Pe Fr. Juan dela Cruz Diffinidor general = Al Pe Fr. Juan de Sn Agustin Diffinidor Genl = Al Pe Fr. Fran.co de san Agustin Diffinidor Gl = y al Pe Fr. Juan dela Purificazion Diffinidor Gl, todos los quales obedecieron la dha Convocatoria, dandose por Lexitimamente Convocados. Y Assimismo ala Provincia dela Concepcion en Andalucia, yenella al Ve Pe Fr. Juan de San Cypriano Provincial = Al Pe Fr. Antonio de Sn Serapio Diffinidor Genl = Al Pe Fr. Andres de Sn Agustin Diffinidor Genl = Al Pe Fr. Juan de Sn Bernardino Diffinidor General = Al Pe Fr. Pedro de Jhs Diffinidor Gl. Todos los quales se dieron por Convocados Lexitimamte. Y Ultimamente haviendo sido Convocados, para dicha Dietta, El Mo Ro Pe Fr. Jn Antonio dela Asumpcion. Provincial dela Provincia de Sicilia; El Pe Fr. Juan de Sta Rosolea, Y el Pe Fr. Gregorio de Sta Rosolea Diffinidores Generales de dha Provincia, que se hallaban al presente en la Villa de Alicante debuelta para Sicilia los quales respondieron, que pondrian toda diligencia por hallarse en dha casa Capitular la dha Vigilia Vigilia de Pentecostes segun el thenor de dha Convocatoria, para zelebrar dha Dietta. Y que en caso, que no Viniesen, passarian, y passaban, por lo que Decretasen, los Vocales, que se hallasen congregados en dha Dietta y Cassa Capitular, como consta de su carta Data en Alicante a Veinte y nuebe de enero de mill y seisientos y noventa y un firmada de todos los dichos, la qual Va insesta. Haviendose pues Juntado todos los supra escriptos, menos los de Sicilia, que no han Comparezido, en dicha Cassa Capitular la dicha Vigilia Vigilia de Pentecostes, entraron sus Reverencias en la Sala Capitular despues de tocado a Capitulo, es asaver El dho Ve Pe Fray Gabriel del Santissimo Sacramento Vico General Apostolico, El Pe Fr. Gaspar de san Lorenzo Provinzial dela Provincia de Castilla, El Ve Pe Fr. Ysidro de Sn Juan Vicario Gl pretexito, El Pe Fr. Juan dela Cruz, El Pe Fr. Jno de Sn Agustin, El Pe Fr. Francisco de Sn Agustin, El Pe Fr. Juan dela Purificazion Diffinidores Generales por dha Provincia. Y El Pe Fr. Juan de San Cypriano Provincial, por el Andalucia, El Padre Fr. Antto de san Serapio, El Pe Fr. Andres de san Agustin, El Pe Fr. Juan de san Bernardino, El Pe Fr. Pedro de Jesus Diffinidores Generales, de dha Provincia, Sin haverse Convocado,

Procuradores Generales ala Dieta por no hauerse de hazer eleccion ninguna enella, por la protexta que se hizo. Con que todos los Vocales son Doze. Y hauiendose tocado á Capitulo, Martes cinco de Junio de este presente Año de Nouenta y vno tercer dia de Pascua de Pentecostes por la tarde trataron sus Reuerencias dela eleccion de Secretario Ordinario de N. V. P. Vicario General. Conforme á nuestras Sagradas Constituziones, y Breues dela Santidad de Gregorio Decimo quinto, y Vrbano octabo, y salio electo en Secretario Ordinario de N. P. Vic.o General, y Juntamente del Capitulo El R. P. Fr. Juan dela Ascension, el qual hizo Juramento; Y leyo el dicho Secretario electo encumplimiento de lo dispuesto, por la Santidad de Vrbano Octabo Constitucion d̃ s que empieza: Sanctissimus Dominus noster. hize notorio, y ley vn edicto de la Santa Inquissicion que comprehende diversas Constituziones Apostolicas en fauor del d.ho Tribunal, para que constase á todos. Ley asi mismo Yo el d.ho Secretario la tabla de los Religiosos Diffuntos y Religiosas que en las Prouincias an muerto desde el Capitulo General proxime passado asta este d.ho dia, y se hizo por ellos el Sufragio, y Commemoracion, que nuestra Sagrada Constituzion dispone. Y hauiendo asi mismo el d.ho N. P. Vicario General Apostolico encargado a todos los d.hos Vocales el cuidado en rogar á Dios por el estado de nra S.ta Madre Yglesia, por la breue eleccion del Summo Pontifice, por el Rey nuestro señor, y por todas las personas de ambos estados Eclesiastico, y Secular, y echo por todos la deprecacion, que señala nra Sagrada Constitucion. = Luego en cumplimiento delo que dispone nra Constitucion dist. 2, Cap. 2, les hizo vna platica espiritual, en que afectuosamente les exorto, pusieren todo cuidado en la observancia delas Leyes, y en lo que se debia mandar, y reparar en ellas desuerte, que nuestra Sagrada Descalzes se aumentase en la obseruancia, y se caminase con mas feruor ala perfeccion, a que deben aspirar con feruor los Varones Religiosos =

Luego el dia referido Martes cinco de Junio por la tarde despues de hauer Legitimado los Vocales, en la forma acostumbrada se prosiguio ala correccion de nras Sagradas Constituziones dela vltima impression con el original, que se guarda en este dicho Conuento escrito de mano, y authorizado, porque segun parecio estaba la impresion muy Viciada de erratas, en que se gasto toda esta Session. =

Despues Miercoles por la mañana Seis de d.ho mes hauiendose tocado á cap.o y Juntadose los Votales en la Sala Capitular, propuso nro P. Vicario Gen.l

que por quanto las constituciones añadidas al Calcem dela vltima Impresion de dhas nras Constituciones estaban trabucadas, y en algunas partes defectuosas; sería preciso, el Corregirlas, y a Justarlas, por las adiciones originales recono ciendolas, por este Libro de la Religion. Y auiendo todos Venido en ello se empezo la dha correccion, sin poderse acauar en aquella session dicha Ocupacion.

El dia dicho por la tarde hauiendose tocado á Cap.º se Juntaron sus Reuerencias en la Sala Capitular, prosiguiendo en el aJuste de dhas cons tituciones ad Calcem, y no pudiendose Concluir, la dha correccion se disolui o esta Session. =

Juebes Siete del dho mes, hauiendo sus Reu.s entrado en la sala Capitular por la mañana se prosiguio, y Concluyo el concierto, y aJuste de las adiciones impresas en la vltima impresion de nras Sagradas Constituciones Con las originales, y no hubo Junta dho Juebes por la tarde, por ser dia de Campo. =

Biernes ocho del dho mes, por la mañana, hauiendose tocado á Cap.º y Juntos todos los Capitulares en dha Sala, se comenzo el examen delas vltimas Actas del Cap.º General en que fue electo en V.º Gen.l N. P. Fr. Pedro de S.n Juan, para ver, y Considerar, quales se debian Confirmar, explicar, quitar, ó, Añadir, para el Gouierno de nuestra Sagrada Descalzes, y repare dela obseruancia de nra Sagrada Religion. Y en esto se gasto aquella session, prosiguiendose ala tarde de dho Biernes. En otra Session en la qual se concluyo el dicho examen de las Actas añadiendo, ó quitando lo que les parecio Conforme á Dios, y asus conciencias, para el acertado Gouierno de nra Sagrada Descalzes, omitiendo, con vnanime Consentimiento de todos los Vocales el examen, y aprouacion, ó reprobacion, ó adiciones delas Actas que pertenecen ala Prouincia de Sicilia, por que no asistiendo Ningun Vocal de dha Prouincia, ni quien pudiese informarles dela Vtilidad ó inutilidad de dhas Actas en aquella Prouincia, no era posible alterar los Loables sta tutos, que para ella se hauian dispuesto. Portanto se determino que dichas Actas Concernientes ala dha Prouincia quedasen en la fuerza y Vigor en q se estaban, sin que se entienda, que por esta Junta general se aprobaron, ó reprobaron. de tal suerte, que en la primera Junta Gen.l que se siguiere, no puedan passarse de primera Vez á tercera, sino asegunda, por que esta presente Junta, no les quede dar Valor, de Segunda, para que tengan assenso á el 3.º Statutum. Supuesto, que en esta Junta, q. ni se les da Valor, ni se les quita, antes, para dho effecto, sea de Juzgar esta presente Junta como sino se hubiese echo. Vltimamente en dha Session se señalo por Voto decisiuo en dha Junta por casa Capitular, para Zelebrar el Cap.º Gen.l futuro Vigilia de Pentecostes del Año de mill Seiscientos y nouenta Siette, ó la proxima festiuidad ala Pasqua del Nacimiento de nro Redemptor Jesuchristo del año de mill Seiscientos y nouenta y seis Conforme alas Letras Apostolicas dela Nominacion é institucion en

O.s

Vicario Gen.l Apostolico de N. V. P. Fr. Gabriel del Santissimo Sacram.to al Convento de Corpus Christi dela Villa de el Viso Diocesi de Sevilla en la Provincia dela Purissima Concepcion de nra. s.a en la Andalucia teniendolo por bien el Ex.mo S.r Duque de Medina Sydonia, aquien como a Patron General toca el Señalar la Cassa capitular, y con esto se disolvio esta session.= Y hauiendo preguntado N. V. P. Vicario General Apco. a los Jueces de causas Nombrados para dicha Junta si auian tenido noticia de alguna Causa, o causas pertenecientes a su officio en Virtud de su Nominacion, y hauiendo respondido que no Mando su R.ma que se empezase la discusion de las Actas del Capitulo General proxime pasado para Confirmar, Añadir, o, quitar Conforme pareciere conuenir lo qual se hizo en la forma siguiente.

Statuta, et declarationes cum interpretationibus aliquarum Constitutionum, Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum in Congregatione, seu Dieta generali Celebrata in Cœnobio Sanctæ Barbaræ Matritensi Toletanæ Diœcesis Die quinta Mensis Junij anni Domini Millesimi Sexcentessimi Nonnagessimi primi.


Preside V. P. N. Fr. Gabriele a Santissimo Sacramento Vicario generali Appostolico totius prædictæ Recolectionis:.

Statuta, et declarationes Vim constitutionis habentia cum iam per tria Capitula generalia, et tria integra trienia sint approbata.

§.o 1

Circa officium diuinum et suffragia mortuorum

Pro eo, qui in commisione generali Prouinciæ Italiæ fuerit deffunctus, Panormitanum Cœnobium Conceptionis suffragia persoluat Conuentuali.=



Statuta

Statuta, et declarationes vim Constitutionum habentia, cum iam per tria Capitula generalia, et tria integra Sexenia sint approbata et ad secundam distinctionem pertinant.

§. 1.

De electoribus, et electionibus.

Ad observantiam Bullarum Sanctissimi Domini Nostri Urbani octavi, et Alexandri Septimi, quibus ad duo tantum triennia, permittitur aliquem eligi in officijs Commendatoris, aut Procuratoris Generalis Provinciæ, facta est à toto Capitulo uniformis declaratio, quod, qui quatuor annos continuos, in duobus triennijs, vel unum annum completum in uno triennio, et totum immediate sequens triennium prædicta exercuit officia, in sequenti Capitulo non possit reeligi ad aliquod ex relatis officijs, neque ad officium Diffinitoris, nec Procuratoris generalis Romanæ Curiæ. Qui autem infra annum ante Capitulum fuit electus, licet in tali Capitulo suffragium ferat, potest reeligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia; quia illam parvam temporis quantitatem, pro nihilo ad triennij computum reputamus.

De inceps sint inhabiles ad officia Vicarij generalis, Provincialis aut Vicarij, vel Præsidis Provincialis, et Diffinitoris, qui cursus Sacræ Theologiæ, vel Sacrorum Canonum integre, non persolverint.

Procurator generalis Romanæ Curiæ, impedimento legitimo non adstrictus ad Capitulum generale, venire teneatur. Nec non præcipimus rationem dati et accepti reddere tam Visitatoribus, quam Capitulo generali, nominibus Clavigerorum firmatam. Quod si personaliter ad Capitulum venire non possit, eamdem rationem dati, et accepti ad idem Capitulum debet mittere.

In electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventualibus per vota secreta, nullus in Sacris ordinibus non constitutus suffragium ferat.

Statuta, quæ vim Constitutionum non sortiuntur, quia per tria Sexenia approbationem, nondum obtinuerunt, et pertinent ad primam distinctionem Constitutionum.

§. 1.

Circa officium Divinum, et suffragia mortuorum.

Primo statuitur, quod festum apparitionis Sancti Michaelis Archangeli celebrari debet sub ritu duplicis maioris, sine octava, et tamen celebretur apparatu primæ classis, quo ad cantum.

Primo statuitur, quod Commemorationes, seu suffragia Sanctorum ordinis, quæ nuper recitabantur in choro, de inceps, non recitentur, neque in officio divino, neque post Completorium, sed solum fiat Commemoratio de Patrono, quando et ubi præcipitur a Romano

oratio



Oratio etiam illa Sacrosanctæ &c.ª nullatenus in communi recitetur, nec alicui pro sua devotione sit liberum introducere, quod Ecclesia, vel Constitutio nostra non præcipit recitare.

Primo Statuitur ad observantiam decreti Sacræ Rituum Congregationis, dato die vigesima Martij anni Domini Millesimi sexcentesimi octuagesimi tertij, quod in nostro ex Calceatorum ordine uti non possit Kalendario Diœcesano, nec recitari de festis Diœcesis: recitetur tamen de principali Patrono in proprio die, sed non de eius octava.

Secundo statuitur. Quod in nostra Constitutione Cap. 8. De Suffragijs mortuorum Missa, quæ omnibus ferijs secundis canitur pro defunctis transferri debeat in sequentem feriam tertiam, et non ultra, quando in feria secunda incidit festum, quod celebratur à Populo: similiter transferenda est prædicta Missa feriæ secundæ in feriam tertiam sequentem, et non ultra; quando celebratur festum aliquod primæ et secundæ classis; nec non quodlibet festum duplex maius, sive sit Universalis Ecclesiæ, sive Hispaniæ sive Religionis nostræ, etiam si non servetur à Populo.

Secundo statuitur. Quod in omnibus nostris Recollectionis Conventibus speciale erigatur altare in honorem, et titulum Beatissimæ Mariæ de Mercede. Nec non prima cuiuslibet mensis Dominica fiat processio cum Imagine eiusdem Beatæ Virginis, intra claustra, vel atria nostra. Ut autem beneficium fundationis nostræ Sacræ Religionis à nostra gratitudine nunquam excidat, etiam statutum est; quod in omnibus nostræ obedientiæ domibus tam Fratrum, quam Monialium (etiam in Collegijs) officium matutinum Apparitionis eiusdem Deiparæ die, qua solemniter celebratur, media nocte cum cantu solito iuxta formam nostræ Constitutionis cantetur.

Tertio statuitur. Quod prima die post festum omnium Sanctorum Ordinis nostri fiat anniversarium solemne, cum integro Deffunctorum officio pro omnibus Deffunctis Fratribus. (Et primo statuitur. Quod prædictum anniversarium non debeat fieri post matutinum diei, et Vesperas officij, sed tempore opportuniori ad arbitrium Prælati, ad modum, quo fit in Anniversarijs ordinis; dummodo prædictum officium fiat eodem die, scilicet in die immediato post diem Sanctorum Ordinis.) Omnesque Sacerdotes pro eisdem Deffunctis ea die Missas applicent.

Secundo statuitur. Quod in domibus Novitiorum, Professorum, et Studentium, omnes clerici choro deputati teneantur Suffragia ad quæ ex Constitutione obligantur, in Communitate cum suis Magistri assistentia recitare: nec non, omnia Anniversaria, Psalmosque Pœnitentiales, quæ ex lege nostra debet implere in communi etiam præcipimus, cum prædicta assistentia recitare. Fratres autem Obedientiæ etiam in communi Suffragia ad quæ ex constitutione tenentur, impendant, assistente Vicario Conventus, sive alio Sacerdote à Commendatore designato.



2

Omnibus nostri Ordinis Sacerdotibus, praeter eas Missas, quae eis Cap. 25 dist. 2. conceduntur, et praeter eas Missas, quae per Statuta habentia vim constitutionis, videlicet diebus Sancti Patris Nostri Petri Nolasco, Epiphaniae, Purificationis, Sancti Ioseph, Annuntiationis (diebus, quibus haec duo ultima festa celebrantur) nec non Apparitionis Sancti Michaelis, Corporis Christi, Sancti Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, Descensionis Beatae Mariae de Mercede, Conceptionis, Nativitatis, et Assumptionis eiusdem Deiparae, Sancti Raymundi Nonnati, Sanctae Catharinae Virginis, et Martyris et Sancti Antonij Abbatis. Praeterea ultra conce dimus tertio, ut pro sua etiam celebrent intentione diebus Circumcisionis Domini, Sancti Petri Paschasij Martiris, omnium Sanctorum ordinis nostri, et Sancti Laurentij Martiris. Et secundo conceditur illis similiter pro sua intentione celebrare die Ascensionis Domini.

§. 2.

Circa Disciplinas.

Tertio statuitur, quod festa inventionis Sanctae Crucis, Sanctae Annae et omnium Sanctorum Ordinis nostri, nec non tota Epiphaniae Domini octava inclusive a flagellatione eximantur. Et iterum declaratur, quod festa principalium Patronorum, tam Dioecesis, quam Loci, si festive a Populo servantur a disciplina eximantur. In ea autem Dioecesi, ubi plures fuerint Patroni principales, et festive etiam servantur, eorum festa aequaliter debent eximi a disciplina.

§. 3.

Circa Cellarum clausuram.

Tertio statuitur. Ad obviandas tot, tam crebrasque Legis, et obedientiae fractiones, quas ex facili cellarum ingressu ubique Ordinis nostri experti sumus Oriri: omnium voce, et calculo nemine discrepante, etiam in hoc Capitulo permissum deinceps est, ut quilibet Frater speciali sera, et claue cellam suae habitationis occludat; ut ea, quae permittuntur ad usum maiori securitate serventur, ne ab extraneis, vel domesticis (ut experiri solebat) aliquid inde extrahatur.

Ut autem haec permissio debita reformatione servetur, praecipimus Commendatoribus, ut clauem communem, vulgo Maestram secum habeant, quae omnes subditorum cellae ipsis solis patefiant. Subditis autem, cuiuscumque gradus, siue conditionis sint, praecipimus sub praecepto formali sanctae obedientiae quod nullus speciali claue, seu repagulo, possit uti sub pena etiam grauioris culpae, per quatuor menses irremissibiliter infligenda, nec non priuationis perpetuae cuiuscumque clauis. Excipiuntur tamen ab hac regula communi Patres Redemptores, Procuratores generales, et Conventuales.

§. 4.

Circa Ieiunia.

Tertio, statuitur, quod in festo cuiuslibet Sancti Ordinis nostri, dummodo in aduentu, vel Septuagesima non incidat, non ieiunetur.

§. 5.

S.º 5.º

Circa Epistolas.

Secundo, statuitur. Nullus Superiorum, sub præcepto formali Sanctæ obedientiæ abscondat, retineat, vel aperiat litteras pleno Diffinitorio directas, sed intra octo dierum spatium teneatur tales litteras clausas Diffinitorio præsentare.

Tertio. Statuitur, quod epistolæ, vel missæ à Diffinitoribus ad Moniales, vel è contrario à Monialibus ad Diffinitores, nec Commendator, nec Commendatarios eas possit aperire, legere, aut occultare sub pœna positas in his statutis S.º circa Epistolas.

Restaret Decreta, quæ vim Constitutionis nondum sortiuntur, et ad secundam distintionem pertinent.

Tertio. Statuitur, quod ellectio Diffinitorum in capitulo Provinciali de inceps non fiat per schedulas quatuor nominibus coniuntim in capellam missas: sed pro quolibet Diffinitore seorsim elligendo schedulæ à capitularibus sumantur.

Tertio. Statuitur, quod Nullus possit elligi ad officium Procuratoris generalis per duo continuata triennia: ad eum modum, quod decernitur de officio Diffinitorum. Et similiter declaratum est, et diffinitum à toto Capitulo quod Procurator generalis Romanæ Curiæ, non potest elligi, nisi ad vnum tantumtaxat ~~[illegible]~~ sexennium ~~ministerium~~. Itaquod finito suo officio non possit reelligi, nec dum ad idem ministerium; verum nec in toto sequenti triennio ad aliud officium suffragatiuum pertinens ad Capitulum Provinciale; nisi in Provincialem, vel Vicarium Generalem elligatur.

Primo, Statuitur, quod officium Procuratoris generalis Romanæ Curiæ, illico spiret, vbi sexennium impleuerit etiam si ob infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum ad Capitulum generale non accedat; tunc enim vacante prædicto munere, succedere debet in præsidentia, et regimine nostri Hospitij Frater eiusdem Communitatis antiquior; cui cæteri omnes obediant tamquam legitimo præsidi, qui quidem debet esse alius à Procuratore Vacante; nec in negotijs ordinis se se implicet, donec nouus Procurator succedat.

Tertio. Statuitur, quod in nostro Romano Hospitio semper sint clauigeri, et Procurator domus per vota secreta Canonice electi, et quantum ad orationem mentalem, officium Diuinum, et horarum cantum, cæterosque actus in communi exercendos, ad litteram obseruetur in prædicto Hospitio, quod in S.º de Collegijs in hoc præsenti Capitulo generali decretum est.

Tertio, Statuitur. Si Pater Noster Vicarius generalis tempore celebrationis Capituli generalis, infirmitate, vel aliquo impedimento legitimo adstringatur itaquod personaliter in prædicto Capitulo præsidere non possit

ius, et potestatem liberam habeat ad nominandum per se, eiusdem Capituli generalis presidem: qui eamdem vocem, et sedem habeat in omnibus eiusdem capituli generalis operationibus, ac si idem Pater Vicarius generalis personaliter ibi adesset: ad eum modum, quod decernitur de Capitulo Provinciali in antiqua constitutione Cap. 3. dist. 2. quod si ex tali infirmitate, qua Pater noster Vicarius generalis impeditus fuit Capitulo assistere contingat mori tunc talis preses ab ipso nominatus in suo munere perseveret, tam in sede, quam in voce usque dum dissolvatur Capitulum generale.

Primo. Statuitur, quod si dictus preses Capituli generalis, vel morte, vel infirmitate, vel alio accidenti prefato Capitulo, ad cuius presidentiam fuit nominatus, prepediatur assistere, tunc si facilis sit recursus ad Patrem nostrum Vicarium generalem ab antiquioribus Capituli moneatur, ut de alio preside sua libera potestate provideat. Si vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin predictum Capitulum generale aliquam temporis moram patiatur; Statuimus, quod in presidentia succedat Pater Provincialis, vel Vicarius Provincialis illius Provinciae, cuius filius est Pater Vicarius generalis.

Secundo. Statuitur, quod in omni electione, cuiuslibet vocalis sive ad generale, sive ad Provinciale Capitulum pertineat (in qua Pater noster Vicarius generalis tenetur suffragari ex vi constitutionis, dum in Provincia ubi fit electio, reperitur presens) si idem Pater Vicarius generalis a Provincia absit a Provinciali, seu preside, eiusdem Provinciae moneri debet de electione facienda; qui admonitus teneatur mittere, creare, seu nominare presidem dictae electionis, qui eamdem vocem, sedem, et propositionem intra diffinitorium debet habere, ac si Pater noster Vicarius generalis personaliter assisteret. Haec autem nominatio in persona alterius, qui sit extra Diffinitorium necessario debet fieri.

Tertio. Statuitur, quod nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi, aut dividi, sine consensu expresso, vel Capituli generalis, vel Patris nostri Vicarii generalis, et voto consultivo duplici ad minus Diffinitorii. Qui autem contra hoc Decretum Bullam aliquam, ausus fuerit impetrare (etiam si sit Provincialis) ipso facto maneat excommunicatus, privatusque officio, sede, et voce tam activa, quam passiva in perpetuum.

Sexto. Statuitur, quod Patres, qui Provinciales absoluti, vel Vicarii Provinciales, per biennium fuerint, locum, et sedem post Diffinitores actuales immediate habeant, servata inter eos officii prioritate, et non professionis antelatione, predictosque excipimus ab omnibus officiis, quae in communi tabula assignantur aliis, preter officia humilia Predicandi, et Legendi. Et primo Statuitur, quod predicti Patres Provinciales, et Vicarii Provinciales preteriti locum habeant ante Commendatores hospites.

Tertio. Statuitur, quod Redemptores actuales, et Procuratores generales Provinciarum sedem habeant immediatam post Vicarium Conventus servato inter eos ordine antiquitatis in professione.

Primo. Statuitur, quod Diffinitores habituales essempti sint ab officiis Diaconi et Subdiaconi.

Secundo

Secundo. Statuitur, quod Diffinitores actuales exempti sint à Iurisditione ordinaria Commendatorum. Itaquod Patri Provinciali sint immediate subiecti; qui etiam Socios ad egrediendum eis designabit. Attamen in absentia Provincialis, licentiam debent petere à Commendatoribus, tam ad egrediendum è domo, quam ad cetera omnia, quę intra domum regularitea se se offerunt, eadem autem asentio, et immunitas in omnibus, et singulis extendatur ad Patres qui functi fuerint officio Vicarij generalis.

Secundo: Statuitur, quod in omni electione extra Capitulum faciendam, suffragium Provincialis necessario debet concurrere; etiam si Pater noster Vicarius generalis, vel eius preses in predicta electione suffragetur. Observanda tamen est nova constitutio ad calcem, in qua decernitur; quod in electione Vacantis Diffinitoris (quę semper debet fieri, cum asistentia Patris nostri Vicarij generalis, vel eius presidis) Provinciali, et tres tantum Diffinitores, debent cum ipso Concurrere.

Secundo. Statuitur, et declaratur incompatibile esse in eadem persona officium Commendatoris, aut Procuratoris generalis, cum officio Diffinitoris. Vbi autem ad presens duo ex relatis officijs in vno subiecto Concurrunt vnum ex duobus, necessario debet vacare, et sine renuntiatione aliqua à Provinciae Diffinitorio in altera persona provideri.

Primo. Statuitur, quod, qui septuaginta ętatis annos attigerint liberi sint ab omnibus matutinis, etiam solemnibus, toto tempore anni: nec non ab hora orationis mentalis matutinę hyemali tempore. Idemque privilegium ad eos, qui sexaginta attigerint, extendatur: excipiendo solum matutina solemnia primę clasis, ad quę teneantur asistere. Essentio autem orationis mentalis nullatenus valeat, vt aliquis ex predictis intra eandem horam Missam celebret.

Primo. Statuitur, quod Commendatores, et Rectores omnes ante suorum munerum possessionem Iuramentum fidelitatis in administratione sibi tradita, prestent; coram Diffinitorio Capituli si in eadem domo, vel prope adsint: vel alias coram preside, et Consiliarijs illius domus ante quam ei solita obedientia prestetur. Quod quidem iuramentum cum legitima certitudine ad Patrem nostrum Vicarium generalem mittatur vt in libro electionum annotetur. =

Primo. Statutum fuit, et admisum à toto Capitulo decretum felicis recordationis Sanctissimi Domini Innocentij Papę vndecimi quod incipit nuper pro parte &c; in quo prohibetur omnibus nostri ordinis Prelatis localibus, pecunias Capitales mutuo accipere; et Superioribus, quibuscumque ad id consensum prebere, nisi servato Iuris ordine; qui quidem ordo Iuris sic debet procedere, vt post petitionem expresam, et ob firmatam maioris partis conventus accedat consensus Patris nostri Vicarij generalis, vel Provincialis Cum Diffinitorio etiam specialiter litteris obfirmatus. Itaquod nullus Superior, sine Diffinitorum suffragio contra hoc Decretum aliquid tentet Sub pennis contentis in iure contra alienantes bona Ecclesię.

Actas

Acta pro uniformi Collegiorum regimine.

Secundo. Statuitur, quod in omnibus nostri ordinis Collegijs hae festa horae cannonicae, et Missae cum cantu fiant. Vesperae omnium festivitatum primae classis quae servantur à Populo: necnon Conceptionis Purissimae; Sancti Patris Nostri Petri Nolasco; et Apparitionum Beatae Mariae Virginis de Mercede, et Sancti Michaelis Archangeli. Et Ampliatur: quod in his quatuor festivitatibus ultimis non solum Vesperae verum etiam ad Matutinum invitatorium, te Deum, et Benedictus canantur.

Item Matutinum integrum Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, et Feriae quintae Cenae Domini, cum cantu inviolabiliter debet celebrari. In Festis autem Secundae Classis, quae à Populo servantur: nec non Sancti Raymundi Nonnati, Sancti Petri Paschasij; Visitationis, et Presentationis te Deum laudamus tantum canatur. Prima autem in Vigilia Nativitatis Domini, Sextia in die Pentecostes, et Nona in Festo Ascensionis Domini cum cantu fiant.

Missa conventualis in omnibus festivitatibus dictis indispensabiliter est canenda; nec non in Dominica prima adventus in feria quarta Cinerum in omnibus ~~festivitatibus~~ quadragesimae Dominicis in commemoratione Deffunctorum, in Anniversarijs Ordinis, in festo omnium Sanctorum Religionis; et tandem omnibus anni Sabbatis Missa Solemnis Beatae Mariae.

Secundo. Statuitur, quod omnes Lectores actuales teneantur assistere omnibus Vesperis, Matutinis, et Missis Solemnibus festivitatum primae classis; nec non ad Missam Sanctissimae Virginis in Sabatho, et ad omnia Suffragia, quae pro Fratribus decedentibus cum cantu persolvuntur; atque etiam ad omnia constitutionis Anniversaria, omniumque fidelium Deffunctorum commemoratione.

Secundo. Statuitur; quod in quolibet Theologorum Collegio (in quo semper nominari debent à Superiori Provinciali tres Lectores) unus ex eis specialiter designetur, ut lectionem Sacrae Scripturae modo expositivo, vel Theologiae moralis modo scholastico, suos Discipulos doceat. Ceteri autem Lectores tam Artium, quam Theologiae Scholasticae doctrinam à Divo Thoma traditam indispensabiliter doceant, sub eis opinionibus, quae communiter utuntur in Schola Thomistica, et non in alia; sub pena privationis à Lectura. Conclusiones autem, quae in qualibet Hebdomada secundum constitutiones nostras sustentantur ab hora septima usque ad nonam post Matutinum disputentur.

Secundo. Statuitur, quod (extra aduentum et quadragesimam Ecclesiae) concedatur Scholasticis in qualibet Hebdomada una Vacationis dies in qua recreationis gratia egrediantur in agro, si tempus faveat. Quod si intemperatum fuerit tempus eadem recreatio absque assistentia ad orationem mentalem intra Collegia eis permittatur.

Secundo. Statuitur, quod Scholasticus Conclusiones sustentaturus, per tres antecedentes dies sit ab obligatione assistendi in choro exemptus; praeter orationem mentalem, à qua solo excipimus horam matutinam diei immediate post praedictum exercitium, et horam vespertinam eiusdem diei Conclusionum. Lectori autem Presidenti, et Scholastico Sustentanti portiuncula aliqua ultra communem attento praesenti labore, tunc ministranda est.

Statuta

Statuta specialia ad Prouintiam Italię tantum pertinentia.

Cum ob varias causas Vocales Prouintię Syculę ad Dictam generalem hanc, licet vocati venire distulerint, et capitulo desit notitia morum, Consuetudinum, et status rerum illius Prouintię, Visum fuit toti Capitulo per Vota decisiua, nec mutare addere, vel minuere statutis pro dicta Prouintia aliquid; sed expectandum in sequenti congressu presentiam aliquorum Vocalium illius Prouintię ad recognitionem statutorum ad illam pertinentium. Quapropter decretum fuit predicta statuta Sycula in suo robore permanere, et in suo thenore transcribere, ita vt nec reuocata, nec approbata manere. In forma, qua sequitur. Videlicet.

Primo. Statuitur, quod pro Patribus Electoribus Prouintię Syculę qui in Capitulo generali suffragati sunt, vel fuerint preter ea suffragia, quę in morte ex constitutione ipsis debent applicari, quilibet conuentus predictę Prouintię teneatur duas Missas priuatas offerre.

Constitutio. Lectores actuales, et preteriti, aliique Religiosi Syculi litterati, possunt in publicis conclusionibus argumentari.

Sexto. Statuitur, quod Pater noster Vicarius generalis possit libere Secretarium assumere ex Prouintia Sycula; non obstante resolutione Constitutionis nouę ad calcem. Necnon liberum sit Capitulo generali suffragari vt ex eadem Prouintia domus Capitularis assignetur.

Sexto. Statuitur, quod Prouincialis Prouintię Syculi possit pro suo libito Concionatores mittere toto tempore quadragessimę ad Predicationis munus (dummodo numquam sine socio mittantur) etiam si in loco, vbi sunt Conuo-terium, conuentus ordinis nostri non sit.

Secundo. Statuitur, quod Prouintia Syccula (vt equalitas seruetur in omnibus) debet in officijs et honoribus equalis esse cum ceteris: et quod ex eas possit assumi Procurator generalis Romanę curię, alternatiua seruata, cum alijs Prouintijs Hispanię.

Secundo. Statuitur, quod conuentus Manlleani, et Episcopij in Sabinis Recollectioni nostrę nouiter in Italia aggregati, Patris Prouincialis Sicilię tradantur regendi; sicut et ceteri conuentus eiusdem Prouintię.

Primo. Statuitur, quod in Prouincia Syccula Capitula intermedia sicut antiquitus celebrentur; obtenta prius Bulla a Sanctissimo Domino nostro Papa ad cuius impetrationem Capitulum presens de communi omnium consensu facultatem concessit annuens precibus litterisque authenticis, quę a toto Diffinitorio eiusdem Prouintię missę, et presentatę fuerunt huic capitulo generali.

Primo. Statuitur, a toto capitulo generali, quod Pater noster Vicarius generalis teneatur creare, et nominare commissarium generalem in Prouincia Syccula qui quidem eamdem authoritatem, sedem, et vocem habeat, tam in Capitulis Prouinciabus, Visitationibus, et appellationibus, quam extra Visitationes, et capitula, ita quod durante tali commissione, semper eamdem authoritatem habeat, sedem, et vocem

quam

quam Pater noster Vicarius generalis, si esset Præsens haberet; iuxta formam, quæ in titulo suæ Commissionis dicto Commissario præscriptæ.

Officium autem, et iuris dictio dicti Commissarij generalis nullatenus spiret etiam si officium Patris Vicarij generalis a quo processit expirauerit; sed suam potestatem, sedem, et vocem retineat donec alius Commissarius ipsi succedat. Quod si prædictus Commissarius in suo exercitio obierit, vel in aliud assumatur; et dum alter non succedit aliquod officium electiuum prædictæ Prouinciæ vacauerit, tunc Pater Prouincialis cum suo Diffinitorio ad electionem procedat, quin nouus Commissarius spectetur vltra duos menses, numerandos â die, qua officium eligendum vacauit iuxta decretum nonæ constitutionis ad calcem in hac vltima editione.

Tandem ex decisiuis votis præsentis Capituli fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli generalis anni Domini millesimi sexcentesimi nonagesimi sexti die vigesima Mensis Decembris Cœnobium Corporis christi oppidi del Viso Hispalensis Diœcesis in Prouincia Conceptionis in Vuandalia nostris annuente votis Excelentissimo D. Duce Metymnæ Sydoniæ ad quem designatio Domus Capitularis spectat, ex iure Patronatus generalis totius nostræ Recollectionis.

Comitia hæc generalia, supremo auxiliante Numine, finem feliciter attigerunt in eiusdem honorem Dei optimi maximi, nec non Beatissimæ Mariæ Virginis de Mercede, ab omni labe originalis culpæ in primo instanti suæ animationis præseruatæ, Sancti Protoparentis Nostri Diui Petri Nolasco, omniumque cælestis curiæ Sanctorum Die nona Mensis Iunij Anno â Virgineo partu millesimo sexcentesimo nonagesimo primo. Ab apparitione Beatissimæ Virginis ad fundationem Nostri ordinis, quadrigentesimo septuagesimo secundo, et nostræ Recollectionis Oriente Octogesimo septimo. entre reng; Por Protesta que se hiro = em; Assata; entre reng; nisi ad = vnum duntaxat sexenium, et nec dum ad ide munisterium; entre reng; nec, sumen = em; feria; = festiuitatibus = em; Referido =

Fr. Gabriel a SS. Sacro [illegible] Vicarius Generalis Apostolicus

Fr. Isidro de S. Joanne [illegible] [illegible]

Fr. Gaspar â S. Laurencio Prouincialis Castellæ

frater joannes a [illegible] Augustino [illegible] Diffinitor

Fr. joannes a cruce diffinitor generalis

Fr. Joannes A Sancto Cypriano Prouincialis Vuandaliæ

Fr. Antonius de S. Seraphio Diffinitor Generalis

Fr. joannes â Sancto Bernardino Diffinitor Generalis

Fr. Franciscus a D. Augustino Diffinitor generalis

Frater Joannes a [illegible] Diffinitor

Fr. Andreas â S. Augustino Diffinitor Generalis

Fr. Petrus â Jesu Diffinitor Generalis

De Mandato Patris Nostri Vicarij Generalis Apostolici et Capituli

Fr. Joanes ab Ascensione Secretarius generalis et Capituli

Annotationes aliquot, et concordantiæ nouarum constitutionum ad calcem.

Distintio 1.a

In addit, ad Cap. 4 de officio Diuino pag. 225 omittatur §, qui incipit in Vniuersa recoletione nostra obseruetur Rituale &c.

In addit, ad Cap 5 de horarum Cantu pag, 226 §, Secundo omittatur illa clausula:: at festum Sancti Michaelis Archangeli &c. Et obseruetur nouum statutum Huius Vltimi Congregationis.

In addit, ad Cap 8 de Suffragiis mortuorum Pag 227, § Commendatores omnes &c.a Lin 5, ibi:: Duas Missas, pro ipsis Dominus applicare:- Legendum: Vnam Missam. Ex reformatione Alexandri 7.

In addit, ad Cap. 10 de Disciplinis pag. 227 §, Vnico omittantur festa Sanctæ Annæ, Inuentionis Sanctæ Crucis, omnium Sanctorum ordinis nostri; nec non tota octaua Epiphaniæ Domini. Quia huiusmodi exceptiones solum obtinent vim textis statuti.

In addit ad Cap. 17 fol, 230 Circa epistolas omittatur §, quod incipit Nullus Superiorum, quia solum est Secundo statutum.

Distintio secunda.

In addit ad Cap 2 de Electoribus Capituli Generali pag, 234 omnino debet ommitti §, 1, qui incipit:::- Statuimus &c.a Nec non §, Subsequens, pag, 235, qui incipit:: Item ordinamus, quia prædicta statuta, numquam vim constitutionis attigerunt, et ad primitiuam constitutionem iam sunt reducta.

In addit ad cap 16, de statu omnium Prouintiarum §, 4, ibi: in quolibet conuentu semper sint Consiliarii Patres Generales præteriti. Addendum :: & Magistri Nouitiorum. Quia hæc constitutionis clausula inaduertentia Typographi fuit transcurra.

In addit, ad Cap 23 de Collegiis §, 4, lin. 3 omittatur tota illa clausula: cætera autem &c.a

Et si autem constitutiones, tam antiquæ quam nouæ, quæ in hac vltima editione prodiere diligentissima, qua potuimus vigilantia sint annotatæ, et reuisæ, in hac nostra generali Congregatione: Nullus tamen substantialis herror, omissio, vel obliuio, potuit animaduerti, præter ea, quæ hic pro maiori claritate notantur. Alia enim prorsus inevitabilia errata, quæ ex transcursu, vel inuersis Caracteribus frequenter incidunt, in hac, et fere cunctis impressionibus, nec sensum clausulæ mutant,

nec

nec maiori correctione, quam legentium oculis indigent. Quapropter prędictas omnes constitutiones huius vltimę editionis anni 1685. cum supra habitis notis diligenter reuisas; hęc vniuersalis Congregatio, tamquam suo originali concordes laudauit, et approbauit; eisque inconcussam fidem, et obedientiam prestare iussit.

fr. Gabriel a SS.mo Sacramento V. G.lis Ap.cus

Et Ego Frater Isidorus à Sancto Ioanne totius ordinis ex Vicarius Generalis vnus ex prefatę Congregationis Vocalibus Secretariusque (ad presentem tantum effectum) Nominatus à Patre Nostro Vicario Generali Apostolico, fidem facio, predictas annotationes, seu concordantias constitutionum ad calcem; ita vt hic prejacent fuisse consultas, statutas, & approbatas totiusque Diffinitorij Generalis, voce, et calculo imprimi iussas. In cuius veritatis testimonium presens instrumentum propria manu subscripsi. In hoc almo Sanctę Barbarę Madridano Cenobio Die sexta Mensis Augusti Anni Domini Millessimi Sexcentessimi nonagessimi primi. = emendado = Pag. = primitiuam. =

fr. Isidorus à S.to Ioanne Sec.rio =

Innocentius Papa duodecimus

Ad futuram rei memoriam: Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Gabriel a SS.mo Sacramento Vicarius Generalis fratrum discalceatorum nuncupatorum Ordinis Beatę Marię Virginis de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod cum alias Capitulum generale dicti Ordinis pro noua Vicarij Generalis eiusdem Ordinis electione faciendo conuocari et celebrari debuisset felicis recordationis Alexander Papa VIII predecessor nr. maturo perpendens incommoda et inconuenientia quę exinde ob temporum circumstantias oriri potuissent bonę memorię Iosepho, dum vixit, Archiepiscopo Nazianzeno tunc sedis Apostolicę in regno Hispaniarum Nuncio, per quasdam dilecti filij nri Petri S. R. E. Cardinalis Othoboni nuncupati, tunc Super intendentis Generalis negociorum dictę Sedis, litteras die 15 Octobris 1690 desuper expeditas injunxit, vt conuocationem et celebrationem Capituli generalis huiusmodi, sub nullitatis et priuationis vocis actiuę et passiuę per contrafacientes incurrendis, penis prohiberet, ac insuper eidem Archiepiscopo et Nuncio facultatem concessit vt pro ea tantum vice cum dilectis pariter filiis Stephano a SS.ma Trinitate et Fran.co a Jesu Maria fratribus expresse professis Ordinis prędicti, ac ipso Gabriele vnum in Vicarium Generalem: alterum vero in procuratorem generalem eiusdem Ordinis, eos, nimirum, quos pro sua conscientia digniores, ac ipsi Ordini gratiores, nec non pro huiusmodi officiis exercendis aptiores iudicasset auctoritate Apostolica, deputaret et sic deputatos omnibus et singulis prerogatiuis priuilegiis ex-

Exemptionibus, & iuribus quibus uti, frui & gaudere potuissent & debuissent, si ad eadem
officia in Capitulo generali predicto per secreta suffragia electi fuissent, pari modo & abs-
que ulla prorsus differentia uti, frui & gaudere mandaret & alias prout in dictis litteris ube-
rius dicitur contineri. Unde dictus Josephus Archiepiscopus & Nuncius in vim facultatis sibi
sic attributae, deputatione Procuratoris generalis dicti Ordinis ad aliud magis opportunum
ac sibi bene visum tempus dilatata, in Vicarium Generalem dicti Ordinis ad Sexennium
a tunc proxime festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi inchoandum deputavit eumdem
Gabrielem, qui deputationis huiusmodi vigore trium fere annorum spatio a toto Ordine fra-
trum Discalceatorum, tam in Hispania, quam in Italia verum & legitimum Vicarium Ge-
neralem recognitus habitus & reputatus fuit. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
iungebat, ipsi Gabrieli tres circiter anni de complemento sexennii sui Vicariatus generalis
huiusmodi officii desint: ipse vero Gabriel pro maiori animi sui quiete, deputationem
sui in Vicarium Generalem dicti Ordinis a praedicto Josepho Archiepiscopo & Nuncio
sicut praesupponitur factam, necnon omnia & singula legitime inde secuta Apostolicae
Confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret. Nos dictum Gabrielem
Vicarium Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes & a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris
& poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodatus existit ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes
& absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine humiliter porrectis nobis
super hoc inclinati; deputationem ipsius Gabrielis in Vicarium in Vicarium generalem dicti
Ordinis fratrum Discalceatorum a praedicto Josepho Archiepiscopo & Nuncio factam
ut praesupponitur cum omnibus & singulis legitime inde secutis & sequturis quibuscumque
authoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus & approbamus, illisque invio-
labilis apostolicae firmitatis robur adiicimus; ac omnes & singulos iuris & facti defe-
ctus, si qui desuper; quomodolibet intervenerint supplemus, decernentes easdem litteras
praesentes firmas validas & efficaces fore & existere, suosque plenarios & integros effe-
ctus sortiri & obtinere, ac ipsi Gabrieli Vicario Generali, aliisque ad quos spectat
& spectabit in futurum in omnibus & per omnia plenissime suffragari, sicque in prae-
missis per quoscumque iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii A-
postolici, auditores iudicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his
a quoquam, quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari; non obs-
tantibus praemissis; ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Or-
dinis, aliisve quibusvis, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmita-
te alias roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris
Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis confirmatis & innovatis:
quibus omnibus & singulis illorum, tenores praesentibus pro plene & sufficienter ex-
pressis & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effe-
ctum hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contra-
riis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub anu-
lo Piscatoris die decima nona mensis Decembris 1693. Pontificatus nostri anno
tertio. ═ J. F. ═ Cardinalis Albanus ═ Verba marginalia, s, authoritate
apostolica. Valent ═

Concuerda con su original dho trasumpto, que queda en poder de nro Vdo Pe Vico Gl Apostolico a que me refiero y de que doy fee en este Conuto de Sta Barbara en 18 dias de Março de 1694 años

Fr Andres de S Pasqual Secret Gl

En este estado y dies y seis de Nobre de 1696 se cerro este libro de la Religion para imbiarle al Capo Genl proximo futuro que se celebrara en 21 de Dicibre de el siguiente año en la Provª de Andalucia = Madrid y fha ut supra = fecha ut supra

Fr. Gabl del SS. Sacramto Vic. Gl Apco

J. M. J.

In nomine Sanctissime Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti,
et Sub protectione Beatissime Virginis Marie de Merçede
Domine ac Patrone nostre.
Sanctissimique Patris parentis nostri Petri Nolasco, Sancti Joseph
Deipare Sponsi, omniumque Sanctorum &c.

Nobiembre ... a ... Como En la Villa del Visso Diocesis de Sevilla En el
Andalusia y Provincia dela Concepcion siendo del Conv.to del Corpus Xpti
de Descalzos de nuestra Sª de la Merced Redemptores de Cautivos En diez y nueve dias del
mes de Diçiembre deeste presente año de mill seiscientos y noventa y seis años
Miercoles por la mañana aviendose Juntado para la Eleccion y celebraz
cion del Capitulo General Conforme a nuestra sagrada Constitucion y Breves
dela Santidad de Gregorio decimo quinto y Urbano Octavo. El V. P.
fr. Gaspar de S.n Ruy Comm.r actual de Sta Barbara de Madrid y Presid.te
de Capitulo Gen.l por Comission y patente de nuestro V. P. fr. Gabriel del
Smo Sacram.to Vicario Gen.l Apostolico: El V. P. fr. Diego delos Santos
Prov.l porla Prov.a de Andalusia = El V. P. fr. Gaspar de S.n Laurencio
Prov.l porla Provincia del S.r S.n Joseph en Castilla = El V. P. fr. Juan
Antonio dela Assumpcion Prov.l dela Prov.a del S.r S.n Raymundo En
Cicilia. El P.e Diffinidor fr. Fern.do dela M.e de Dios: El P.e fr. Fran.co de S.n Ambrosio
El P.e fr. Diego dela Concepcion: El P.e fr. Phelippe de S.n Geronimo Diffinidores
Generales porla Prov.a de Andalucia = El P.e fr. Joseph de S.n Geronimo Pro
curador Gen.l de dha Prov.a = El R.mo P.e fr. Isidro de S.n Juan = El
P.e fr. Joseph de S.n Geronimo = El P.e fr. Ant.o de S.n Ramon: El P.e fr. Juan de
S.n Antonio Diffinidores Generales porla Prov.a de Castilla = El P.e
fr. Fran.co de Jesus Maria = El P.e fr. Serafin de Sta Cathalina ... El P.e
fr. Clemente de S.n Cosme y Damian; El P.e fr. Carlos de S.n Estevan

Procurador Gen.l El P.e fr. Serafin de S.t Vicente Con los quatro diffinidores Generales de dha Prou.a de Cicilia y dho P.e Serafino de S.t Vicente Procurador Gen.l de la Curia Romana que por todos son diez y ocho Votos legitimamente Congregados para la Eleccion de Vicario Gen.l de nra Recolection auiendose leido el nombram.to del Ex.mo S.r Duque de Medina Sydonia Patron General de nra Sagrada Religion firmado de su mano su fecha en Madrid en el sitio R.l del buen Retiro En dias del mes de Julio de mill y seis cientos y nouenta y seis años En que asignaba para cassa Capitular en que se auia de celebrar este Capitulo El dho Conu.to de la Villa del Viso En conformidad del acta Vltima de la Dieta general celebrada en Madrid A dia diez y siete de Mes de Mayo de mill seiscientos y nouenta y uno; Leo el Secretario Gen.l y de Capitulo intime a todos los dhos Vocales Vna patente del dho V.e P.e Presid.te de Capitulo En la qual por la Conformidad de lo dispuesto por la acta decima Setima que la Dicta fuerza de Constitucion En que les mandaba Con precepto formal de obediencia y pena de Excomunion mayor Latæ Sente.e que si alguno supiera de algun Impedim.to Canonico de Censura o Inhabilidad, o otro qual quiera del derecho En alguno de dhos Vocales lo manifestasse y de pusiesse dentro del termino de diez horas ante mi el dho Secret.o Gen.l y de Capitulo desde la notificacion de dha patente y el dho V.e P.e Presid.te Gen.l leyo los passafos de la Constitucion Vt autem libertas: fol. 113: y el passafo nullus audeat: fol. 160: y el passafo Ordinamus preterea: fol. 131 y el passafo Statuimus: fol. 220 que tratan de las penas de los ambiciossos y solicitadores de Votos y luego en Cumplimiento de la Santidad de Vrbano dispuesto Constitucion Vigesima tercia, que empieza Santissimus dominus noster: hizo notorio y ley yo el dho Secret.o Gen.l y de Capitulo, Vn edicto de la S.ta Inquisicion que Comprehende diuersas Constituciones Apostolicas en fauor de dho tribunal para que a todos Constasse: Ley yo assimismo el dho Secretario la tabla de los Religiosos difuntos y Religiosas que en la Religion han muerto desde el Capitulo Gen.l proximo passado hasta este dho dia y se hisso por ellos el sufragio y Comm.on que dispone nra Sagrada Constitucion y auiendo assimismo El dho V.e P.e Presid.te encargado a todos los dhos Vocales El cuidado en Rogar a Dios por el Summo Pontifice por el Rey nro y por todas las personas de ambos estados Ecclesiasticos y seculares: y hecho por todos la deprecacion que señala nra sagrada

Sagrada Constitucion = Luego en Cumplim.to dela por ella dispuesto dix. 2 cap.o les hiso Una
Platica espiritual en que afectuosam.te les encarg. y exorto pusiessen los ojos para la dha Eleccion
de Vicario Gen.l en persona de ciencia; Virtud y prudencia Omni odio et amore post positis
mirando solo a la mayor gloria de Dios y al bien y aumento espiritual de nra Sagrada
Religion sin atender a otros fines, ni respectos particulares =
El mismo dia por la tarde se Juntaron todos los dhos PP. Capitulares a
calificar la legitimidad de los Votos que avian de suffragar en esta Eleccion y todos los Capitulares
Vestidos se declararon por habiles y legitimos para poder suffragar y Con esto se concluio esta Eleccion
primera session = El dia siguiente por la mañana que se Contaron Veinte al
Mes de Octubre de mil y seiscientos y nouenta y ocho aviendose dicho la Missa
del Espiritu S.to y predicado El Sermon literal Como es Usso y Costumbre y auien
do exortado y requerido dos y tres Veces a todos los Electores ne eligiessen en
Vicario Gen.l persona que tuviese algun impedimiento Canonico pasiuo de Excom.
Suspension o Entredicho o otra alguna legitima y preguntado a mi El dho Secret.
siguiente me avia dado aviso de que alguno lo hubiese, o que no pudiesse ser Voto En esta
Eleccion y respondido que no echo su reverencia la dha Eleccion Gen.l que manda
La acta de que se tiene fuera de Constitucion y dicho el Himno Veni Creator
Spiritus hiso su Rev.a El Juram.to que la Constitucion dispone sobre una Crux y un
Missal de que Elegirian por Vicario Gen.l de toda nra Recoleccion a la persona mas digna
y bene merita de dho officio y en la misma forma hisieron el dho Juram.to todos los
Vocales Con que se procedio luego inmediatam.te a la Eleccion de Vicario Gen.l y forman
mando cedulas escritas a mi el dho Secret. y echandolas en el Vaso que para esto estaba
preuenido llegaron a regularse Con la asistencia de dho V.e P.e Presid.te Gen.l y del P.e
P.e Prov.l de Italia — Prov.l de la Prov.a de Andalusia; del P.e Prov.l de la Prov.a de Castilla + y de tres PP.
Diffinidores de cada Prov.a los mas antiguos de Cada Prov.a uno y se hallaron diez y siete
cedulas Con el nombre del R.P. fr Gaspar de S.n Laurencio hijo de la Prov.a de Castilla
lector que fue de theologia, Comm.or de Valladolid, dos Veces Comm.or de [illegible]
Prov.l otras dos y al pres.te que lo era actual de dha Prov.a Predicador de su mag. y como
Vicario Gen.l de toda nra Sagrada Descalzes y Como a tal se le tomo Juram.to de
vando de governar la Religion Conforme a las Constituciones y Reglas y asi mis
mo Juro de guardar la Concordia hecha Con nros PP. de la Observancia a
cerca del ministerio de la redencion y luego leida la elecc.on dho V.e P.e Presid.te del
Capitulo y todos los demas Vocales y entonando El te Deum laudamus =

fuerion en procession a la Capilla Mayor de dicho Conv.do donde despues de acabado y dichas las Oraciones que para este caso dispone la Constitucion se sento el dicho nro. V.e P.e Vic.o Gen.l electo en una silla al lado del Evangelio donde de nuevo le dieron la obediencia ass.s dicho P.e Presidente de Capitulo como los demas Vocales y demas Religiosos del Conv.do reconosiendole todos por canonico y legitimo Prelado Superior de toda nra. Sagrada Religion de cuya eleccion se pidio confirmacion al R.mo P.e Mro. Gen.l al Obispo ... por parte de dicho Capitulo General embiando Commision al P.e Fr. Fran.co de los Angeles en Castillo que al presente se halla en Madrid donde tambien estaba otro P.e Mro. Gen.l para que con una peticion en forma en nombre de dicho Capitulo Gen.l pidiesse dha. confirmacion y presentasse la fee del Secret.o de dicho Capitulo como la Eleccion era Canonica = Y luego en el mismo dia por la tarde el dicho Nro. P.e Vicario G.l electo mando tocar a Capitulo y juntos los Capitulares les propuso como el dia siguiente se avia de hacer la Eleccion de Procurador Gen.l de la Curia Romana y les encargo tuviessen toda atencion en elegir p.a dicho officio persona que tuviesse las calidades que pide nra. Sagrada Constitucion y pide ministerio tan grave y de tanta confianza y otro dia Viernes en la tarde a Veinte y uno de dicho mes y año. El dicho nro. M.R.P.e Vicario Gen.l electo y demas Capitulares se juntaron p.a la dicha eleccion de Procurador Gen.l de Roma y recogiendo cedulas de mi el infrascripto Secret.o Gen.l en la misma forma que arriba queda dicho y echadas en el vasso que estaba prevenido llegadas a regular con assistencia de dicho P. Mro. P.e Presid.te de Capitulo, Prov.l de Andalusia y Cicilia, y tres Diffinidores de cada Prov.a uno de los mas antiguos se hallaron quinze cedulas con el nombre del P.e Fr. Diego de la Concepcion que al pres.te era Diffinidor actual de la Prov.a de Andalusia. El qual quedo canonicam.te electo en Procurador Gen.l con todos los votos de dho. Capitulo y se publico su eleccion y se nombraron por Juezes de las Causas que podian ocurrir al P.e Diffinidor Gen.l Fr. Fern.do de la M.e de Dios de la Prov.a de Andalusia y al P.e Diffin.or Fr. Serafin de S.ta Cathalina de la Prov.a de Cicilia = Y por Contadores al P.e Diffin.or Fr. Fran.co de S.n Ambrosio, y al P.e Diffin.or Fr. Ant.o de S.n Ramon = Y por Zeladores p.a la Eleccion de Vicario Gen.l al P.e Diffinidor Fr. Diego de la Concepcion y al P.e Diffinidor Fr. Joseph de S.n Gerar.o

[signature]

Acta quatuor Capitulorum Generalium, quæ ab hac ultima vim obtinent Constitutionum.

Distinctio 1a

1º Prima die post festum Omnium Sanctorum Ordinis nostri non impedita festo duplici fiat anniversarium solemne cum integro Defunctorum officio pro Omnibus Defunctis Fratribus: Omnesque Sacerdotes pro eisdem Defunctis ea die Missas applicent.

2º Omnibus nostri Ordinis Sacerdotibus præter eas Missas quæ eis cap. 25. dist. 2a conceduntur: Ultra eis conceditur, ut propria celebrent intentione diebus Sancti P.N. Petri Nolasco, Epiphaniæ, Purificationis, Sancti Joseph, Annuntiationis (diebus quibus hæc duo ultima festa celebrantur) necnon Apparitionis Sancti Michaelis, Sancti Joannis Baptistæ, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Beatissimæ Mariæ de Mercede, Conceptionis, Nativitatis, et Assumptionis eiusdem: Sancti Raymundi Nonnati, Sanctæ Catharinæ Martyris, et Sancti Antonii Abbatis: Sancti Laurentii Martyris, Sancti Petri Paschasii, Omnium Sanctorum Ordinis nostri, et Circumcisionis Domini, subrogando sequenti die Missas, quas Constitutio antiqua prima die cuiuslibet mensis pro Defunctis Fratribus applicat=

3. Festa Inventionis Sanctæ Crucis, Sanctæ Annæ, et Cuiuslibet Sancti Ordinis nostri: necnon tota Epiphaniæ Domini Octava inclusive a flagellatione eximuntur. Et declaratur quod festa principalium Patronorum, tam Diœcesis quam loci, si festive a populo serventur, a disciplina eximenda. In ea autem Diœcesi, ubi plures sunt Patroni principales, et festive etiam serventur, eorum festa æqualiter debent eximi a disciplina=

4 (fuerunt) Festa Cuiuslibet Sancti Ordinis nostri (si intra Adventum ~~et Quadragesimam~~ Et Septuagesimam) si inciderint, non serventur

5º Epistolæ missæ a Diffinitoribus ad Moniales, vel e contrario, missæ a Monialibus ad Diffinitores, nec Commendator, nec Commendatrix eas possint aperire, legere aut occultare sub pœna posita in nostra Constitutione.

6 Ad obviandas tot, tam crebrasque legis et obedientiæ fractiones, quas ex facili cellarum ingressu ubique Ordinis nostri experti sumus, omnino permissum deinceps est, ut quilibet Frater speciali sera seu clavi cellam suæ habitationis occludat, ut ea, quæ permittuntur ad usum, majori securitate serventur, ne ab extraneis vel domesticis aliquid inde extrahatur. Ut autem hæc permissio debitæ reformationi sequatur, præcipimus Commendatoribus, ut Clavem communem

Vel Magistrum secum habeant, quam alteri subdito non tradant, ut ipsi soli cellæ pateant. Subditis autem cuiuscumque gradus sint sub præcepto formali sanctæ obedientiæ præcipimus, quod nullus speciali clavi seu repagulo possit uti sub pœna gravioris culpæ per quatuor menses, necnon privationis perpetuæ cuiuscumque clavis: Excipiuntur tamen ab hac regula communi Patres Redemptores, Procuratores Generales, et Conventuales.

Distinctio 2a

1a Ad observantiam Bullarum Sanctissimi Domini nostri Urbani Octavi et Alexandri Septimi, quibus ad duo tantum triennia permittitur aliquem eligi in Officiis Commendatoris, aut Procuratoris Generalis Provinciæ, facta est a quatuor Capitulis Generalibus uniformis declaratio, quod, qui quatuor annos continuos in duobus trienniis, vel unum annum completum in uno triennio, et totum immediate sequens triennium prædicta exercuit officia, in sequenti Capitulo non possit reeligi ad aliquod ex relatis Officiis: neque ad Officium Definitoris, nec Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ. qui autem infra annum ante Capitulum fuit electus, licet in tali Capitulo suffragium ferat, potest reeligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia: quia illam parvam temporis quantitatem pro nihilo ad triennij computum reputamus. —

2a Electio Definitorum in Capitulo Provinciali non fiat per schedulas quatuor nominibus conjunctim in capsellam missas, sed pro quolibet Definitore eligendo, schedulæ a Capitularibus sumantur.

3a Deinceps sint inhabiles ad officia Vicarij Generalis, Provincialis, aut Vicarij vel Præsidis Provincialis, et Definitoris, qui cursus sacræ Theologiæ, vel sacrorum Canonum integre non perlegerint.

4a In electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventualibus per vota secreta nullus in sacris Ordinibus non constitutus, suffragium ferat: =

5 Nullus possit eligi ad Officium Procuratoris Generalis per duo continuata triennia, nec Procurator Generalis Romanæ Curiæ reeligi possit ad idem ministerium, nec in toto sequenti triennio ad aliud suffragativum Officium pertinens ad Capitulum Provinciale, nisi ad Generalatum, vel Provincialatum ascendat =

6 In nostro Romano Hospitio semper sint Clavigeri, et Procurator domus per vota secreta Canonice electi. Et quantum ad Orationem mentalem aut officium divinum et horarum Cantum, cæteros que actus in Communi exercendos, ad literam in prædicto Hospitio observentur, quod in parag: de Regimine Collegiorum, in hoc et aliis Capitulis Generalibus decretum est =

7 Procurator Generalis Romanæ Curiæ impedimento legitimo non astrictus, ad Capitulum Generale venire teneatur; necnon præcipimus rationem dati et accepti reddere, tam Visitatoribus, quam Capitulo Generali nominibus Clavigerorum firmatam; quod si personaliter ad Capitulum venire non possit, eamdem rationem dati, et accepti ad idem Capitulum debet mittere.

8 Si Pater noster R.G. tempore celebrationis Capituli Generalis infirmitate vel alio impedimento legitimo astringatur, ita quod personaliter in prædicto Capitulo præsidere non possit, ius et potestatem liberam habeat ad nominandum pro se eiusdem Capituli Generalis Præsidem, qui eamdem vocem et sedem habeat in omnibus eiusdem Capituli Generalis operationibus, ac si idem P.R.G. personaliter ibi adesset, ad eum modum, quo decernitur de Capitulo Provinciali in antiqua Constitutione Cap.6 dist.2ª. quod si ex tali infirmitate, qua P.R.G. impeditus fuit Capitulo assistere, contingat mori, tunc talis Præses ab ipso nominatus in suo munere perseveret, tam in sede, quam in voce usque dum dissolvatur Capitulum Generale =

9 Nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi aut dividi sine consensu expresso vel Capituli Generalis, vel P.R. Vicarij Generalis, et voto duarum tertiarum ad minus Diffinitorij. Qui autem, contra hoc decretum Bullam aliquam ausus fuerit impetrare (etiam si sit Provincialis) ipso facto maneat excommunicatus, privatus que officio, sede et voce tam activa, quam passiva in perpetuum =

10 Patres, qui Provinciales absoluti, vel Vicarij Provinciales per biennium fuerint, locum et sedem post Diffinitores actuales immediate habeant, servata inter eos officij prioritate, et non professionis antelatione. Prælatos que excipimus absolutis, quæ assignantur in tabula Communi præter officia humilia fricandi et verrendi. Redemptores etiam actuales et Procuratores Generales Provinciarum sedem habeant immediatam post Vicarium Conventus, servata inter eos ordine antiquitatis in professione =

Statuta quæ vim Constitutionis non sortiuntur quia per tria Sexennia Continuata approbationem non obtinuerunt:

Distinctio 1.ª

1º Primo statuitur, quod Commemorationes, seu suffragia Sanctorum Ordinis nostri quæ ex Apostolica Concessione indultum est recitari omnibus diebus post Completorium in choro dicantur; necnon in Officio Divino cum fiant Communes Commemorationes Ecclesiæ ante Commemorationem Orationem pro Pace.

2º Primo etiam statutum est, quod in nostris Choris tam Fratrum, quam Monialium, semper recitetur post Completorium (post Commemorationes Sanctorum Ordinis) Oratio illa: Sacrosanctæ et Individuæ Trinitati &c quam tot Summi Pontifices laudabiliter approbarunt, et pro divini Officij supplendis defectibus indulserunt: Cum fere omnes Ecclesiastici Chori istam gratiam amplectantur, ne oblevissimum onus, tam fructuosa indulgentia priventur.

3 Primo statuitur, quod Religio nostra Calendario Sanctorum Diœcesis utatur, sicut Regulariter utuntur fere omnes Religiones in Hispania, donec contrarium decretum expresse constet ex authoritate Apostolica.

4 Primo etiam statutum est, quod Missa Votiva Beatæ Virginis, quæ omnibus anni Sabbatis canitur, semper fiat de Mysterio Apparitionis eiusdem ad fundationem Ordinis nostri, et in altari eiusdem Sanctissimæ de Mercede Sacrato: attamen in infraoctavis aliarum eiusdem Virginis Festivitatum, de Mysterio tunc occurrenti debet cantari ± vel cum Gloria et Credo, si de præcepto recitetur in choro vel sine ... Votive tantum cum Gloria et sine Credo juxta in aliis Missis Votivis ... præcipitur ... Missali Romano.

+ Vale porque fue estudiada

5º Secundo statuitur: quod festum Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli, celebretur sub ritu duplicis maioris et sine Octava, sed cum apparatu primæ Classis quoad Cantum. Et etiam declaratur, quod festum Sanctorum Omnium Ordinis nostri cum simili Cantu celebretur.

6 Tertio statuitur: quod in omnibus nostræ Recollectionis Conventibus speciale erigatur altare in honorem et titulum Beatissimæ Virginis de Mercede, necnon prima cuiuslibet mensis Dominica fiat processio cum imagine eiusdem Deiparæ intra claustra vel atria nostra. Et ut tantæ fundationis nostræ Sacræ Religionis beneficium a nostra gratitudine numquam excidat, etiam statutum est, quod in omnibus nostri Ordinis

Domibus tam Monialium, quam Fratrum (etiam Collegiis) Officium matutinum Apparitionis eiusdem Sanctissimae, die qua solemniter celebratur, media nocte cum solita solemnitate cantetur ——

7 Tertio statuitur: quod Sacerdotes celebrent pro sua intentione ~~celebrent~~ in die Ascensionis Domini =

8 Tertio statuitur, quod in domibus Novitiorum, Professorum et Studentium, omnes Clerici Choro deputati, teneantur, suffragia, ad quae ex Constitutione obligantur in Communitate cum sui Magistri assistentia, recitare: necnon omnia Anniversaria, Psalmosque Poenitentiales, quae ex lege nostra debent impleri, etiam praecipimus cum praedicta assistentia recitare. Fratres autem Obedientiae similiter in communi suffragia pro Defunctis debite impendant, assistente Vicario Conventus sive alio Sacerdote a Commendatore designato

Secundo statuitur: quod in Anniversariis Defunctorum Ordinis, Officium integrum debet recitari in choro, sed non post Matutinum divini officii, sed intra eandem diem tempore a Prelato ordinario disponendo —

Primo statuitur: quod Fratres Clerici et Laici teneantur duplicata suffragia pro Sacerdotibus Conventualibus persolvere, sicut Sacerdotes tres Missas pro non Sacerdotibus Conventualibus celebrant

Primo statuitur: quod qui septuaginta aetatis attigerint annos, liberi sint ab obligatione assistendi in choro, tam ad horas nocturnas, quam diurnas, nisi favente salute, vellint assistere ex devotione. Sexagenarios autem solum excipimus a matutinis precibus media nocte, praeter Festa primae et secundae classis, quae cum cantu celebrantur, adquae semper regulariter assurgant sicut et ad Orationem matutinam, nisi ob aliquam gravem causam exceptionem specialem a Prelato superiori obtineant

Distinctio 2a

1 Tertio statuitur: quod in omni Electione cuiuslibet Vocalis, sive ad Generale sive ad Provinciale Capitulum pertineat; (Patri V. G. (teneatur, et non sit ei liberum suffragari, si in Provincia ubi fit electio reperiatur praesens; si autem a Provincia absit, moneri debet a Provinciali, seu Praeside eiusdem Provinciae de Electione facienda: qui admonitus, teneatur, (et non sit ei liberum) mittere creare seu nominare Praesidem dictae Electionis: qui eandem vocem, sedem, et praepositionem intra Diffinitorium debet habere, ac si P. V. G. personaliter assisteret. Haec autem nominatio semper fiat in persona alterius qui sit extra Diffinitorium ——

2° Tertio statuitur: quod in omni Electione extra Capitulum faciendo suffragium Provincialis necessario debet concurrere, ~~etiam~~ si P. Rev. V. G. vel eius Praeses —

444

Impedita Electione suffragetur. Observanda tamen est nova Constitutio ad Calcem, in qua decernitur, quod in Omni Electione Vacantis Definitoris ipse P. R. V. G. vel eius Praeses, Provincialis, seu Vicarius Provincialis, et dies dantes Definitores debent Convenire =

3 Tertio statuitur et declaratur incompatibile esse in eadem persona Officium Commendatoris aut Procuratoris Generalis cum Officio Definitoris —

4 * Tertio statuitur; quod Definitores Actuales exempti sint a Jurisditione Ordinaria Commendatorum, itaquod Patri Provinciali sint immediate subjecti: qui etiam socios ad egrediendum eis assignabit: attamen in absentia Provincialis licentiam a Commendatoribus petant, tam ad egrediendum e domo, quam ad caetera Omnia, quae regulariter se offerunt: eadem quae exemptio, et immunitas in omnibus et singulis extenditur ad Patres, qui fuerint functi officio Vicarii Generalis *

Secundo statuitur quod Priores, PP. Ex Provinciales, et Ex Vicarii Provinciales ante Commendatores Hospitii sedeant: Definitores autem habitualis ab Officiis Diaconi et Subdiaconi sint exempti =

5 Primo etiam ~~[illegible]~~ Ex Definitoribus Conceditur, quod, qui quinquaginta annos attigerit ab officio Hebdomadarii, et Missae Ultimae sint exempti: necnon praecipitur Commendatoribus, ut nullatenus eos mittant ad Missas extra Domos nostras celebrandas; cuiuscumque aetatis sint —

8 Secundo statuitur, quod si Praeses Capituli Generalis a Patre Vicario Generali nominatus vel morte, vel infirmitate, vel alio accidenti, praedicto Capitulo ad cuius Praesidentiam fuit nominatus praepediatur assistere. Tunc, si facilis sit recursus ad P. R. V. Generalem, antiquior Capituli eum moneat, ut de alio Praeside sua potestate provideat: si vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin praedictum Capitulum Generale notabilem temporis moram patiatur: statuimus, quod in Praesidentia succedat Provincialis vel Vicarius Provincialis illius Provinciae, cuius filius est Pater Vicarius Generalis.

9 Secundo statuitur quod Officium Procuratoris Generalis Romanae Curiae, illico spiret, ubi sexennium impleverit: etiam si ob infirmitatem vel aliud legitimum impedimentum non accedat ad Generale Capitulum: Interim Vacante praedicto munere, succedere debet in Praesidentia et Regimine nostri Hospitii Frater ante nominatus a P. Vicario Generali, qui alius sit a Procuratore Vacante. Cui Praesidi caeteri Omnes obediant. ipse vero Praeses in negotiis Ordinis non se intromittat, donec novus Procurator accedat =

10 Secundo statutum fuit et admissum à dicto Capitulo decretum felicis Recordationis Sanctissimi Domini nostri Innocentij Papae XI quod incipit: Nuper pro parte: in quo prohibetur omnibus nostri Ordinis Praelatis localibus pecunias Capitales mutuo accipere, et superioribus quibuscumque ad id Consensum praebere nisi servato juris Ordine. qui quidem juris Ordo sic debet procedere: Ut post petitionem expressam et affirmatam maioris partis Conventus, accedat Consensus Praelati superioris cum Definitorio, etiam specialibus litteris affirmatus: Ita quod nullus ex superioribus sine Diffinitorum suffragio. Contra hoc decretum aliquid tentet sub poenis consentientis injure contra alienantes bona Ecclesiae =

11 Primo statuitur et a dicto pleno Capitulo declaratur, quod clausula Constitutionis nostrae, qua praecipitur, Ut Vicarius Generalis ex toto Religionis Corpore eligatur, sic ad praxim demum debet reduci, Ut inter tres Provincias, quae modo extant, et praedicti Corporis equalia sunt membra, alternativa successio in Vicariatu Generali servetur: Ita quod nullus ex Provincia, cuius filius in hoc Capitulo assumptus fuit ad dignitatem Religionis supremam, in duobus sequentibus assumi possit ad illam: sed jus subjecti elegibilis maneat in aliis duabus Provinciis, servata inter eas prioritate antiquitatis; taliter quod Baetica, quae prior est tempore, sit etiam prior in immediata dignitatis successione:

Declaratur tamen: quod si decursu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas vel plures, non ideo debent augeri alternationes, sed semper sunt reducendae ad tres Provincias modo stantes: Ita quod unum integrum sexennium tantum ad Baeticas, aliud ad Castellanas, et aliud tantum extendatur ad Insulas, et alias exigibiles extra Hispaniam.

Ut autem hanc alternationem cum equali honore et fructu unaquaeque Provincia possideat, statutum etiam est, quod vacante quouismodo possibili Vicariatu Generali extra Capitulum: tunc Provincialis Provinciae ex qua assumptus fuerat Vicarius Generalis, qui ab Officio decessit, Conuocet quatuor Diffinitores et Procuratorem Generalem, necnon ex Generales et ex Provinciales et ex Vicarios Provinciales, qui fuerint per biennium eiusdem tantum Provinciae: qui omnes intra unius mensis spatium et non ultra (vel quam primum fuerit possibile,) eligant Canonice successorem Vicarij Generalis.

=

Ex eadem Provincia, qui Universam Recollectionem gubernet, integrum
quo impleat sexennium a die Electionis sui Praedecessoris computandum:
et statim ac fuerit Electus censeatur ipso facto Confirmatus. In qua Congre-
gatione praesideat Provincialis Convocans, qui in simili eventu Praeses
Generalis Religionis constitutus a lege usque ad Electionem futuram.

Decernitur etiam, quod hac subsistente alternativa, et Vicis-
situdo Praelatorum Vitetur; nullus Commissarius Generalis cum sede et Voce
in aliqua Provinciarum instituatur, sed Pater Vicarius Generalis, in qualibet Provin-
cia, ad quam personaliter non potest accedere, debet nominare Visitatorem
Generalem ex Provincia Visitanda et non ex alia; iuxta formam praescriptam
in nostra Constitutione Dist. 2a Cap. 21. qui Visitator tantum habeat jurisdi-
ctionem et sedem in Domo, quam actualiter Visitat, et intra praecisos dies sex
Visitationis in praedicta Constitutione taxatos.

Similiter etiam stabilitum est: quod P. V. Generalis in Pro-
vinciis seu Provinciis, in quibus non est facilis recursus ad ipsum, nominet
per se judicem appellationis Causarum, qui suam judicaturam exerceat cum
iisdem Conjudicibus adjunctis, cum quibus P. V. Generalis in Causarum ap-
pellatione Convenit:

12. Primo statuitur: quod PP. qui Vicariatu Generali fuerint functi
in Omni Capitulo Generali Ordinis; necnon in Omni Provinciali Capitulo
suae Provinciae suffragium et Vocem habeant ad Omnes Electiones, caeteraque
actus qui in praedictis Capitulis determinantur; Verum ad alias Electiones, quae
extra Capitulum solent Occurrere, non suffragentur, nisi quando eorum Vota
pro absentibus subrogantur; necnon in Casu Vicariatus Generalis Vacantis
intra sexennium, ut supra dictum est.

13. Primo etiam statuitur et declaratur, quod praedicti Patres ex Vicarii
Generales, tam intra, quam extra Capitulum, seu ubicumque Convenerint,
sedem et locum ante Omnes Diffinitores Cuiuscumque Provinciae perpetuo
servent. eademque praecedentia declaratur pro Patribus ex Provincialibus, qui
actualiter fuerint Diffinitores, respectu aliorum Diffinitorum qui non extiterint
Provinciales =

14 Et primo statuitur, quod Patres Vicarij Generales, qui extra Capitulum ad complectionem sexennij fuerint assumpti, iisdem honoribus, privilegiis, suffragiis et exemptionibus gaudeant, tam in vita, quam in morte, quæ absolutis Vicariis Generalibus conceduntur; dummodo quadriennium integrum et completum prædicti exercuerint munus.

15 Primo statuitur: quod Socius seu Secretarius Generalis Ordinis et Patris nostri Vicarij Generalis, locum et sedem habeant immediate post Procuratores Generales et Redemptores, et ante ceteros Conventuales.

16 Primo statuitur: quod nullus in Vicarium seu Vicerectorem assumatur antequam trigesimum ætatis annum attingat =

17 Primo statuitur: quod Procurator Generalis Romanæ Curiæ ad Inspicienda… nostri Romani Hospitij Vestituare, iuxta antiquum morem in Constitutione nostra stabilitum. Hæc autem determinatio noviter facta est ex decreto Sacræ Congregationis Regularium, quæ petitionem quamdam ipsi præsentatam super hoc negotium expressis litteris remisit ad resolutionem præsentis Capituli Generalis =

18 Primo statuitur et in hoc Capitulo Generali præcipitur, quod nulla Provinciarum quæ conventuræ sunt ad Capitulum Generale, simul conveniat in uno Conventu cum alia ante tempus designatum a Constitutione ad conveniendum Capituli, nec in Domo Capitulari; verum nec in alia Domo Provinciæ ubi celebrandum est. sed cuilibet Provinciæ designentur a P. N. Vicario Generali Domus in quibus Capitulares expectent, usque ad præfinitum tempus a lege: neque Capitularis aliquis ex una Provincia conveniat cum altero Capitulari ex aliis, usque ad diem in eadem lege præfixum =

19 Unico statuitur: quod cum Capitula Generalia secundum Constitutionum nostram de sexennio in sexennium in Festo Pentecostes perpetuo celebrari debeat. Cumque insinuatio facta sit ab Eminentissimo D. Domino Cardinali Otthobono, totius nostri Ordinis dignissimo Protectore, quod futurum immediate Capitulum Generale celebretur in Pentecoste anni septingentesimi secundi: eodemque anno et tempore conveniat celebratio Capituli Provincialis Siciliæ: qua ratione difficilius possunt accedere ad tale Capitulum Generale Vocales prædictæ Provinciæ. ideoque necesse sit in prædicta occurrentia unum ex duobus Capitulis ante poni vel postponi: statutum, inquam, est, quod huius dubij resolutio remittatur, sicut in præsenti remittitur, arbitrio eiusdem Eminentissimi.

Domini Cardinalis Ottobono Protectoris nostri, qui suo Decreto et litteris dignetur, resolvere et praecipere, quodnam ex duobus praefatis Capitulis Observandum, deponi vel prorogari, cuius resolutioni obedientes, ex nunc, pro tunc tota praesens submittitur Congregatio =

Acta pro Uniformi Collegiorum Regimine —

1º Item statuitur: quod in omnibus nostri Ordinis Collegiis, hac Serie, horae Canonicae, et Missae cum Cantu fiant. Vesperae omnium Festivitatum primae classis, quae servantur a populo; necnon Conceptionis Purissimae, Sancti P. N. Petri Nolasco, Sancti Joseph, et Apparitionum Beatae Virginis de Mercede et Sancti Michaelis Archangeli = Item matutinum integrum Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, et feriae quintae Coenae Domini. In matutinis autem Sancti Patriarchae nostri, Sancti Joseph, Assumptionis, et Apparitionis Beatae Virginis de Mercede; et Sancti Michaelis Archangeli; necnon et Corporis Christi: Invitatorium, Te Deum et Benedictus, cantantur. In Festis autem secundae classis, quae a populo servantur; necnon cuiuslibet Sancti Ordinis nostri, Visitationis, Praesentationis; Te Deum tantum cantatur. Prima etiam in Vigilia Nativitatis Domini. Tertia, in die Pentecostes, et Nona, in die Ascensionis Domini cum cantu fiat.

2 Missa Conventualis in omnibus Festivitatibus supradictis indispensabiliter est canenda: necnon in feria quarta Cinerum: in omnibus Quadragesimae Dominicis; et in prima Adventus in Commemoratione omnium Defunctorum, tam Ecclesiae, quam Religionis. In Anniversariis Ordinis: et tandem omnibus anni Sabbatis Missa solemnis Beatae Mariae =

3 Item statuitur, quod omnes Lectores actuales teneantur assistere omnibus Vesperis, Matutinis, et Missis solemnibus Festivitatum primae Classis, necnon ad Missam Sanctissimae Virginis in Sabbato, et ad omnia suffragia, quae pro Fratribus decedentibus persolvuntur, atque etiam ad omnia Constitutionis Anniversaria =

4 Item statuitur, quod in quolibet Theologorum Collegio (singulo nominandi debent a Provinciali tres Lectores) unus ex eis specialiter designetur, ut Lectionem sacrae Scripturae methodo expositiva, vel Theologiae moralis, stylo scholastico suos discipulos doceat. Caeteri autem Lectores, tam Artium, quam Theologiae Scholasticae, Doctrinae a D. Thoma traditae, doceant, sub eius opinionibus

quæ Communitati visitantur in Schola Hieronymiana, et non in aliis, et hora prima Nonis a Lectura. Conclusiones autem, quæ in qualibet Hebdomada sustentantur, ab hora septima usque ad nonam post Vesperum, disputantur =

5 ... Item Statuitur: quod extra Adventum et Quadragesimæ Ecclesiæ tempus, concedatur Scholasticis in qualibet Hebdomada una Vacationis dies, in qua recreationis gratia egrediantur ad Rusticandum, si tempus faveat: quod si intemperatum fuerit tempus, eadem recreatio absque assistentia ad Orationem mentalem permittatur.

6 ... Item Statuitur: quod Scholasticus Conclusionis sustentaturus per duos antecedentes dies ab assistentia in choro sit exemptus, præter Orationem mentalem, a qua solum eximitur hora matutina diei immediate post prædictum exercitium, et horam Vespertinam eius diei Conclusionum. Lectori autem præsidenti, et Scholastico sustentanti portiuncula aliqua, ultra Communem, attento præsenti labore ministretur =

Statuta Specialia, quæ ad Provinciam Italiæ tantum pertinent

1° Constitutio: Provinciales Provinciæ Italiæ vel Siciliæ possunt pro suo libito Concionatores mittere toto tempore Quadragesimæ ad prædicationis ministerium, etiam si in loco ubi sunt Concionaturi, Conventus Ordinis nostri non sint, dummodo numquam sine socio mittantur =

2 Constitutio: Lectores actuales et Prædicatores, aliique Religiosi Litterati in publicis Conclusionibus possint argumentari =

3 Constitutio: Patri Vicario Generali possit libere Secretarium assumere ex Provincia Sicilia, non obstante qualibet Constitutione Contraria.

4 Item Statuitur, quod Provincia Sicilia, seu Italica (ut æqualitas servetur in omnibus) sit æqualis cum cæteris officiis, et honoribus. Itaque quod etiam possit assumi Procurator Generalis Romanæ Curiæ, alternativa servata cum aliis Provinciis Hispaniæ:

5 Item Statuitur: quod Provinciis Neapolitanus et Episcopij in Sabinis Recollectioni nostræ aggregati, Patri Provinciali Italiæ, seu Siciliæ subduntur eligendi sicut cæteri Conventus eiusdem Provinciæ

6

Secundo Statuitur quod pro DD. Electoribus Provinciæ Similiter qui in Capitulo Generali suffragati sunt, vel fuerint, pro[pter] tracta suffragia, quæ in more ex Constitutione, ipsis debent applicari; quilibet Conventus prædictæ Provinciæ teneatur duas Missas privatas offerre = Et primo: illis altera Missa Concreditur = = Conclusio Capituli:

Tandem ex decisivis Votis præsentis Capituli fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis anni Domini millesimi septingentesimi secundi, iuxta insinuationem Eminentissimi nostri Protectoris Cardinalis de Othobono, cui tota Congregatio Generalis committitur, omnique calculo, et quo spectat, difficultatibus propositis, eius decisionem, Cœnobium Sanctæ Ceciliæ Diocesis Tolatenæ, Vigilia Pentecostes, nobis annuente Votis Excellentissimo Domino, Duce Metymnæ Sydoniæ ad quem designatio Domus Capitularis, spectat, ex iure Patronatus Generalis totius nostræ Recollectionis —

Comitia hæc Generalia, supremo auxiliante numine finem feliciter attigerunt in eiusdem honorem Dei Optimi maximi, nec non Beatissimæ Virginis Mariæ de Mercede ab omni labe Originalis Culpæ in primo instanti suæ animationis præservatæ Sancti Prothoparentis nostri Petri Nolasco, omniumque Celestis Curiæ Sanctorum Die vigesima nona Mensis Decembris anno Domini a Virgineo partu millesimo, sexcentesimo, nonagesimo sexto, ab apparitione Beatissimæ Virginis Mariæ ad Fundationem nostri Ordinis quadringentesimo, nonagesimo, septimo et nostræ Recollectionis Ortu nonagesimo sexto.

Valeat inter lineas, clausula illa in margine descripta in præsenti Capitulo apposita: nimirum = Secundo Statuitur, quod prædicti PP. ex Provinciales et ex Vicarij Provinciales ante Commendatores Locorum sedeant: Diffinitores autem habituales ab officiis Diaconi et Subdiaconi sint Exempti = = Pr. Prov. de Italia = = Valeat etiam alia clausula marginalis circa tempus et horas recitandi officium Anniversarij Deffunctorum Ordinis =

Fr. Gasp. a S. Laurentio Vic. Gen.

Fr. Ioseph a S. Aug.[no]

Fr. Didacus a Sancto ... Prov. Bet.

Præses Cap.

Fr. Ioannes Andreas ab Assumptione Prov. Italiæ

Fr. ... a S. Ioanne Diffinitor

Fr. Franc. a S. Ambrosio Diffinitor

Fr. Andreas a Matre dei Diff.or Gn.lis

Fr. Philippus a S.to Hieronymo Diff.or G.lis

Fr. Joseph a S.to Hieronymo Diff.or G.lis

Fr. Antonius a S.to Raimundo Diff.or Generalis

Fr. Joannes a Divo Anttonio Diff.or Generalis

Fr. Fran.s a Iesu Maria Diff.or Gn.lis

Fr. Seraphinus a S.ta Katharina de Senis Diff.r, et Comisarius Gn.lis

1º. Primo die post festum omnium Sanctorum ordinis nostri non impedito festo duplici, fiat Anniversarium solemne cum integro defunctorum officio pro omnibus defunctis fratribus: omnes quę Sacerdotes pro eisdem defunctis ea die missas aplicent. =

2º. Omnibus nostri ordinis Sacerdotibus, preter eas Missas, quę eis cap. 25. distinctione 2ª. Conceduntur; Vltra Conceditur, ut pro sua celebrent intentione diebus Sancti Patris nostri Petri Nolasco, Epiphanię, Purificationis, Sancti Joseph, Annuntiationis (diebus, quibus hęc duo festa celebrantur) nec non Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Joannes Baptistę, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, Beatissimę Virginis Marię de Mercede, Conceptionis, Natiuitatis, et Assumptionis, eiusdem Deiparę, Sancti Raimundi Non nati, Sanctę Catharinę Virginis, et Martiris, et Sancti Antonii Abbatis, Sancti Laurentii Martiris, Sancti Petri Paschasii, omnium Sanctorum ordinis nostri, et Circumcisionis Domini, subrogando sequenti die Missas, quas Constitutio antiqua prima die Cuiuslibet mensis pro defunctis fratribus aplicat. =

3º. Festa inventionis Sanctę Crucis, Sanctę Annę, et Cuiuslibet Sancti ordinis nostri, nec non tota Epiphanię Domini octava inclusive â flagelatione eximantur, et declaratur quod festa principalium Patronorum, tam Diecesis, quam Loci, si festivè â Populo Servetur â disciplina eximantur: in ea autem Diecesi, vbi plures sunt Patroni principales, et festivè etiam Coluntur, eorum festa, ęqualiter â flagellatione excusentur. =

4º. Festa Cuiuslibet Sancti ordinis nostri (si intra adventum, et Septuagesimam non incidant) non ieiunentur. =

5º. Epistolę missę â Diffinitoribus ad Moniales, vel â Monialibus ad Diffinitores, nec Commendator, nec Commendatrix eas possit aperire, legere, aut occultare, sub pęna posita in nostra Constitutione. =

6º. Ad obviandas tot; tam Crebrasque legis, et obedientię fractiones, quas ex facilli ceilarum ingressu vbique ordinis nostri experti sumus oriri, permissum deinceps, est ut quilibet frater speciali sera, vel claui cellam suę habitationis occludat, ut ea quę permittuntur ad vsum maiori securitate Seruentur, nec ab extraneis, vel domesticis aliquid inde extrahantur. Vt autem hęc permissio debita Reformatione servetur; precipimus Commendatoribus vt clauem Communem (vulgo Magistram) secum habeant, quam alteri subditorum non tradant, vt ipsii solis

ille patefiant; Subditis autem Cuiuscumque gradus sitit, præcipimus sub præcep-
to formali Sanctæ obedientiæ, quod nullus speciali Claui, seu Vepagulo possit uti sub
pena gravioris Culpæ per quatuor menses, necnon privationis perpetuæ Cuiuscum
que Clauis. Excipiuntur tamen ab hac Vegula Communi Patres Redemptores, Pro
7° curatores Generales, et Conventuales.=
In omnibus nostris Recolectionis Conventibus speciale erigatur Altare in hono
rem, et titulum Beatissimæ Virginis Mariæ de Mercede, necnon Prima Cuiuslibet
Mensis Dominica fiat processio Cum imagine eiusdem Deiparæ intra Claustra,
Vel atria nostra: et ut tantum fundationis nostræ Sacræ Religionis beneficium
à nostra gratitudine nunquam excidat; etiam statutum est, quod in om-
nibus nostræ ordinis Domibus, tam fratrum, quam Monialium, etiam Collegiis
8° officium Matutinum Apparitionis eiusdem Sanctissimæ Virginis Mariæ
die qua Solemniter Celebratur, media nocte Cum solita Solemnitate Cantetur.=
Sacerdotes Celebrent pro sua intentione in die Ascensionis Domini.=

Distinctio Secunda

1 Ad observantiam Bullarum Santissimi Domini nostri Urbani Octavi
et Alexandri Septimi, quibus ad duo tantum triennia permittitur aliquem
eligi in officiis Commendatoris, aut Procuratoris Generalis Provintiæ, facta
est à quatuor Capitulis Generalibus Uniformis declaratio: quod, qui quatuor
annos Continuos in duobus triennijs, vel unum annum completum in uno triennio,
et totum immediate sequens triennium prædicta exercuit officia, in sequenti Ca-
pitulo non posit reeligi ad aliquod ex relatis offitijs, nec ad offitium Diffi
nitoris nec Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ: qui autem intra annum
ante Capitulum fuit electus, licet in tali Capitulo suffragium ferat, potest
reeligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia, quia illam
parvam temporis quantitatem pro nihilo ad triennij Computum reputamus.=
2 Electio Diffinitorum in Capitulo Provinciali non fiat per schedulas qua-
tuor nominibus Conjuntim in Capselam missas, sed pro quolibet Diffini
tore eligendo à capitularibus sumantur.=
3 Deinceps sint inhabiles ad officia Vicarij Generalis, Provincialis, aut Vicarij,
vel Præsidis Provincialis, et Diffinitoris, qui Cursus Sacræ Theologiæ, vel
Sacrorum Canonum integre non persolverint.=
4 In electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventualibus, per vota secreta,
nulus in sacris ordinibus non Constitutus suffragium ferat.=
5 Nulus posit eligi ad officium Procuratoris Generalis per duo Continuata
triennia; nec Procurator Generalis Romanæ Curiæ reeligi posit ad idem mi
nisterium, nec in toto sequenti triennio ad aliud suffragativum officium
pertinens ad Capitulum Provinciales, nisi ad Generalatum vel Provincia
6 latum ascendat.=
In nostro Romano Hospitio semper sint clavigeri, et Procurator Domus
per vota secreta Canonice electi, et quantum ad orationem mentalem, offi-
cium Divinum, et horarum Cantum, cæterosque actus in communi exercendos
ad litteram in prædicto Hospitio servetur, quod in Paragrafo de regimine
Collegiorum in hoc, et alijs Capitulis Generalibus decretum est.=

7 Procurator Generalis Romanæ Curiæ impedimento legitimo non adstrictus, ad Capitulum Generale venire teneatur: nec non præcipimus rationem dati, et accepti reddere, tam Visitatoribus, quam Capitulo Generali nominibus clavigerorum firmatam; quod si personaliter ad Capitulum venire non possit, eamdem rationem dati, et accepti ad idem Capitulum debet mittere.

8 Si P. N. Vicarius Generalis tempore celebrationis Capituli Generalis infirmitate, vel alio legitimo impedimento adstringatur: ita quod personaliter in prædicto Capitulo præsidere non possit, ius, et potestatem liberam habeat ad nominandum per se eiusdem Capituli Generalis Præsidentem, qui eamdem vocem, et sedem habeat, in omnibus eiusdem Capituli Generalis operationibus, ac si idem Pater Vicarius Generalis personaliter ibi adesset; ad eum modum quo decernitur Capitulo Provinciali in antiquas Constitutiones Cap. 6 Dist. 2. quod si ex tali infirmitate, qua prædictus P. N. Vicarius Generalis impeditus fuit Capitulo assistere, contingat mori: tunc talis Præses ab ipso nominatus in suo munere perseveret, tam in sede, quam in voce, usque dum solvatur Capitulum Generale.

9 Nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi, aut dividi sine consensu expresso, vel Capituli Generalis, vel P. N. Vicarii Generalis, et voto duplicis ad minus Diffinitorii; qui autem contra hoc decretum Bullam aliquam ausus fuerit impetrare (etiam si sit Provincialis) ipso facto maneat excomunicatus, privatusque officio, sede, et voce tam activa, quam passiva in perpetuum.

10 Patres, qui Provinciales absoluti, vel Vicarii Provinciales per biennium fuerint, locum, et sedem post Diffinitores actuales immediate habeant, servata inter eos officii prioritate, et non professionis antelatione: prædictosque eximimus ab officiis, quæ assignantur in tabula communi præter officia humilia præcandi, et verrendi. Redemptores etiam actuales, et Procuratores Generales Provinciæ sedem habeant immediatam post Vicarium Conventus, servato inter eos ordine antiquitatis in professione.

11 In omni electione cuiuslibet vocalis, sive ad Generale, sive ad Provinciale Capitulorum pertineat, P. Vicarius Generalis teneatur (et non ei sit liberum) suffragari, si in provincia ubi fit electio reperiatur præsens: si in provincia absit, moneri debet a Provinciali de electione facienda: qui admonitus teneatur (et non sit ei liberum) mittere, creare, seu nominare Iudicem dictæ electionis: qui eamdem vocem, sedem, et præpositionem intra Diffinitorium debet habere, ac si P. N. Vicarius Generalis personaliter assisteret, hæc autem nominatio semper fiat in persona alterius, qui sit extra Diffinitorium.

12 In omni electione extra Capitulum facienda suffragium Provincialis debet concurrere; etiam si P. N. Vicarius Generalis, vel eius Præses

In predicta electione suffragetur. Observanda tamen est nova Constitutio
ad calcem in qua decernitur, quod in omni electione vacantis Diffinitoris,
ipse P. Vicarius Generalis, vel eius Preses, Provincialis seu Vicarius Provincia
lis, et tres tantum Diffinitores debent concurrere.=

13 Incompatibile esse in eadem persona Officium Commendatoris, aut Procura
toris Generalis cum officio Diffinitoris.=

14 Diffinitores actuales exempti sint à iurisdictione ordinaria Commenda
toris, ita quod Patri Provinciali sint immediate subiecti, qui etiam socios ad
egrediendum eis assignabit. Attamen in absentia Provincialis licentiam
à Commendatoribus petant, tam ad egrediendum è Domo, quam ad
cetera omnia, que regulariter sese offerunt. Eademque exemptio et immu
nitas in omnibus et singulis extendatur ad Patres, qui sunt fuerint
officio Vicarij Generalis: et denuo declaratur, quod nomine Commen
datorum non intelligantur eorum Vicarij.=

Constitutio

15 Festum Santi Michaelis Arcangeli, quod iuxta ritum eclesie sub ritu dupli
cis maioris, et sine octava celebrare debemus, cum aparatus primi clas
sis, quoad cantum celebretur. Etiam declaratur, quod festum Santorum
ordinis nostri eadem solemnitate, et ritu canatur.=

Constitutio

16 In aniversario deffunctorum ordinis, officium integrum in choro recitetur, sed non
post Matutinum Divini officij; sed intra eandem diem, tempore à Prelato ordinarie
disponendo.=

Constitutio

17 Patres exprovinciales, et ex vicarij Provinciales ante Commendatores hospites se
deant: Diffinitores autem habituales ab offitijs Diaconi, et subdiaconi sint exenti.=

Constitutio

18 Si Preses Capituli Generalis à Patre Vicario Generali nominatus, vel morte,
vel infirmitate, vel alio accidenti predicto Capitulo ad cuius presidentiam
fuit nominatus prepediatur assistere: tunc si facilis est recursus ad P. N.
Vicarium Generalem, antiquior Capituli eum moneat, ut de alio preside
sua potestate provideat; si vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin
predictum Capitulum Generale notabilem temporis moram patiatur, (et
declaratur denuo, quod notabilis mora illa intelligenda est, que impedire
potest horam prefixam celebrationis Capituli) statuimus, quod in pre
sidentia succedat Provincialis, vel Vicarius Provincialis illius Provintie,
cuius filius est P. Vicarius Generalis.=

Constitutio

19 Officium Procuratoris Generalis Romane Curie illico expiret, ubi sexe
nium impleverit, etiam si ob infirmitatem, vel aliud legitimum impedi
mentum non accedat ad Generale Capitulum: tunc enim vacante predic
to munere succedere debet in presidentia, et regimine nostri Hospitij fratrum
ante à P. N. Vicario Generali nominatis, qui alius sit à Procuratore
vacante. Cui presidi ceteri omnes obediant, ipse vero Preses in negotijs
ordinis, non se intromitat donec novus Procurator accedat.=

Constitutio

Statutum fuit, et admissum a toto Capitulo decretum felicis recordationis Santissimi Domini nri Inocentij Papae Undecimi, quod incipit: Nuper pro parte: in quo prohibetur omnibus nri ordinis prelati localibus pecunias capitales mutuo accipere, et superioribus quibuscumque ad id consensum prebere; nisi servato Iuris ordine: qui quidem ordo Iuris sic debet procedere; ut post petitionem expressam et ob firmatam maioris partis conventus, accedat consensus prelati superioris cum Diffinitorio, etiam specialibus litteris obfirmatus, et idem Iuris ordo servetur ad consumptionem alicuius capitali in illis provincijs inquibus potest fieri, sine recursu ad Sedem Apostolicam; ita quod nullus superiorum sine Diffinitorum suffragio, contra hoc decretum aliquid tentet, sub peni contentis in Iure, contra alienantes bona eclesie =

Constitutio

21 Ex Diffinitoribus conceditur quod qui quinquaginta etatis annos attingerint ab officijs hebdomadarij et Miss. utrimq. sint exenti: necnon precipitur commendatoribus, ut nulatenus eos mitant ad Missas extra Domos, celebrandas cuiuscunque etatis sint ==

Constitutio

22 Et a toto pleno Capitulo declaratur, quod clausula constitutioni nrae, qua precipitur, quod P. V. Generalis ex toto corpore religioni eligatur, sic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres provincias, que modo stant, et prae dicti corpori equalia sunt membra, alternativa successio in vicariatu Generali servetur ita quod nullus ex Prov.a cuius filius in hoc et antecedenti Capitulo assumptus fuit ad dignitatem religioni supremam, in sequenti assumi posit ad illam ==

Constitutio

23 Declaratur tamen, quod si de cursu temporis aliquas Provinciarum dividatur in duas vel plures, non ideo debent augeri alternationes, sed semper sint restringende ad tres Provincias modo stantes; ita quod unus Generalis tantum ad Beticas, alius ad Castellas, et alius ad Siculas, et alias engibles extra Hispaniam extendatur =

24 Decernitur etiam quod hac subsistente alternativa, et ut multitudo prelatorum vitetur, nullus Comisarius Generalis cum voce, et sede in aliquas Provinciarum instituatur, sed P. V. Generalis inqualibet Provincia ad quam personaliter non potest accedere nominare debet Visitatorem Generalem ex provincia visitanda, et non ex alia iusta formam prescriptam in nra Constitutione dist. 2 Cap. 21. =

25 Et secundo conceditur dicto Visitatori Generali sedes et locus in omnibus Provintie conventibus ante Commendatores Hospites a die nominationis: similiter etiam stabilitum est quod P. V. Generalis in Provincias seu Provincijs in quibus non est facili recursus a dipsum nominet per se Iudicem apellationi causarum qui suam Iudicaturam exerceat cum eisdem conu dicibus adiuntis cum quibus P. V. Generalis in causarum apellatione concurrit. et secundo decernitur quod Iudex talis apellationis, qui semper debet ese Visitator sit liber a Iurisdictione ordinarias tam ipse quam secretarius ab ipso nominatus ==

Constitutio

26 Patres, qui vicariatu Generali functi fuerint, in omni Capitulo Generali ordinis,— necnon in omni Provinciali sue provintie, suffragium et vocem habeat, ad omnes electiones, ceteraque acta que in predicti Capituli determinantur

Verum ad alias electiones quæ extra Capitulum solent deuenire, no suffragentur; nisi quando eorum vota pro absentibus subrogantur.

Constitutio

27 Prædicti Patres ex Vicarij Generales tam intra, quam extra Capitulum, seu vbicunque concurrant sedem, et locum, ante omnes Diffinitores cuiuscunque Provinciæ perpetuo servent, eademque præcedentia declaratur, pro Patribus ex provincialibus qui actualiter fuerint Diffinitores, respectu aliorum Diffinitorum, qui non extiterint Provinciales.

Constitutio

28 Nullus in Vicarium, seu Vicerrectorem, indispensabiliter assumatur, antequam trigessimum ætatis annum attingat.

Constitutio

29 Socius seu Secretarius Generalis ordinis et P. V. Generalis locum, et sedem habeat immediate post Procuratores Generales, et Redemptores, et ante ceteros Conventuales.

Ponguese la distincion Primera

Distintio Prima

Constitutio

2 Commemorationes seu suffragia Sanctorum ordinis nri, quæ ex Apostolica Concesione indultum est recitari, omnibus diebus post Completorium in choro dicantur, necnon in officio Divino cum sunt Commemorationes et cleris, ante Commemorationem pro Pace.

Constitutio


10 In nris choris tam fratrum, quam Monialium semper recitetur post Completorium oratio illa, Sacrosanctæ et Individuæ Trinitati &. quam tot summi Pontifices laudabiliter aprovarunt. et pro Divini officij suplendi defectibus indulserunt. Cum fere omnes eclesiastici chori istam gratiam amplectantur: nec ob levissimum onus tan fructuosa indulgentia priventur.

Constitutio

1 Religio nra Kalendario Santorum Diocesis vtatur sicut regulariter vtuntur fere omnes religiones in Hispania: Donec contrarium decretum expresse constet ex autoritate Apostolica.

Constitutio

2 Qui septuaginta ætatis annos attingerint, sint ab obligatione assistendi in choro exenti tam ad Matutina media nocte, quam ad orationem mentalem cum prima mane (Nisi parentes salute velint assistere ex devotione) teneantur tamen assistere ad ceteras chori horas, preter dictas; Sexagenarios autem solum excepimus a matutinis precibus media nocte (preter festa primæ, et secundæ classis, quæ cum cantu celebrantur, ad quæ semper assurgant) sicut ad orationem matutinam, nisi ob aliquam gravem causam exemptionem specialem à Prelato superiori obtineant.



Statuta

Quæ Constitutionis Vim non sortiuntur, quia per tria Sexennia Continuata approbationem non obtinuerunt=

Distinctio prima

1 Secundo Statuitur quod in omnibus Conventibus Monialium pro qualibet Moniali quæ in aliquo eorum decesserit novem Missæ cum cantu Celebrentur loco eiusdem numeri Missarum quæ privatæ in suis Constitutionibus præcipiuntur recitari: Et si pro prædictis Missis persolvendas sit elemosinæ eorum Præsidenti Vicario aut Confesario nostri Ordinis sufficiat ea quæ pro Missa privata iusta morem illius loci solet persolvi.=

2 Secundo Statuitur et declaratur à toto Capitulo, posse Patres Provinciales Interpretare et dispensare circa Constitutiones prædictarum Monialium dum a Sede Apostolica, vel Capitulo Generali approbationem non obtinuerint, semper tamen iusta de causa, et si adfuerit gravissima poterit etiam dispensare circa reelectiones in officio Commendatricis, salva semper dispositione et decreto Sacri Concilij Tridentini Sessione 25 Cap. 7 de etate et qualitate eligendæ in Superiorem. Vbi non minor annis quadraginta præcipitur debere esse eligendam.=

3 Secundo Statuitur quod ad observantiam decreti Sacri Congregationis Regularium, circa Confesarios nostrarum Monialium præcipitur à Capitulo Generali non posse continuari in eodem Conventu prædictos Confesarios nisi per unum tantum Triennium, et insuper q. Patres Provinciales teneantur mittere Confesarios Extraordinarios temporibus à Constitutione designatis ita tamen quod Ordinarius Confesor tempore quo dicti Extraordinarij suum munus exercent nulatenus possint audire Confesionem alicuius Monialis nisi in Casu expreso in decreto scilicet in gravi periculo mortis=

4 Secundo Statuitur etiam, quod omnia bona, pecuniæ, scilicet elemosinæ, fructus, aut reditus radicum, aut Capitalium in unaquaque Provincia pertinent, tam de præsenti, quam de futuro, ad Beatificationes, aut Canonicationes cuiuslibet Servi aut Servæ Dei, non possint a solis Provincialibus administrari, custodiri, expendi, mutuari, vel cum ipsis aliquid emi, aut ad fructificandum censualiter imponi, sed in deposito, tribus clavibus clauso custodiantur, quarum unam habeat P. Provincialis, alias vero duas, duo Patres definitores antiquiores, ad expendendum autem, emendum, aut imponendum semper asistentia et votum decisivum omnium Diffinitorum sit necesarium, mutuari autem nulatenus unquam possint=

5 Secundo Statutum est à toto pleno Capitulo, quod Cellæ ubi nostri quatuor VV. fundatores è vita decesserunt in veneratione semper habeantur, et conserventur, ita quod nunquam demoliri, nec ad abitationem alicuius secularis, religiosi immo nec Prelati, aut Superioris ubi designari aut concedi, nec ad alios usus desertire possint sed

ad oratoria pro infirmis afficientur et exornentur, Monumentaque et aut epithafia, quæ antea in fronte prædictarum Cellarum pro Venerabili memoria affixa erant, iterum suis locis restituantur ut dictæ Venerabiles memoriæ semper conserventur =

6 Sexto Statuitur, quod pro Patribus qui munus Redemptoris, aut Procuratoris Romanæ Curiæ exercuerint, in qualibet conventu suæ Provinciæ præter communia suffragia, una Missa solemnis cum sua vigilia et responsorio canatur et declaratur tale suffragium debere fieri etiam si suffragia conventuali aut superioris habeant. Et primo conceditur quod prædicta Missa cum sua vigilia et responsorio extendatur ad omnes conventus cuiuscunque Provinciæ pro Patribus tantum qui sint vel fuerint Procuratores Generales Romanæ Curiæ =

7 Sexto Statuitur quod Sacerdotes pro sua intentione celebrent in festo cuiuslibet Sancti ordinis nostri =

8 Primo Statuitur a toto Capitulo Generali quod Patres Provinciales nominent duos Religiosos in unaquaque Provincia qui revideant, cognoscant et corrigant Constitutiones nostrarum Santi Monalium et sic revisæ et correctæ Capitulo Generali proxime futuro presententur ut aprobatæ Romam mitantur et a Sede Apostolica confirmentur =

9 Prima Statuitur quod in Conventibus nostrarum Monialium ubi tres Religiosæ professæ choro deputatæ et sanguinea sorores germanæ sint vel fuerint, minus antiqua illarum vocem activam non habeat in electionibus nec alijs determinationibus communitatis, donec deficiat aliqua ex antiquioribus =

[illegible] Missa Votiva B. V. M. de Mercede quæ omnibus anni Sabbatis prima mane post primam vel tertiam canitur semper sit in altari eiusdem SSmæ Virginis Mariæ sacrato. Et declaratur quod prædicta Missa semper debet cani de Misterio Aparitionis eiusdem B. V. cum duabus solis commemorationibus, exceptis diebus Sabbati Sancti, vigiliæ et festivitatis Nativitatis Domini et Sancti P. N. Petri Nolasco iuxta decretum Sacræ Congregationis sub die 10 decima Julij anni 1714 =

11 Et Secundo Statuitur quod si ocurrat festum Magnæ Solemnitatis quod a populo servetur semper eadem Missa propria de Aparitione canatur et tunc non debeat omiti Missa conventuali hora competenti, nisi tale festum sit de aliquo Misterio B. Virginis, quia tunc prædicta Missa prima mane omititur, cuius loco suficiet et suplebit Missa conventuali, quæ de Misterio ocurrenti hora tertia debet cani iusta ritum ab ecclesia determinatum. Si autem recitetur in choro de aliquo officio votivo, vel infra octavas aut festo eiusdem B. Virginis quod non servetur a populo predicta Missa quæ primo mane est canenda sit de officio post dictam tertiam =

12. Primo statuitur, quod quando iuxta predicta ocurrant due misse Sabbato Canende; post dimidiam orationis mentalis horam dicatur prima, et immediate missa aparitionis, ut dictum est. =

13. Primo statuitur, quod dies Sancti Patris nostri Petri Nolasco quocunque tempore vel die ocurrat, non ieiunetur, nisi alicubi sit ieiunium de precepto. similiter non servetur abstinentia nisi ocurrat feria sexta, vel sabbato. =

14. Item, decrevit Presens Capitulum, quod Patres Provinciales, quam primum exsequantur omnia ea, que ipsis Commisa sunt Circa memorias, Capelanias, alias ve Conventuum obligationes, ut omnium Ratio Capitulo Generali proxime futuro presentetur. =

15. Primo statuitur, quod in morte Cuiuscumque Diffinitoris actualis, vel alterius a iurisditione ordinaria exempti; si presens sit Pater Provincialis eiusdem Proviencie, associatus Cum Comendatore domus, vel eius preside ingrediatur Cellam Defuncti, antequam aliquid ex illa extrahatur, et que ad usum Communem pertinebit, Conventui tradantur; que vero ad officium, scilicet, literas, Causas, scripturas, sigilum, et alia similia Pater Provincialis accipiat. Si autem absens fuerit Pater Provincialis, Comendator, vel eius Presens Cum duobus Diffinitoribus, vel his deficientibus duobus ex dignioribus Domus, predicta exequatur. =

16. Primo Statuitur quod ad litteram observetur Caput 16 Distinctionis prime nostrarum Constitutionum, de Vestitu. et quod irremisibiliter aplicetur pena in dicto Capite transgresoribus taxata: et Prelato negligenti penas suspentionis ab officio per duos Menses, et si tam Prelatus quam Subditus reincidirint augeatur pena ad arbitrium superioris. et quia abusus inolevit ut aliqui fratres nostri ~~[illegible]~~ itinerantes portant Palium ex materia nobili et a nostro Statu aliena, Vulgo Capotes: a toto Capitulo precipitur, quod Patres itinerantes, vel alicubi extra Conventum abitantes; solum deferant Palium ex rudiori panno, Sargia, vel alias humili materia albi Coloris sub penis, in dicto Capite de vestitu ~~[illegible]~~ expresis, et supra dicto modo aplicandis. =

17. Primo Statum est a toto Capitulo, quod in omnibus Conventibus nostre Recolectionis designentur a Patre Provinciali unoquoque in sua Provincia Contionatores Conventuales, qui teneantur predicare Contiones omnes, que ex Consuetudine vel obligatione Conventuum debent predicari, quin hoc obstet ut Prelatus posit aliquas Contiones alijs Commitere predicandas. qui quidem Conventuales Contionatores postquam duodecim annos Continuos in alijs Conventibus et tres in principalioribus, ut quindecim adimpleantur, tale munus exercuerint, gaudeant exemptionibus et privilegijs que ex Diffinitoribus quinquaginta annorum Conceduntur: et dum tale munus exercent, excipiantur ab officijs Hebdomadarij et Misse, utrimque. et declaratur quod si Conventuales dicti Contionatores sint ex lectores, anni sue lecture Computentur ad numerum quindecim annorum



Distinctio Secunda

1 Primo Statuitur: quod deficiente per mortem vel aliud legitimum impe-
dimentum Præside Capituli Provincialis et non sit facilis recursus ad P. R.
Vicarium Generalem Præsideat in dicto Capitulo P. Provincialis vel Vicarius
Provincialis ne aliquam temporis moram patiatur. =

2 Primo Statuitur quod Visitator tantum habens iurisdictionem in Domo
quam actualiter visitat et intra præcisos sui Visitationis dies, a nris Consti-
tutionibus taxatos, Sedem et locum obtineat a die ingressus Domus
Visitandæ usque ad discessum ab ipsa dummodo non excedat numerum
Viginti dierum. =

3 Primo Statuitur et declaratur a toto Capitulo, quod quando alterna-
tiva Sucesio officij Vicarij Generalis pertinet ad Provinciam Syculam
debent assistere Capitulo Generali Saltem tres Vocales eiusdem Provinciæ.
et Si forsam in itinere per mortem vel aliud impedimentum legitimum
aliquis horum trium accedere non possit ad dictum Capitulum Generale
alij duo deferentes secum testimonium certum faciens prædictum impe-
dimentum Sufficiant, Ut ex dicta Provincia eligatur P. V. Generalis.
Si vero dicta Provincia prædicto modo assistere nequeat tunc electio fiat
ex prov.a Hispaniæ Cuius filius non est V. Generalis Præses; Servata tamen
iure provinciæ Siculæ ad futurum immediate Capitulum. =

4 Sexto Statuitur quod Procurator Generalis Romanæ Curiæ ad Prælaturam
nri Romani Hospicij restituatur, Iusta antiquum morem in nra Consti-
tutione Stabilitum. Hæc autem determinatio primo Statuta fuit in Capitulo
Antecedenti, Ex decreto Sacræ Congregationis Regularium, quæ petitionem quan-
dam ipsi præsentatam Supra hoc negotium, ex præsi litteris remisit ad re-
solutionem prædicti Capituli Generalis, quod Statutum ipsa Congregatio ap-
probavit per decretum in forma Brevis Sub datum Romæ die 6 Martij
anni Millessimi Sexcentessimi nonagessimi octavi in tali Capitulo præ-
5 sentatum et admissum. =

Et Cum in hoc presenti Capitolo alternatiua officii Procuratorii Generalis per-
tineret ad Provintiam Siculam iuxta declarationem iuvis in antecedenti Capitulo,
exorte fuerunt instantes dificultates et grabes, quæ ex libro Religionis ad longum
Constant, qua propter. Capitulum decreuit, ut electio presentis Procuratorii Gene-
ralis fieret in Subiecto Provintiæ Conceptionis, sicut de facto successit. reseruato dicto
iure iustitiæ Provintiæ Siculæ Concessum in Capitolo antecedenti Generali; usque dum
prædicta Provintia impetret a sede apostolica decretum separationis, aut disiunctionis
6 officii Procuratorii Generalis a Prelatura hospitii Romani. =

Secundo Statuitur, quod Procurator Generalis Romanæ Curiæ locum, et sedem habeant
in omnibus nostris Conuentibus immediate post Comendatores hospites; et Conceda-
tur ex Procuratoribus Generalibus Romanæ Curiæ privilegium, et exentiones, quæ Con-
ceduntur ex diffinitoribus quinquaginta annos habentibus. =

quod Patres Provinciales, cum diffinitorio suæ Provinciæ, annuatim petant a conuentibus suæ Provinciæ portiones
ad Communes, et inexcusales sumptus Religionis; conuentus qui teneantur petitas porciones persoluere: quæ
seruentur in Communi deposito Provinciæ, ut suis temporibus distribuantur, ratione seruata. =

[Left margin, partly cut off: + ...itulum / ...oxime fu... / ...n, executio / ...ndandam ; ...mo stat.: / ...nderatam / ...idem]

Acta

Pro Uniformi Collegiorum Regimine

Constitutio

1 In omnibus nostri ordinis Collegijs, hæc festa horæ canonicæ cum cantu fiant: Vesperæ omnium festivitatum primæ clasis, quæ servantur à Populo, necnon Conceptionis purissimæ, Sancti P. N. Petri Nolasco, Sancti Joseph, Aparitionum B. V. Mariæ de Mercede, et Sancti Michaelis Arcangeli. Item Matutinum integrum Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, et feria quinta in Cena Domini. In Matutinis autem S. Petris [struck through] et Sancti Joseph, Asumptionis, et Aparitionis B. M. V. de Mercede, Sancti Michaelis Archangeli, Corporis Christi, Epiphaniæ Domini, Conceptionis purissimæ Virg. Mariæ, Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli: Invitatorium, Te Deum, et Benedictus Canantur; in festis autem secundæ clasis, quæ à populo servantur, necnon cuiuslibet Sancti ordinis nostri, Visitationis, et præsentationis, Te Deum tantum canatur. Prima etiam in Vigilia Nativitatis Domini, Tercia, in die Pentecostes, et Nona in die Ascensionis Domini, cum cantu fiant.

Constitutio

2 Missa Conventualis, in omnibus festivitatibus supra dictis, inviolabiliter est canenda, necnon feria quarta Cinerum, in omnibus quadragesimæ Dominicis, in prima Adventus, in Commemoratione defunctorum, tam ederæ quam Religionis, in anniversarijs ordinis, et tandem omnibus anni Sabbatis, Missa solemnis B. V. M.

Constitutio

3 Omnes Lectores actuales teneantur assistere omnibus Vesperis, et Matutinis, et Missis Solemnibus festivitatum primæ clasis necnon ad Missam B. M. V. in Sabbato, et ad omnia suffragia, quæ pro fratribus decedentibus persolvuntur, atque etiam ad omnia Constitutionis anniversaria. Et primo Statuitur, quod debeant assistere Lithaniæ et Salve quæ Sabbato Canitur, et ad in communi vescendum.

Constitutio

4 In quolibet Theologorum Collegio (in quo nominari debent à Provinciali tres Lectores) tam ipsi, quam Artium, doctrinam à D. Thomas traditam doceant, subiens opinionibus, quæ communiter visitantur in Schola Thomistica Dominicæ, sub pænas privationis à lectura. Conclusiones autem, quæ in qualibet hebdomada sustentantur, ab hora septima usque ad nonam disputentur post Vesperum.

5. Tertio statuitur; quod in Theologorum Collegijs lectiones omnes sint Scholasticæ Theologiæ, et quod quilibet Lector Theologiæ teneatur mittere ad Diffinitorium infine

Cuiuslibet Cursus Materiam a se elaboratam, et lectam, et idem scriptoribus ordinis nostri precipitur, ut a difinitoribus Revideantur: et precipitur, quod nostra Constitutio circa lectiones oppositionis ad cathedras obtinendas inviolabiliter observetur. et primo statuitur, quod Patres Provintiales asignent lectoribus Theologie Materias quos in quolibet Cursu legere debent, et in Communi Bibliotheca reponantur, et serventur. =

6 Constitutio.

Extra Adventum et quadragessimam, eclesig tantum Concedatur Scholasticis una vacationis dies in qualibet Hebdomada; in qua recreationis gratia, egrediantur ad rusticandum si tempus faveat, quod si intemperatum fuerit tempus, eadem recreatio, absque asistentia ad orationem mentalem permittatur. =

Constitutio

Scholasticus Conclusiones sustentaturus, per tres antecedentes dies ab asistentia in choro, sit exemptus, preter orationem mentalem a qua solum excipitur hora matutina Dei immediate post predictum exercitium, et hora vespertina eiusdem diei Conclusionum. Lectori autem presidenti, et Scholastico sustentanti, porciuncula aliqua ultra communem, atento presenti labore ministretur. =

8. Secundo Statuitur: quod Nullus Lectorum actualium ante sextum lecture annum completum assumatur, aut eligatur ad officium Suffraganiorum Capituli Provincialis, vel Generalis. Conceditur tamen omnibus ex lectoribus, qui per annos novem Philosophiam, vel Theologiam legerint, ut gaudeant eisdem exceptionibus, que ex Diffinitoribus, quinquagintae annorum conceduntur. et primo Statuitur quod sit in potestate Superiori Provincialis amovere lectores, quoties convenienti sibi visum fuerit. =

Statuta Specialia

Que ad Provinciam Italie tantum pertinent

Constitutio

Provinciales Italie vel Sicilie, posunt pro suo libito Concionatores mittere toto tempore quadragessime ad predicationis ministerium, etiam si in loco ubi sunt Concionaturi Conventus ordinis nostri non sit, dummodo nunquam sine Socio mittantur = Constitutio

Lectores actuales et preteriti, aliique Religiosi litterati, in publicis Conclusionibus, posint Argumentari. =

Constitutio

P. Vicarius Generalis, posit libere Secretarium assumere, ex Provincia Sycula non obstante qualibet Constitutione Contraria. =

4 Constitutio

Provincia Sycula seu Italica (ut equalitas servetur in omnibus) sit equalis cum ceteris in officiis et honoribus; ita quod ex ea posit assumi Procurator Generalis Romanę Curię, alternativa servata cum alijs Provincijs Hispanię. =

5 Constitutio

Conventus Malleanię et Episcopij in Sabinis Recolectioni nrę aggregati, Patri Provinciali Italię seu Sycilię tradantur regendi, sicut ceteri Conventus eiusdem Provincię =

Constitutio

6 Patribus electoribus Provincię Syculę, qui in capitulo Generali suffragati sunt vel fuerint, preter ea suffragia, quę in morte ex Constitutione ipsis debent aplicari; quilibet Conventus predictę Provincię teneatur duas Missas privatas offerre, et illis altera Missa conceditur =

7 Secundo statuitur quod ~~Diff~~ electores syculi accedentes ad Capitulum Generale cuiuscunque etatis sint gaudeant privilegijs quę conceduntur Diffinitoribus Habitualibus quinquaginta etatis annos attingentibus, propter ingentem laborem itineris =

Conclusio Capituli

Tandem ex decisivis votis presentis Capituli, fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis anni Domini millesimi septingentissimi vigessimi tertij, Cenobium Corporis Christi Oppidi del Viso Diocesis Hispalensis in Provincia Bethica, Vigilia Pentecostes, nam annuente votis Excelentissimo Domino Duce

Methymnæ Sydonis, adquem designatio Domus Capitu-
laris spectat ex Iure Patronatus totius nræ Recolectionis.

Comitia hæc Generalia, supremo auxiliante numi-
ne finē felicitér attigerunt, in eiusdem honorem Dei
Optimi Maximi necnon Beatissimæ Virginis Mariæ de
Mercede ab omni labe Originali Culpæ in primo instan-
ti suæ animationis præservatæ, Sancti Proto Parentis N.
Petri Nolasco, Omniumque Celestis Curiæ Sanctorum,
die vigesima secunda Mensis Maij anno a virgineo partu millessimo
septingentessimo decimo septimo; ab aparitione B. Virginis Mariæ
et ad fundationem nri Ordinis anno quadrigentessimo nonagessimo nono
et nræ Recolectionis oriente Centessimo quarto decimo.

Fr. Ioan. de Sto. Marco V.G.

Fr. Ioannes Antonius ab Assumptione Preses.

Fr. Raymundus a S. Joseph Pro Mro.

Fr. Franciscus a Spiritu Sancto V.us Gnalis.

Fr. Thomas a Conceptione Diff. Gnalis

Fr. Ioannes a Divo Antonio Diff. Gnalis

Fr. Franciscus a S. Laur. Diff. Gnlis

Fr. Thomas a S. Ferdinando Diff. Gnlis

Fr. Ildefonsus a Sto. Mattheo Diff. Gnlis

Fr. Emmanuel a S. Cayetano Diff. Gnlis

Fr. Franciscus a Smo. Sacramento Diff. Gnlis

Fr. Carolus a Sto. Stephano Diff. Gnalis Apostolicus

De mandato P. N. V. Gnlis. et V. Capituli

Fr. Antonius a Sto. Iacobo Sec. Gnlis., et Capli.

Emi, et Rmi DDni: Non indegnati sunt EE. VV. recognoscere quanto iñ
Juris Constabilimento P. Vicarius Generalis Mercenariorum Hispaniarum Ordr
deputauerit Visitatorem a Prouincijs a quibus abfuit, et Judicem Appellationis
constabiliuerit ad refrenandam despoticam Prouincialium auctoritatem, et Subdi=
torum Recurrentium oppressionem euitandam, et quanta pariter Justitia debeat
eosdem in futurum deputare, et Constabilire, dum benigne rescripserunt = P.
Vicario Generali licuisse, et licere deputare Visitatorem, et Judicem Appellationis
uerum quia talimode rescribendo EE. VV. remonstrarunt Ordinis Constitutioni=
bus relationem habere, addendo resolutioni ad formam Constitutionum, Proinde
ad euitandum ne in Partibus ab Aduersarijs Rescriptum interpretetur, et illius
debita dilatetur executio, cum ad illam impediendam pretextus non deficiant, tanto
fortius, quod cum in mense futuro Maij celebratio Capituli immineat et precise in
dilatione unice totalem, et integram Victoriam Aduersarij retineant, Proinde humil=
lime supplicamus, ut EE. VV. non dedignentur prelaudato Rescripto (quod alias
prorsus inutile redderetur) addere = licuisse, et licere ad formam Constitutionum,
et Actorum Capitularium, sicuti obtineri speratur = Constitutiones enim Or=
dinis Mercenariorum nunquam Visitatorem destinarunt, nec unquam de Judice
Appellationis sermonem habuere, cum ipsarum Vice Commissarios Prouinciales
in Prouincijs destinassent, sicuti patet ex Jestu earumdem Constitutionum, re=
gistrat in Sum.o Propositionis Causæ N.° 1.° 2.° et 3.°, quapropter si in Rescripto
explicatur ad formam Constitutionum; et Constitutiones nunquam se expresse=
runt, nec cum Visitatore, neque cum Judice Recursus, tali casu in exequutione
decreti = licuisse P. Genli erit referens sine Relato, quod est Constitutio, et per
consequens nullius ualoris, et prorsus inexequibile. = Agnoscens Capitulum
Generale, quod isti Commissarij Generalitiam potestatem usurpabant, et Juris=
dictionem PP. Prouincialium fere ad nihilum extenuabant eorum auctorita=
tem limitarunt eos tantummodo deputando in Visitatores, et Judices Appel=
lationis, et hoc in casu Absentiæ P. Genlis ab illa Prouincia, in qua huiusmodi Vi=
sitatores, et Judices deputari, ista enim dispositio Capitularis per tria Conti=
nuata Capitula Sum.o de Propositionis N.° 4.° 5.° et 6.° Confirmata reman=
sit, ut liquet ex actis Capitularibus impressis in manibus impressis Emi
D. Cardinalis Ponentis, quapropter cum penes Capitulum Generale resideat
facultas a Constitutione Confirmata in f.° specifica d.° Summ. N.° 5 Ori=
ginali in manibus Emi Ponentis, quod omnes resolutiones, que per tria
Capitula Generalia Confirmata remaneant, habeant uim Constitutionum,
Proinde cum huiusmodi actus habeat uim Constitutionis, et orta sit questio inter
P. Vicarium, et P. Prouincialem Prouinciæ Castellæ super exequutione huiusmodi dispo=
sitionis Capitularis coram hoc Supremo Senatu porrecta fuit Instantia, ad hoc
ut declarari dignaretur, quod ad tenorem prelaudati actus Capitularis per tria
Capitula Generalia renouati P. Vicarius Generalis Ordinis facultatem ob=
tineat deputandi Judices, et Visitatores in Prouincijs, proinde Rescribendo

ad formam Constitutionum, et de hac Constitutione non loquenti se
modo dispositionibus Capitularibus, sequitur, quod nunquam resolu
quutioni demandabitur si exequi debebit ad formam Constitutionum
nunquam de tali re habuerunt sermonem — neque ullo unquam se
interpretari potest ut cadat, vel verificari possit in presenti casu
res est de actu Capitulari, que evasit Constitutio, unde rescribendum
Constitutionum referri possit ad fa. illius Actus iam in Constitutione
commutati, dum alio actus Capitulares nequit S. Sedes, sicuti d. fa
2.o quod denominentur Constitutiones, sed quod habeant vim Constitutionum
licet ideo inquantum ad effectum virtualiter sit idem, non tamen
quantum ad denominationem, et presens casus versatur in Controversia
nominationis interpretande in Rescripto, et non in eius Virtute; ideoque
removenda omnia dubia, et pretextus parti adverse, que alioquin
nequirent, pro petita, ut supra, declaratione supplicatur. —

Sacra Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium
negotiis, et consultationibus Eporum, et Regularium praeposita,
tis narratis, referente Emo Nicolao Spinola, censuit, et
declaravit, licuisse, et licere Vicario Generali deputare
Visitatorem et Iudicem recursus ad formam Constitutio-
num, et Actorum Capitularium. Romae 6. Februarii


Card.l Paulutius

[illegible]

...n la [illegible] de Madrid en seis dias del mes de Abril del
...año de mill setecientos y veinte y dos; Yo fr. Antt.° de la Madre
...o A[illegible] por Authoridad Apostolica y hordinaria; Certifico
...doy fee como en el referido dia entre dos y media de la tarde
...despues de visperas, me mando Nro. V. P. Rmo. fr. Juan de S. Marcos
...General de todo el horden de Mercenarios Descalzos Redemptores
...de Captivos Christianos tocar a Capitulo, como lo [illegible]
...o [illegible] estando juntos y congregados en el antechoro
...Nro. Pe. Rmo. Pe. General, como Ss. Provinciales, Diffinidores, con
...demas Religiosos de la Communidad que fue toda la mayor parte de ella
...n de Nro. Pe. Rmo. Gl. les notifique el decreto, de esta otra parte
...de la sacra Congregacion de obispos y Regulares dirigido al Rmo.
...a toda la Communidad, al que me remito y queda inserta en
...libro [illegible] de la Religion a fojas doscientas [illegible] al
...de el Capitulo Provincial que se celebro en la Provincia de la Corona de Castilla
...mo proximo pasado, Para que conste lo firme en el
...de Madrid, Conv.° de la Gloriosa Sta. Barbara en dho dia
...y año

En testimonio de verdad

fr. Antt.° de la Ma[illegible]



Jesus Maria Joseph

In nomine Santissimæ Trinitatis Patris, et Filij et Spiritus Sancti, et
Sub protectione Bmæ Virginis Mariæ de Merede, Dominæ ac
Patronæ nræ, Sanctissimique Protoparentis nri Petri No
lasco; Sancti Joseph deiparæ Sponsi omnium
que Sanctorum Amen.

Notorio sea á todos como enel Convto del Corpus Xpti dela Villa del Viso
Arzobispado de Sevilla, dela Provincia dela purissima Concepn de
Andalucia; de descalzos de nra Sra dela Merced Redempn de Cauts
En Catorze dias del Mes de Mayo de mill setecientos y Veinte y
tres años, Viernes enla tarde, auiendose Juntado para La Celebracion
del Capitulo General conforme á nra Sagrada Constitucion, y Breves de
la Santidad de Gregorio decimo quinto y Urbano Octavo, N. Rmo Pe Fr
Juan de Sn Marcos Vicario General, Presidente de dho Capitulo, el Rdo Pe
Fr Antonio de Sn Jacobo, Provincial dela Provincia dela purissima Concepn
en Andza los Rdos Pes Fr Diego de Sn Joseph, Fr Estevan de Sn Joseph, Fr
Juan de Sn Pedro, Fr Fran.co de Sn Ignacio difinidores Generales dela dha
Provincia y el Rdo Pe Fr Fran.co de Sta Maria Provl Apostolico dela Provincia de
del Sr Sn Joseph de Castilla, y los Rdos Pes Fr Pedro de Sta Barbara, Fr Fran.co
de Sn Buenav.ra Fr Marcos de Sn Antto difinidores Generales Apostolicos dela
dha Provª y el Rdo Pe Fr Xavier de Jesus Provincial dela Provincia
de N. Pe Sn Ramon de Italia y los Rdos Pes Fr Geraldo Maria de Sta
Ana y Fr Cayetano de Sta Rosalia, difinidores Generales dela dha
Provincia. Y el Rdo Pe Fr Florencio de Jesus Maria Provl General de
la Curia Romana y el Rdo Pe Fr Luis de Sn Juan Provl General dela
Provincia de Andª y el Rdo Pe Fr Manuel de Sn Phelippe Provl General
dela Provª de Castilla. Y el Rdo Pe Fr Symon de San Diego —— Provl
General dela Provª de Italia, que por todos son diez y siete Votos legi
timamte Congregados y Calificados para la eleccion de Vicario Grãl
de toda nra Recoleccion. Y auiendose leido el Nombramto del Exmo
Señor Duque de Medyna Sydonia, Patron Grãl de nra Sagrada
descalzez firmado desu mano su fha en Madrid á Veinte y dos de
febrero demill setecientos y Veinte y tres años en que asignaba por
Casa Capitular, en que se auia de Celebrar este dho Capitulo
el dho Convto del Corpus Christi dela Villa del Viso. Y el

[illegible] Gral. y de Capitulo, [illegible]
[illegible] dho Padre [illegible] N. R. P. Fr. Juan de [illegible] [illegible]
[illegible], en la qual conformandose con la ley les mandaba en [illegible]
mal de s.ta obed.a y pena de Excomunion Mayor [illegible]
si alguno tubiere de algun impedimento canonico de Persona, [illegible]
ó otro qualquiera del derecho en alguno de los dichos Vocales [illegible]
tase y dequiere dentro del termino de quatro oras [illegible]
Secretario del dho Capitulo desde la Notificacion dela dha [illegible]
Y el dho R. N. P. Gral leyo los §§ dela Constitucion Habemus [illegible]
folio 117, y el § Nullus audeat fol. 160. y el § ordinamus [illegible]
171 y el § statuimus fol. 220 que tratan delos penas delos [illegible]
[illegible] y solicitadores de Votos. Y luego en Cumplimiento delo [illegible]
por la Santidad de Urbano Octavo, Constitucion 23 que empieza [illegible]
[illegible] Dominus noster, hizo notorio y leyo el dicho Secretario [illegible]
Capitulo el Calido dela s.ta Inquisicion que Comprehende [illegible]
Constituciones Apostolicas en favor de dho Tribunal [illegible] que a todos [illegible]
Constase. Assimismo leyo el dicho Secretario la Tabla delos Reli-
giosos defuntos y Religiosas, que en las Provincias han muerto desde
el Capitulo Gral proxime pasado hasta este dho dia [illegible] Constitucion
[illegible] el sufragio y Commemoracion que dispone nra [illegible]
Y aviendo assimismo el dho N. R. P. Gral encargado á todos [illegible]
Vocales el Cuidado en Rogar á Dios por el Summo Pontifice, por
el Rey nro Señor y por todas las personas de ambos estados Ecle-
siastico y Secular, y hecho por todos la deprecacion que señala dha
Constitucion. Luego en Cumplimiento delo por ella [illegible]
[illegible] Cap. 2.o les hizo una Platica Espiritual en que [illegible]
los Exorto pusiesen los ojos para la dha Eleccion de [illegible]
en persona de Ciencia Virtud y Prudencia Omni Odio [illegible]
[illegible], mirando solo la mayor gloria de Dios el bien y aumento
espiritual de nra Sagrada Religion, sin atender á otros fines, ni [illegible]
petos particulares; Conque se Absolvio esta su primera [illegible]
El dia siguiente por la mañana, que se contaron [illegible]
ze del Mes de Mayo de mill setecientos y Veinte y tres años, [illegible]
[illegible] de Pentecostes, diciendose dho la Missa del Espiritu Santo
y Predicado el Sermon Literal como es uso y costumbre, y aviendo
Exortado y requerido, una dos y tres Veces á todos los Electores [illegible]
esen en V.o General persona que tubiese algun impedimento Canonico [illegible]
no de Excomunion, suspension, ó Entredicho ó otro alguno [illegible]
Y preguntado á mi el dicho Secretario, si alguno me avia dado [illegible]
que dho lo tubiese, ó alguno no pudiese ser Voto en esta Eleccion, [illegible]

pondido, que no ceso su Reuerencia la resolución General, que mandada la Constitución, y dicho el hymno *Veni Creator Spiritus*, hizo su Reuerencia el Juramento que la Constitución dispone sobre vna Cruz y un Missal, de que elegiria por Vic.^o General detoda nra Recolección ála persona mas digna y benemerita de dho Oficio, y enla misma forma hizieron el Juramento, segun su Orden todos los Vocales. Con que se procedio immediatam.^te ala dicha Eleccion de Vicario General, y tomando Cedulas de mi el Infrascripto Secretario y echandolas en vna Caxita de madera, que para ello estaba preuenida, llegaron á Regularlas con la asistencia de dho N. P. Vic.^o Gral. y del P. Provincial dela Prou.^a de S.^to Thō. del P. Prouincial dela Prou.^a de Castilla y P.^e Prouincial dela Prouincia de Italia, y de tres Padres difinidores de cada Prou.^a los mas antiguos de cada Prouincia vno, y se hallaron diez y seis Zedulas, con el nombre del P. Prouincial de S.^to Thō. fr. Antonio de Sn Jacobo y vna con el nombre del P.^e de Prouincia de S.^to Thō. fr. Juan de Sancti Spiritu, que por todos son diez y siete Votos, y assi quedó Canonicam.^te hecha la Eleccion de Vicario General detoda nra Recolección en la persona del P.^e fr. Antonio de Sn Jacobo * y Como a tal se le tomo Juram.^to Jurando de Gouernar la Religion Conforme á nras Constituciones y Regla, y assimismo Juro de guardar la Concordia hecha con nuestros Padres dela Obseruancia acerca del ministerio dela Redempcion = Y luego le dio la obediencia dho N. P.^e fr. Juan de Sn Mauro Presidente del Capitulo y todos los demas Vocales. Y entonando el Te Deum Laudamus fueron en procession hasta la Capilla mayor dela Yglesia de dho Conv.^to donde despues de acabado, y dichas las Oraciones que para este Caso dispone nra Constitucion se sento el dicho N. P.^e Vic.^o General electo en vna silla al lado del Evangelio donde de nuevo le dieron la obediencia assi el dicho N. P. Vicario General preterito, Como los demas Vocales, y Religiosos del Conv.^to reconociendole todos por Canonico y Legitimo Prelado General detoda nra Recolección.

Y el dia diez y seis de Mayo Como alas tres dela tarde mandó N. P. Vic.^o Genl tocar a Cap.^o y Juntos en el los Vocales, aquien pertenece la eleccion de Procurador Genl dela Curia Romana queriendo el Cap.^o por Conformarse Con lo decretado porla sag.^da Congreg.^on de Obispos y Regulares, q.^e por su decretto expedido en Roma el año de mill seiscientos y nouenta y ocho determino no se separase el Officio de Presidente de nro hospicio de Sn Juanino dela Procurasion Genl eligio en tal Procurador Genl dela Curia Rom.^a Sa[illegible] el M. R.^o P.^e fr. Xavier de Jesus Prov.^l dela Prov.^a de Castilla, releuando el [illegible]

* [illegible] de mi asiento y [illegible] en dicha sala [illegible] pidio al Capitulo [illegible] los ojos en otra persona, que quisiere lleuar la carga pesada del officio, porque su Reu.^a no se halla en vista de acabar de ser superior [illegible] tan a[illegible] y [illegible] y tam[illegible] templaban las [illegible] presentes, pero auiendo todo el Capitulo ofrecido assi [illegible] lo que se le [illegible] y pudiese ofrecer [illegible] Reu.^a Elegido [illegible] Vicario General, y


dela Prov.^a de Zecilia^nt y presento vna peticion por si y en nom
bre de su Prov.^a en la qual protextaba y protexto q no haciendo
el Cap.^o la eleccion de Procurad.^r Genl dela Curia Rom.^al en
sujeto hijo de su Prov.^a no asistiria a ningun acto Capitular, y q
a su Santidad y hecha esta protexta, se salio de la sala Capitular
Con los dos Diff.^res de su Prov.^a y quedandose en el Aula Capitular
las dos Prov.^as de España y Conferenciado lo q se debia responder
ala peticion de dha Prov.^a de Zicilia, decretaron lo siguiente;
por estar en latin, Como la peticion, se pone en el mismo idioma. =

Presentata, et Vissa in Capitulo generali, non est ausus predictus Capitulus
generale in hoc puncto resolvere ob reverentiã debitã sacræ Congregationis
Eporũ et Regularium, et Catholicæ Mayestati. Et decrevit Capitulũ generale
de quo fidẽ facio, die decima sexta, mensis Maij hora quinta post me-
ridiẽ Anni Dñi Millesimi Septingentesimi Vigesimi Tercij. = Fr. Philippus
a S.^to Francisco Secretarius generalis Capituli. =

Luego se levanto el Capitulo, y el Sr Secretario gen.^l y del Capitulo notifico
ala Prov.^a de Zicilia, a cada vno en su persona, el decreto de arriba; de que
pidieron traslado. = Y el dia diez y siette por la mañana, despues
de Conferenciadas, y Consultadas todas las dificultades acerca de dha
procurasion de Roma, Mando N. P. Vic.^o Genl tocar a cap.^o y juntos
en el los Vocales, Con la Prov.^a de Zicilia, desseando el Cap.^o evitar disturbios
bios, e inquietudes, q se podian seguir y originar de aussentarse de la
sala Capitular y Casa de Cap.^o dha Prov.^a de Zicilia, Como lo tenia protextado
bextado, acordaron las Prov.^as de España Concurrir a votar por Procurador
rad.^r Genl sujeto hijo dela Prov.^a de Zicilia, Con las Condiciones siguientes
tes. = Que ha de quedar acargo dela Prov.^a de Zicilia obtener y
alcansar dela Sag.^da Congreg.^on de Obispos y regulares, la separacion de la
procura gen.^l dela precidenzia del hospicio de Sn Juannino de Roma
Como Consta delas actas del Cap.^o gen.^l antecedente; y esto se ha de
entender, quando el Procurad.^r gen.^l sea hijo dela Prov.^a de Zicilia y
no quando sea hijo de vna delas Prov.^as de España, q entonces han
de andar vnidas la Procurasion Genl y la Precidensia. = Et interin
que no se alcanze el decretto y se remita a España amanos de
N. P. Vic.^o Genl y delas Prov.^as de España para q les Conste que se ha
fecho, no pueda tomar posession de dho officio de Procurad.^r general
el sujeto q se elligiere de dha Prov.^a de Zicilia, ni portarse Como

tal Procurad.^r Genl aunq^e sea para solicitar el efecto de dha
Separazion, y sele dan de termino por dho Cap.^o seis meses Contados
desde el dia q^e se selebrase la eleccion de tal procurad.^r general para la
solicitar dha separazion.. q Cumplido dho tiempo de seis messes y no
obtenida ni alcanzada dha separazion, queda el derecho a N. R. P. Vic.^o
General, o a su Presidentte, para elegir Procurad.^r general dela Romana
Curia sujetto hijo dela Prov.^a de Castilla. Cuia facultad desde aora
para entonces da el presente Cap.^o General a N. R. P. Vic.^o gen.^l Dn
Presidente &.^a = Y para q^e entre tantto los negocios dela Relig.^on por defecto
de Presidenzia no esten detenidos en aquella Curia, le da y dió el presentte
Cap.^o Genl poder Cumplido a N. R.^{mo} P.^e Vic.^o Genl para q^e por su Pattente
pueda nombrar y nombre Procurad.^r general dela Relig.^on en la Corte
de Roma, dela Prov.^a q^e mas bien visto le fuere, q^e para ello, se le da, dho
poder Cumplido, quanto aya lugar en derecho ═══ ═══ ═══
Vistas, oydas y entendidas por la Prov.^a de Sicilia las Condicio-
nes supra escritas, Convinieron en ellas, y resueltas todas las difficultades
q^e de vna y otra parte ocurrieron, Vnanimes y Conformes las votta-
ron, y resolvieron dilattar la eleccion de Procurad.^r Genl hasta la
siguiente Sesion ═══

En este mismo dia Como alas tres dela tarde Mando N. R. P. Vic.^o Genl
tocar a Cap.^o y en el se leyo vna peticion del R. P. Prov.^l de Sicilia, en
q^e por si, y en nombre de su Prov.^a de Sicilia, y Otorgo dela protextas
hechas en la peticion Antecedente, y prometio y prometio asistir a todos
los actos q^e se executasen durante el Cap.^o q^e lo tubo por bien, y pasando
ala eleccion del Procurad.^r Genl dela Curia Rom.^a auiendo tomado
Zedula los P.P. Capitulares, y echadolas en la Caxa, sacadas q^e fueron
Secrett.^o gen.^l y reguladas, se hallaron ocho zedulas Con el nombre
del R. P. fr. Nicolas Manuel de Sta M.^a = tres con el nombre del
R. P. fr. Geronimo de Sta Cathalina. = y dos Con el nombre del R. P.^e
fr. Ygnacio de Sn Ramon, q^e por todas hacen treze, Cong^e quedo
legitima, y Canonicam.^{te} electo por tal Procurad.^r Genl dela Curia
Rom.^a el dho P.^e fr. Nicolas Manuel de Sta M.^a ═══



Acta vim constitutionis habentia, quę ad primam distintionę pertinent.

Distinctio. 1.ª

1 Prima die 2 post festũ omniũ Sanctorũ Ordinis nr̃i, n̄ impedito festo duplici, fiat anniuersariũ solemne cũ integro defunctorũ officio pro omnibꝫ defunctis fratribꝫ: Oẽs q. Sacerdotes pro eisdem defunctis ea die missas aplicent. =

2. Omnibus nostri Ordinis Sacerdotibus prętex eas missas, quę eis ultra Cap. Vigessimo Septimo, distinctione secunda, Conceduntur. Ultra Conceditur, ut pro sua Celebrent intentione diebus S. P. N. Petri Nolasco, Epiphanię, Purificationis, S. Joseph, Anuntiationis; (diebus, quibus duo hęc festa Celebrantur) necnon Aparitionis S. Michaelis Archangeli; Ascentionis Domini, S. Joannis Baptistę S. S. Apostolorum Petri, et Pauli; B. V. Marię de Mercede; Conceptionis; Natiuitatis et Asumptionis eiusdem Deyparę; S. Raymundi Nonnati; S. Catharinę V. et M. et S. Antonij Abb. S. Laurentij M. S. Petri Paschacij; Omnium Sanctorum Ordinis nostri; et etiã in festo Cuiuslibet Sancti Ordinis nostri; et Circuncicionis Dni. Subrrogando sequenti die Missas, quas Constitutio antiqua primo die Cuiuslibet mensis, pro defunctis fratribus applicat. Et primo Conceditur illis, ut pro sua Celebrent intentione, in festo Corporis Christi. =

3. Festa Inventionis S. Crucis; S. Annę; et Cuiuslibet S. ordinis nostri; necnon tota Epiphanię Dni octaua inclusiue a flagelatione eximantur. Sin ea autẽ Diœcesi et declaratur, qđ festa principalium Patronorum, tan Diœcesis quam loci, si festiue a Populo seruentur, a dicisplina eximantur: In ea autem Diœcesi, ubi plures sunt Patroni principales, et festiue etiã colluntur, eorũ festa equaliter a flagelatione excussentur. =

4. Festa Cuiuslibet S. Ordinis nostri (si intra Adventum, et Septuagesima, non incidant) non jejunentur. =

5 Epistolas Ministris à Diffinitoribus admoniales, vel amoniabus ad Diffinitores, nec Commendator nec Commendatrix eas possit aperire legere, aut occultare, sub pena possita in nostra Constitutione. Et primo Statuere et determinatur à toto Capitulo generali, quod, qui ausus fuerit aperire, retinere, aut occultare Epistolam, sive Epistolas P. M. V. Generali, sive Provinciali nostras, si fuerit Prelatus, qui talem, vel tales Epistolas, aperuerit retinuerit, vel occultaverit, ipso facto, quod illi talis ablatio, apertio, seu occultio justificetur, Officio privetur. Si autem fuerit Subditus, poena in Constitutionibus taxate, irremissibiliter applicentur. =

6. Etiam statuere, et determinatum à toto Capitulo generali, quod, si aliquis ex fratribus nostris, Solicitaverit, vel Solicitasse inveniatur Epistolam, sive Epistolas, seu allud alliquod instrumentum, seu Principuum Autoritatem, ad protegendum alliquem ex Religiosis Nostris, contra Prelatorum Superiorum seu Inferiorum Autoritatem, talibus pretendentibus Solicitantibus vel ut a correptione, et Gubernio Regulari eximantur, hoc ipso, quod talibus justificetur, irremissibiliter applicentur pene, que in nostris Constitutionibus Capitulo Undessimo distinct. 2. Contra Conspiratores assignantur. Quod totum intelligatur, etiam pretextu deffentionis, sive alio Colore, vel pretextu. Et eadem poena applicabitur scientibus, et Superioribus statim non monentibus; et similiter, eadem poena applicabitur reo, tales Epistolas, autoritatem seu instrumenta Solicitanti. =

7 Etiam circa Epistolas, primo Statuitur: quod omnes Prelati locales nostri ordinis portus Epistolarum suis subditis remissarum solvant; et quod eas apperiant, et legant; servata tamen nostra Constitutione, dist. 1. Capitulo 15. in additionibus. Et si quid contra nostri Vivendi Statum in eis invenerint penas in Constitutionibus taxatas, subditis applicent. =

8 Ad obviandas tot crebras legis et obedientie fractiones, quas ex facilitate Cellarum ingressu ubique ordinis nostri experti sumus, expediens permissum de inceps, est, ut quilibet frater speciali sera vel Clavi Cellam, suae habitationis occludat, ut ea, que permittuntur ad usum, maiori securitate serventur, ne ab extraneis, vel domesticis aliquid inde extrahatur. Ut autem hec permisio debita Reformatione servetur, precipimus Commendatoribus, ut Clavem Communem (vulgo Magistram) secum habeant, que alteri Subditorum non tradant, ut ipsis solis Celle patefiant, subditis autem cuiuscumque gradus sint, precipimus, sub precepto formali Sancte Obedientie, quod nullus speciali Clavi seu repagulo possit uti, sub poenas

Orationes aliæ, seu quatuor Mensses, nec non per totum
perpetuæ Cuiuscunque Classis. Eximuntur tamen ab hac Regula
Communi P.P. Redemptores, Procuratores Generales, et Conven-
tuales.

9. In omnibus nostræ Recolectionis Conventibus Speciale erigatur
altare in honorem, et titulum B. V. Mariæ de Mercede, nec non
prima Cuiuslibet Menssis Dominica fiat processio Cum Imagine
Eiusdem Deiparæ intra Claustra, vell atria nostra: Et de novo
præcipitur a toto Cap. Generali, quod talis processio vespere
fiat, nisi allias ~~causa~~ adsit aliqua Urgentissima Causa, quia
tunc mane talis processio indispensabiliter debet fieri. Et ut
tanti fundationis nostræ Sacræ Religionis beneficium a nostra
ingratitudine numquam excidat etiam Statutu est, quod in
omnibus nostri Ordinis Domibus tan fratrum quam monialium, et
etiam Collegijs oficium Matutinum Apparitionis eiusdem SS.
Virg. Mariæ, die qua solemniter Celebratur, media nocte Cum
solita solemnitate Cantetur. =

Constitutio.

10. Commemorationes, seu Suffragia SS. Ordinis nostri, quæ ex Apos-
tolica Concessione indultum est Recitari, omnibus diebus post
Completorium in Choro dicantur, necnon in oficio Divº, Cum fuerit
Commemorationes Eclesiæ, ante Commemorationem pro pace. =

Constitutio.

11. In nostris Choris tan fratrum, quæ Monalium, semper Reci-
tetur post Completorium Oratio illa, Sacrosanctæ, et individuæ Trini-
tati &c. Quam tot Summi Pontifices laudabiliter approbaverunt, et
pro Divini Oficij Supplendis defectibus indulserunt. Cum fere omnes
Eclesiastici Chori istam gratiam Amplectantur: ne ob levissimum
onus tan fructuosa indulgentia priventur. =

Constitutio.

12. Religio nostra Kalendario SS. Diœcesis utatur, sicut Regula-
riter utuntur fere omnes Religiones in Hispania: donec Contrarium

decretum expresse Constet ex autoritate Apostolica.

Constitutio

13 Qui septuaginta Ætatis annos attingerint, sint ab obligatione assistendi in Choro exenti, tan ad Matutina media nocte quam ad Orationem mentalem, Cum prima mane (nisi fauente salute, velint assistere ex deuotione) teneantur tamen assistere ad cæteras Chori horas præter dictas; Sexagenarios autem solum exicipimus à Matutinis præcibus media nocte (præter festa primæ, et secundæ Classis; quæ Cum Cantu Celebrantur, ad quæ semper assurgant.) sicut ad Orationem Matutinam, nisi ob alliquam grauem Caussam exemptionem Specialem à Prælato superiori obtineant.

Constitutio

14 Fratres clerici, et Laici teneantur triplicata suffragia pro Sacerdotibus Conuentualibus persoluere sicut Sacerdotes tres missas pro non Sacerdotibus Conuentualibus Celebrant. Et præcipitur Vicarijs Conuentuum, sub pena suspentionis ab officio per duos menses, id obseruandum curent, ut absque remissione semper ad omnia suffragia persoluenda omnes laicos, et Clericos, qui sub Custodia Magistri non sunt, Convocet, et Cum ipsis prædicta suffragia Recitet; idem præcipitur Magistris Studentium, et Nouiciorum, sub eadem pæna.

Distinctio secunda.

1. Constit° Ad obseruantiam Bullarum SS. D. N. Urbani VIII. et Alexandri VII. quibus ad duo tantum triennia permittitur aliquem elligi in officijs Commendatoris aut Procuratoris Generalis Provinciæ facta est, a quatuor Capitulis Generalibus, Vniformis declaratio: quod, qui quatuor annos Continuos in duobus triennijs, vel Vnum Annum Completum in Vno triennio, et totum immediate sequens triennium prædicta exercuit officia, in sequenti Cap. non posit reelegi ad aliquod ex relatis officijs, nec ad officium Difinitoris, nec Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ, qui autem intra annum ante Capitulum fuit electus, licet in tali Cap. suffragium ferat, potest reelligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia, quia illam paruam temporis quantitatem, pro nihilo ad trienij Computum reputamus

2 Constitut° Electio Diffinitorum in Cap. Provinciali non fiat per Schedulas quatuor nominibus Conjuntim in Capsellam missas, sed pro quolibet Diffi-

3 Const. Diffinitore eligendo à Capitularibus Semanent.

De inceps sin inhabiles ad officiũ Vicarij Generalis, Provincialis, aut Vicarij, vel Exgeralis Provincialis, et Diffinitoris, qui Cursus Sacræ Theologiæ, vel Sacrorũ Canonum integre non persolverint.

4 Constit. In electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventualibus per secreta, nullus in sacris Ordinibus non Constitutus suffragium ferat.

Constitutio 5. Nullus possit elligi ad officium Procuratoris Generalis per duo Continuata triennia, nec Procurator Generalis Romanæ Curiæ reeligi possit ad idẽ ministerium nec in toto sequenti triennio ad alliud suffragativũ officium pertinens ad Capitulum Provinciale, nisi ad Generalatum, vel Provincialatum ascendat.

6 Constit. In nostro Romano Hospitio semper sint Clavigeri, et Procurator Domus per vota secreta Canonice electi, et quantum ad orationem mentalem, officium Divinum, et horarũ Canonicarum, Ceteros q. actus in Communi exercendos ad litteram in predicto hospicio servetur, quod in S. N. Regimine Collegiorum in hoc, et alijs Capitulis Generalibus, decretum est.

7. Constit. Procurator Generalis Romanæ Curiæ impedimento legitimo non adstrictus ad Capitulum Generale venire teneatur, nec non precipimus rationem dati, et accepti reddere, tan visitatoribus, quæ Capitulo Generali nominibus Claviferorum firmatam, quod si personaliter ad Capitulum venire non possit, tamen rationem dati et accepti ad idem Capitulum debet mittere.

8 Constit. Si P. N. Vicarius Generalis tempore Celebrationis Capituli Generalis, infirmitate vel alio legitimo impedimento adstringatur, ita quod personaliter in predicto Capitulo præcedere non possit, jus, et potestatem liberam habeat ad nominandum pro ea vice Capituli Generalis Presidem, qui eadem voce, et sedem habeat, in omnibus eiusdem Capituli Generali Operationibus, ac ...

Pater Vic. Generalis personaliter ibi adesse, ad eum=
modum, quo descernitur Capitulo provinciali in antiqua Constitu
tione Cap. 6. distinct. 2. quod si ex tali infirmitate, qua praedictus
P. N. V. Generalis impeditus fuit Capitulo assistere, Contingat mori:
tunc talis Preces ab ipso nominatus in suo munere perseveret,
tan in sede, quam in Voce, usque dum solvatur Capitulum Generale.

9. Constit. Nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi, aut dividi sine Con-
censu expreso, vel Capituli Generalis ~~Provincialis~~, vel Patris nostri Vicarij Gene-
ralis, et voto duplicis adminus Diffinitorij, qui autem contra hoc
decretum Bullae alliquam ausus fuerit impetrare (etiam si sit Provin
cialis) ipso facto maneat excomunicatus, privatus q. officiis, Sede,
et Voce tan activa, quam passiva in perpetuum. ==

Generales; Valga entre renglones — el Secret. del [illegible] Capitulo =

10 = Constitutio. Patres, qui Provinciales absoluti, vel Vicarij Provinciales per Vien-
nium fuerint, locum et sedem post diffinitores actuales immedia-
te habeant, servata inter eos officij prioritatem, et non pro-
fectionis antelatione: praedictos q. excipimus ab officijs, quae assig-
nantur in tabula Communi, praeter officia humilia fricandi, et verren
di. == Primo statuitur, praecipitur et declaratur a toto Capitulo Gene
rali, quod Provincialis ab officio per alliquod Crimen depossitus,
non gaudeat exemptionibus, et privilegijs ex Provincialibus Conce-
ssis, sed privatus honore, loci et sede in omnibus Communitatis
actibus, justa antiquitatem suae professiones sedeat, sicut et Caeteri
Conventuales. ==

11. Constit. Redemptores actuales, et Procuratores Generales Provinciae
sedem habeant immediatam post Vicarium Conventus, servato inter eos
Ordine Antiquitatis in professione. == Et de novo statuitur et decla
ratur a toto Capitulo Generali incompatibile esse Cum officio Redemp
toris alliquod officium sufragativum, sive ad Capitulum Generale
sive Provinciale pertineat. ita taliter quod Redemptor solum possit
esse Generalis Diffinitor: et hoc ipsum de Deffinitoribus Genera
libus, seu Chronologis intelligatur: et etiam denuo declaratur incom=
patibile esse in uno eodemq. subjecto, officium Redemptoris, Cum officio
Chronologi Generalis. ==

12. = Constit.º In omni electione Cuiuslibet Vocalis, sive ad Generale, sive ad Provincia
le Capitulum pertineat, Pater Vicarius Generalis teneatur (et non ei

deliberum) suffragari; si in Provincia ubi fit electio [illegible]
presens: si in Provincia absit moneri debet a Provinciali de elec-
tione facienda: qui admonitus teneatur (et non sit liberum)
mittere Creare, seu nominare Presidem dictæ electionis, qui eun-
dem locum, sedem, et propositionem intra difinitorium debet ha-
bere, ac si Pater noster Vicarius Generalis personaliter assiste-
ret, hæc autem nominatio semper fiat in persona alterius, qui
sit extra Diffinitorium. = Et denuo decernitur, et declaratur a
toto Capº Generali, quod Pater N. V. Generalis, vel eius Preses,
debet suffragari in electione Magistri Noviciorum, sive intra

13. Constitutio = sive extra Capitulum fiat. =

In omni electione extra Capitulum facienda suffragium Provincia-
lis debet Concurrere, etiam si P. N. V. Generalis, vel eius Preses
in prædicta electione suffragetur: Observanda tamen est nova Consti-
tutio ad Calcem, in qua decernitur, quod in omni electione vacantis
Difinitoris, ipse N. V. Generalis, vel eius Preses, Provincialis, seu Vica-

14. Constitutio rius Provincialis, et tres tantum Difinitores debent concurrere. =

Incompatibile est in eadem persona officium Commendatoris,

15. Constitº = Procuratoris Generalis, cum officio Difinitoris. =

Difinitores actuales exempti sint a jurisdictione Ordinaria Com-
mendatoris, ita quod Patri Provinciali sint immediate subjecti, qui
etiam Socios ad egrediendum eis assignabit. Attamen in absentia
Provincialis licentiæ a Commendatoribus petant, tam ad egredien-
dum e domo, quæ ad cætera omnia, quæ regulariter se se offerunt.
Eademque exemptio, et immunitas in omnibus, et singulis extendatur
ad Patres, qui functi fuerint officio Vicarii Generalis. Et secundo
declaratur, quod nomine Commendatorum, non intelligantur eorum

16. Constitutº Vicarii. =

Festum S. Michaelis Archangeli, quod justa ritum Ecclesiæ, sub
ritu duplicis Mayoris, et sine octava celebrare deuemus, cum apparatu
primæ Classis, quo ad Cantum celebretur. Etiam declaratur, quod fes-

17. Constitº = tum SS. Ordinis nostri, eadem Solemnitate et ritu cantetur. =

In anniversario Defunctorum Ordinis, officium integrum in choro
recitetur, sed non post Matutinum Divini officii, sed intra eam [illegible]
tempore a Prelato ordinº disponendo.

19 Constitº = Patres ex-Provinciales, et ex Vicarij Provinciales antea Commenda= 207
tores hospites cedeant. Difinitores autem habituales ab oficijs Diaconi, et
subdiaconi, sint exempti.

19 Constitº Si Preses Capituli Generalis à Patre Vicario Generali nominatus, vel morte
vel infirmitate, vel alio accidenti predicto Capitulo, ad cuius presidentiam fuit
nominatus, prepediatur assistere: tunc si facilis est recursus ad Patrem nostrum
Vicarium Generalem, antiquior Capitali eum moneat, ut de alio Preside, sua
potestate provideat, si vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin predictis
Capitulum Generale notabilem temporis moram patiatur, (et declaratur secundo
quod notabilis mora, illa intelligenda est, que impediri potest horam prefixam Ce=
lebrationis Capituli) Statuimus, quod in presidencia succedat Provincialis, vel
Vicarius Provincialis illius Provinciae, cuius filius est Pater Vicarius Generalis.

20 = Constitº Officium Procuratoris Generalis Romanae Curiae, illico spiret, ubi terenium
impleuerit, etiam si ob infirmitatem vel aliud legitimum impedimentum non
accedat ad Generale Capitulum: tunc enim vacante predicto munere succe=
deredebet in presidensia, et regimine nri hospicij Frater antea à P. Vicario
Generali nominatus, qui alius sit à Procuratore vacante. Cui presidi Ce=
teri omnes obediant, ipse vero Preses in negotijs Ordinis non se intromitat, do=
ne novus Procurator accedat.

21 = Constitº = Statutum fuit, et admissum à toto Capitulo decretum Felicis recordationis
SS. Dni nri Innocentij Pap. XI. quod incipit: Nuper pro parte: in quo prohibe=
tur omnibus nri Ordinis Prelatis Localibus, pecunias Capitales mutuo accipere, et
Superioribus quibuscumque ad id Concensum prebere, nisi servato juris ordine: quiqui=
dem Ordo juris sic debet procedere; ut post petitionem expressam, et confirmatam
maioris partis Conventus, accedat Consensus Prelati Superioris cum Difinitorio et vero
Spesialibus litteris obfirmatus, ~~et idem juris Ordo servetur ad accepciones~~ [illegible]

no vale Mariado ~~Capitalis~~: Qui autem contra hoc Decretum, ac Bullae alliquis aucus fuerit, primo
re, subijaceat penis contentis in jure contra allienantes bona Ecclesie. = Et primo
Statuitur: et precipitur à toto Cap. Generali omnibus nri Ordinis Prelatis lo
Calibus, et etiam Presidi nri Romani hospitij qd n posint petere mutuo causa ab=
aliqua persona, nisi usque ad mille ex regalia, (vulgo mill r^s. vellon) et si sit
necesse mayor pecuniarum quantitas sufragia Communitatis debet precedere, cum
petitione et licentia Provincialis et Difinitorij. = Et etiam precipitur in hoc Capitulo Ge
nerali, qd non posit Difinitorium prestare licentiam ad consumptionem Capitalis, et si fue
rit urgentissima causa erectionis, seu reparationis Domus accedat Concensus P. N.
Vic. Generalis, seu eius Presidij. = Et si Prelatus tempore Capituli pecunias quas
mutuo accepexit non solverit in tali Capitulo, non posset sufragari, et declarat
Capitulum, quod hoc in Commendatoribus non intelligatur. Et etiam statutum
est à toto Capitulo, quod Presidens nri Romani Hospitij non posit aliquo censu
vel Censibus, predictis Hospitij gravare ~~nisi~~ servato juris ordine, qd in praecedenti

Constitutione declaratur, et Casu, quo, prædictus Præsidens [illegible] pensationem super hoc ad Sacram Congregationem impetrare [illegible] tenuerit, tunc Capitulum Generale omnibus Religiosis in nostro [Ca]pitulo existentibus in Communi, et unicuique seorsim facultatem præbet ut apud eamdem Sacram Congregationem proclament, et simili modo præcipitur quod Patri N. Vicario Generali de tali atentatu ~~certum faciant~~ noticiam præbeant.

22 = Constitutio.

Cum Diffinitoribus Conceditur, quod, qui quinquaginta ætatis annos attingerint, ab officijs hebdomadarij, et Missæ [illegible] sint exenti: necnon præcipitur Commendatoribus, ut nullatenus eos mittant ad missas extra domos celebrandas, cuiuscumque ætatis sint. Et declaratur, a toto Capitulo Generali, quod diffinitores, qui per triennium completum officio Diffinitoris non fuerint functi, non gaudeant privilegijs, et exemptionibus ex Diffinitoribus Concessis. Et etiam declaratur a [toto] Capitulo Generali, quod qui ab officio Diffinitoris, ob aliquod crimen privati fuerint, nulatenus gaudeant supradictis privilegijs, et exemptionibus.

23. Constitutio =

A toto pleno Capitulo declaratur, quod Clausula Constitutionis nostræ, qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ex toto Corpore Religionis eligatur, sic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias, quomodo stant, et prædicti Corporis æqualia membra alternativa succesio in Vicariatu Generali servetur, quod nullus ex Provincia cuius filius in hoc, et antecedenti Capitulo assumptus fuit ad dignitatem Religionis supremam, in sequenti assumi possit ad illam.

24. Constitutio.

Declaratur tamen, quod si decursu temporis aliqua Provinciarum, dividatur in duas, vel plures, non ideo debent augeri alternationes, sed semper sint restringendæ ad tres Provincias modo [existen]tes, ita quod vicis Generalis tantum ad Castellas, alius ad Bethicas, et alius ad Siculas, et allias exigibiles extra Hispaniam extendatur.

25 Decernitur etiam: quod hac subsistente alternativa et in multitudo = 2o.
Prelatorum Vitetur, Nullus Comissarius Generalis Cum Voce et Sede in alliquo
Provincialium instituatur, sed P. V. Generalis in qualibet Provincia, ad quam
personaliter non potest accedere, nominare debet Visitatorem Generalem
ex Provincia Visitanda, et non ex allia juxta formam praescriptam in nostra
Constitutione, dist. 2. Cap. 21. =

26 Octerio Conceditur dicto Visitatori Generali sedes et locus in omnibus
Provinciis Conventibus ante Commendatores Hospites a die nominationis: Simi-
liter etiam Stabilitam est, quod P. Vic. Generalis in Provincia, seu Provin-
ciis, in quibus non est facilis recursus ad ipsum, nominet per se judicem
appellationis Caussarum, qui suam judicaturam exerceat Cum eiusdem Con-
judicibus adjunctis, Cum quibus P. Vicarius Generalis in Caussarum appe-
llatione Concurrerit; Quod totum iam Vim Constitutionis obtinuit, quia
praesens Capitulum Generale admisit Decretum Sacrae Congregationis Epis-
coporum et Regularium, inquo decernitur licentia eligere, datum Romae
die sexta februarij Ann. Millesimi, Septingentesimi Vigesimi secundi. = Et
Tertio decernitur, quod judex talis appellationis, qui semper debet esse Visi-
tator, sit liber ajurisdictione ordinaria, tan ipse, quam secretarius ab ipso
nominatus. =

27 Constitutio Patres qui Vicariatu Generali functi fuerint in omni Capitulo
Generali Ordinis, nec non in omni Provinciali suae Provinciae suffragi-
um, et Vocem habeat, ad omnes electiones, Cetera et acta, quae in prae-
dictis Capitulis determinantur. Verum ad allias electiones, quae extra Capi-
tulum Solent occurrere, non suffragentur; nisi quando eorum Vota, pro
Absentibus subrogantur. =

28 Constit. = Praedicti Patres Ex-Vicarij Generales tan intra, quam extra Capitulum,
seu Vbicumque Concurrant, Sedem, et locum, ante omnes Difinitores Quicumque
Provinciis perpetuo servent. Eademque praecedentia declaratur pro Patribus Ex-Pro-
vincialibus, qui actualiter fuerint Difinitores, respectu alliorum Difinitorum,
qui non stiterint Provinciales. =

29 Constit. = Nullus in Vicarium, seu Vicerectorem indispensabiliter assumatur, Antequam
Trigesimum Etatis annum attingat. =

30 Constit. = Socius, seu Secretarius Generalis Ordinis, et Patris Vicarij Generalis locum, et sedem habeat
immediate post Procuratores Generales et Redemptores, et ante Ceteros Conventuales.

Statuta, quæ vim Constitutionis non sortiuntur, quia per tria sexennia continuata, approbationem non obtinuerunt.

Distinctio 1.a

1 — Sextio statuitur: quod in omnibus Conventibus Monialium pro quali[bet] Moniali, quæ in aliquo eorum decesserit, novem Missæ cum cantu celebren[tur], loco eiusdem numeri Missarum, quæ privative in suis Constitutio[ni]bus, præcipiuntur recitari: et si pro prædictis Missis persolvenda sit elee[mo]syna, eorum Præsidenti Vicario, aut Confessario detur ordinaria sufficiens quæ pro Missa privata, juxta morem illius loci, solet persolvi. =

2 — Sextio statuitur et declaratur a toto Capitulo, posse Patres Provinciales inter[pre]tare, et dispensare circa Constitutiones prædictarum Monialium, quæ a Sede Apostolica, vel Capitulo Generali, approbationem non obtinuerint, semper tamen justa de causa, et si adsit gravissima, poterit etiam dispensare circa reelectiones in officio Commendatricis, salva semper dispositione, et decreto Sacri Concilij Tridentini Sess. 25. Cap. 7 de ætate et qualitate eligendæ in superiorem, ubi non minor annis quadra[ginta] præcipitur debere esse eligendam. =

3 = Sextio statuitur, quod ad observantiam Decreti Sacræ Regularium Congregatio[nis], circa Confessarios nostrarum Monialium, præcipitur a Cap. Generali non posse continuari in eodem Conventu prædictos Confessarios, nisi per unum tantum triennium, et insuper quod Patres Provinciales teneantur mittere Confessa[rios] extraordinarios temporibus a Constitutione designatis, ita tamen, quod ordi[narius] Confessor tempore, quo dicti extraordinarij suum munus exercent, nullatenus possint audire Confessiones alicuius Monialis, nisi in casu expresso in [De]creto scilicet, in gravi periculo mortis. =

4 = Sextio statuitur etiam: quod omnia bona pecuniæ, scilicet eleemosynæ, fructus aut redditus radicum, aut capitalium, quæ in una quaque Provincia existent tam de præsenti, quam de futuro, ad Beatificationes, aut Canonizationes cujus[li]bet sexus, aut sexus Dei et etiam cuiuscunque memoriæ, seu operis [...] sint a solis Provincialibus administrari, custodiri, expendi, vel cum ipsis aliquid emi, aut ad fructificandum censualiter imponi, sed in depposito [...] tribus clausis, custodiantur, quarum unam habeat Pater Provincialis, alias [...] duo Patres Diffinitores antiquiores. Ad expendendum autem, emendum, aut impo[nendum], semper assistentia et votum decisivum omnium Diffinitorum [...] sarium, mutuari autem nullatenus unquam possint. =

5. Sextio statuitur a toto pleno Capitulo, quod Cellæ ubi nostri quatuor [...] e vita decesserunt, in veneratione semper habeantur, et consequenter, ita quod [...]

demoliri, nec ad habitationem alicuius Secularis, Religiosi, immo=
nec Prelati, aut Superiores, Vti designari, aut Concedi, nec ad aliud Vsus=
deservire possint, sed ad Oratoria pro infirmis applicentur, et exornentur;
Monumenta, aut Epithaphia, quæ antea in fronte præfatarum Cellarum pro venerabili
memoria affixa erant, iterum suis locis restituantur, ut dicti P. P. memoria semper
Conserventur; et præcipitur cuilibet Commendatori prompta executio huius tam pij, ac de-
biti instituti. ==

Constitutio. — Statutum est: quod pro Patribus, qui munus Redemptores, aut Procuratores
Romanæ Curiæ exercuerint, in quolibet Conventu suæ Provinciæ, præter Commu-
nia suffragia, Vna Missa solemnis, Cum sua Vigilia, et Responsorio Canatur.
Et declaratur tale suffragium debere fieri, etiam si suffragia Conventualia
aut Superiores habeant. = Et secundo Conceditur, quod prædicta missa Cum
sua Vigilia et Responsorio extendatur ad omnes Conventus Cuiuscumque Provin
ciæ, pro Patribus tantum, qui sint vel fuerint Procuratores Generales Roma
næ Curiæ. ==

2 — Statuitur secundo: Quod in Conventibus Nostrarum Monialium Vbi tres
Religiosæ professæ, Choro deputatæ et sanguine sorores hermanæ sint, vel fuerint,
minus antiqua illarum, vocem activam non habeat in electionibus, nec alijs
determinationibus Communitatis, donec deficiat alliqua ex antiquioribus.

8 — Primo Statuitur, et declaratur dicto Cap. Generali, quod si in nostra Religio
ne inveniantur duo germini fratres, non possit esse Vnus ex eis Provincialis
et alter difinitor, seu Prelatus localis; et etiam præcipitur, quod Vnus frater
germanus, non possit esse Commendator et alter eius Vicarius; et hoc ipsum
intelligatur, quando Vnus ex eis est Vicarius Generalis, alter non possit esse Pro
vincialis. ==

2 Constitut.º — Missa Votiva B. Mariæ V. de Mercede, quæ omnibus anni Sabbatis summo
mane, post primam, vel tertiam Canitur semper sit in altari eidem SS.me
Virgini Mariæ Sacrato. = Et declaratur: quod prædicta Missa semper debet Ca-
ni de Misterio Apparitionis eiusdem B. V. Cum duabus solis Comme-
morationibus, exceptis diebus Sabbati Sancti, Vigiliæ, et festivitatis Nati-
vitatis Dni. et Sancti P. N. Petri Nolasco, juxta decretum Sacræ Congrega
tionis, sub die 11. julij anni 1711. = Primo Statuitur et præcipitur a
dicto Cap.º quod festum SS.me Virginis Mariæ de Mercede, Celebrandum fore
in omnibus nostrorum Conventibus, tam fratrum, quam Monialium die
24. Septembris, ut Religio Cum Ecclesia Conformetur: Attamen præcipitur
dicto Cap.º quod in Dominica prima Mensis Augusti fiat processio eiusde
Virginis Mariæ Matris nostræ pro actione gratiarum, in memoriam tanti
beneficij te Deum Canatur. ==

3 Tertio Statuitur: Et denuo declaratur quod in Ecclesia B. V. Mariæ de Merced Servetur jejunium, sed absque disciplina, eius autem ... dies, si in secunda vel quarta feria inciditur, exemptus sit ab abstinentia Carnium.

1. Tertio Statuitur: quod si occurrat festum Magnæ Solemnitatis qua... a populo Servetur Semper eadem missa propria, et Apparitionis ... et tunc non debeat Ommiti Missa Conventualis hora Competenti, ... tale festum sit de alliquo Misterio B. V. quia tunc prædicta Missa primo mane ommittitur, Cuius loco sufficiet, et supplebit missa Conventualis, quæ de Misterio occurrenti hora tercia debet Cani, juxta Ritum ab Ecclesia determinatum. Si autem Recitetur in Choro de alliquo ... Votivo, vel infraoctava aut festo eiusdem B. V. quod non Servetur à p... lo, prædicta missa, quæ primo mane est Canenda, sit de officio ... dictam tertiam.

11. Secundo Statuitur: quod quando juxta prædicta occurrant duæ mi... Sabbato Canendæ, post dimidiam orationis mentalis horam, dicatur ... ma, et immediate Missa Apparationis ut dictum est.

12. Secundo Statuitur: quod dies Sancti Patris Nri. Petri Nolasco ... tempore, vel die occurrat, non jejunetur, nisi alliubi sit jejunium de præcepto. Similiter non Servetur abstinentia, nisi occurrat ... Sexta, vel Sabbato.

13. Secundo Statuitur: quod in morte Cuiuscumque Diffinitoris actualis ... alterius à jurisdictione Ordinaria Exempti, si præsens sit Pater Provincialis eiusdem Provinciæ Associatus Cum Commendatore domus, vel eius ... cide, ingrediatur Cellam Defuncti, antequam alliquid ex illa extrahatur, et quæ ad Usum Communem pertinent, Conventui traddantur; quæ vero ad officium, Scilicet, literas, Causas, Scripturas, Sigillum, et allia similia, Pater Provincialis accipiat. Si autem absens fuerit Pater Provincialis, Commendator vel eius Præses Cum duobus Diffinitoribus, et his deficientibus, duobus ex dignioribus domus, prædicta exequatur.

Distintio Secunda

1. Secundo Statuitur: quod deficiente per mortem vel allud legitimum impedimentum Præside Capituli Provincialis, et non sit facilis Recursus ad P. R. V. Generalem, præsideat in dicto Capitulo, Pater Provincialis, vel Vicarius Provincialis, ne alliquam temporis moram patiatur.

2. Secundo Statuitur: quod Vissitator tantum habens jurisdictionem in domo, quam actualiter visitat, et intra præfixos dies suæ Visitationis à nostris Constitutionibus taxatos, Sedem, et locum obtineat à dicta...

ingressus domus visitandæ, usque ad discessum ab ipsa, dummodo non = excedat numerum viginti dierum. =

3\. Primo statuitur et declaratur ab hoc Capº licere superioribus extra tempus visitationis mutare Religiosum vel Religiosos de uno in allium Conventum quando ipsis visum fuerit conveniens. =

4\. Primo statuitur et declaratur ab hoc Cap. quod facultas in antecedenti Generali Capitulo Provincialibus data, ut annuatim peterent a Conventibus suæ Provintiæ portionem moderatam ad communes, et inexcusabiles sumptus Religionis: sic intelligi debet: quod tales portiones solum deserviant ad conducendam Provintiam ad Capitulum Generale vel ad alliquam causam urgentem pro bono Religionis, vel ad alicuius libri impressionem: sed ad = uextendum tamen venit, quod tales portiones ex erario nulatenus extrahantur absque licentia expresa P.N. Vicarii Generalis, et præcipitur sub precepto formali Sᵗᵉ obedientiæ Provinciali, et Difinitorio, ne ad allios præpter numeratos fines tales portiones extrahant. =

5\. Primo statuitur et præcipitur ab hoc Cap. Generali, quod omnes Prelati locales nostri ordinis in fine sui officii relinquant in suis Conventibus omne quod necessarium est ad victum, et subsistentationem Religiosorum, per quatuor menses; quod intelligendum est usque ad proximum Capitulum Provinciale, cuiuscumque Provintiæ, quia in sequenti, et alliis Capituli Provincialibus maneant dicti Prelati locales obligati ad eamdem provisionem per sex menses faciendam. = Et declaratur: quod si aliquis ex Prelatis maiorem provisionem relinquerint, maneat Prelatus subsequens obligatus ad ipsammet provisionem reliquendam. = Et de novo præcipitur: quod præ dicti Prelati locales non possint amis Conventibus vendere, usque ad proximum tempus ad Capitulum Provinciale concurrendi; quod totum præcipitur sub poena privationis ansuffragio in dicto Capº. =

6\. Primo statuitur: quod ad litteram observetur Caput 16. nostrarum Constitutionum de vestitu, distinctione 1. ~~[illegible]~~ et denuo declaratur, et præcipitur ut quatuor mensibus ante expletionem sui officii Prelati omnes teneantur mittere Patri Provinciali et Difinitorio certificationem nominibus suorum subditorum offirmatam, qua clare eo aperte constet, quod omnes vestitum habeant desentem vestitum tan interiorem quæ exteriorem ut a lege præcipitur; si vero contrarium autem fecerint, et tempore prefixo testimonium non misserint ansuffragio priventur, in illo Capº. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Quæquidem certificationes, seu testimonia ante celebrationem Capituli Provintialis debeant præsentari Patri nostro Vicº Generali, seu eius Presidi, ut constet de adimpletione, seu defecte ~~[illegible]~~ huius statuti seu præcepti. = Si autem Prelatus certo sciverit, vel iustificaverit, alliquem, sive alliquos Religiosos suæ Communitatis sua industria alliquas ellemosinas adquirirendas ad se vestiendam sufficientes.

tinc Prælatus maneat liber ab hac obligatione, et ...
sibe Subditi ad firmandum in libel Communi sint obligati ...
modo habitus interior et exterior sit justa legem, et hoc Prælato ...
dinario Constet. ==

7. = Secundo Statuitur, et declaratur a toto Capitulo, quod quando al-
ternativa Successio ofitij Vicarij Generalis pertinet ad Provintiam
Siculam debent assistere Capº. Generali saltem tres Vocales ...
Provinciæ, Et si forsam in itinere per mortem vel allud impe-
dimentum legitimum alliquis horum trium accedere non possit
ad dictum Capitulum Generale, allij duo deferentes secum
testimonium certum faciens predictum impedimentum suffi-
ant, ut ex dicta Provintia elligatur P. V. Generalis. Si vero
dicta Provintia predicto modo, assistere nequeat, tunc electio fiat
ex Provintia Hispaniæ, Cuius filius non est Vicarius Generalis
presens, servato tamen jure Provintiæ Syculæ ad futurum imme-
diate Capitulum. ==

8 Primo Statuitur: quod in quacunque instantia, in qua Vicarius Gene-
ralis Contra alliquem, vel alliquos Religiosos procedit, possit et ...
liberum designare Conjudices ex Difinitorio alterius Provintiæ
a qua, Reus, est filius, qui Conjudices maneant obligati ad Concur-
rendum et determinandum semel vocati, secundum qualitatem
Causæ, non obstante qualibet Constitutione Contraria. ==

Declaratio pertinens ad officium Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ.

Varijs, et gravibus dificultatibus circa officium Procuratoris Gene-
ralis Romanæ Curiæ exortis ut ad longum ex libro Religionis Constat,
quia iam ab Antecedenti Capitulo Generali pertinebat tale
officium ad Provintiam Syculam, seu hitalicam, precens Capitulum
decreuit sufragium dare (ut potest de facto dedit) ut officium Pro-
curatoris Generalis separaretur a Presidentia nostri ... hos-
pitij Sancti Joannis in Campo Marzio, si nostris annua Votis ...
Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium, manente obligatio-
ne ex parte Provintiæ Syculæ, talem separationem impetrandi
intra tempus sex mensium, qui a die electionis talis Procurato-
ris Generalis numerari debent; et dum talis separationis decretum

impetratum et Consequtum non fuerit, et similiter Patri Vicario Generali, et Provinciis Hispaniæ manifestatum non possit sui officii posetionem assumere, qui ex Provinciis Hispaniæ Seculo Procurator Generalis electus fuerit, neque in negotiis Ordinis se intromittat, quamvis sit Causa solicitandi talem separationem.

8 Et quia defectu providentiæ in hoc tempore negotia Religionis Eximentum non patiatur, Præsens Capitulum Generale Patri nostro Rmo. Generali plenam facultatem dedit ut ex Provintia, quæ sibi bene Visum fuerit, deputet, et nominet Religiosum, qui in tali Romana Curia negotia Religiones tractet, et peragat, cum omnibus privilegiis, et exemptionibus, quibus gaudet Procurator Generalis absolutus; et si intra prædictos sex menses separatio Procurationis Generalis a Prælatura nostri Romani Hospitii S. Joannis in Campo Marzio, obtenta non fuerit, Pater N. V. Generalis, seu eius Præses, Cum Provincia Castellæ elligat Procuratorem Generalem Romanæ Curiæ ex ipsa Castellana Provintia; et hanc facultatem præsens Capitulum Generale P. N. V. Generali, seu eius Præsidi, ex nunc, pro tunc dat, et Concedit. Et si Conditio proposita verificatur obtinendo separationem Procurationis Generalis a Præsidentia N. Hospitii S. Joannis in Campo Marzio assignetur tali Procuratori Generali Seculo habitatio in Hospitio S. Joanni ante Portam latinam in Urbe.

9 Nono Statuitur: quod Procurator Generalis Romanæ Curiæ locum, et Sedem habeat in omnibus nostris Conventibus immediate post Commendatores hospites; et Conceditur ex Procuratoribus Generalibus Romanæ Curiæ privilegium, et exemptiones, quæ Conceduntur ex Difinitoribus quinquaginta annos habentibus.

10 Primo Statuitur, et præcipitur a toto Capº Generale, quod nullus Religiosorum nostrorum, nec verbo, nec in scriptis nominet alliquem ex Religiosis nostris titulo lectoris, nisi illis tantum in actuali lectoris exercitio degunt. Similiter præcipitur: Ne Patres ex-Provinciales titulo Patris nostri ab aliquo vocentur; quia talis denominatio solum est debita P. N. Rmo. Generali, et eius prædecessoribus, nec non Patri Provintiali actuali in sua Provintia ut Constat in nostra Constitutione distinct. 1. Cap. 11. Quodquidem præcipitur sub pœnis in eadem Constitutione Contentis.

11 Primo Statuitur: et a toto Capº decernitur quod nullus ex Religiosis nostris possit extra Religionem alliquem titulum honorificum, sibi et Conceda-

Continuationis Regij, Consultoris seu Chalificatoris Officij, sine licentia expresa Unius ex superioribus, et praemonitatis antea Benefactoribus, qui illi ad obtinendum talem titulum eleemosinas impartiuntur. =

Acta pro Uniformi Collegiorum Regimine

1. Constitutio. In omnibus nostri Ordinis Collegiis haec festa horae Canonicae cum Cantu fiant: Vesperae omnium festiuitatum primae classis quae servantur a populo: necnon Conceptionis Purissimae, S. Patris nostri Petri Nolasco, S. Joseph, Apparitionum B. V. Mariae de Mercede, S. Michaelis Archangeli. Item Matutinum integrum Natiuitatis Dni; Resurrectionis, Penthecostes, et feria quinta in Caena Dni. In Matutinis autem Sancti P. N. et S. Joseph, Assumptionis et Apparitionis B. V. Mariae de Mercede, S. Michaelis Archangeli, Corporis Christi, Epiphaniae Dni. Conceptionis purissimae V. Mariae, Natiuitatis S. Joannis Baptistae, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli; invitatorium, Te Deum, et Benedictus, Canantur. = Ydenus praecipitur idem debere fieri in die Assentionis Dni. In festis autem secundae Classis, quae a populo servantur, necnon Cuiuslibet Sancti Ordinis nostri, Visitationis, Praesentationis, Te Deum tantum Canatur. Prima etiam, in Vigilia Natiuitatis Dni: Tertia, in die Penthecostes, et Nona, in die Assentionis Dni. Cum Cantu fiant. =

2. = Constitutio. Missa Conventualis in omnibus festiuitatibus supradictis in... labiter est Canenda, necnon feria quarta Cinerum, in omnibus Quadragessimae Dominicis, et in prima adventus in Commemoratione defunctorum, tan Eclesiae, quae Religionis, in anniuersariis ordinis et tandem omnibus anni Sabbatis, Missa Solemnis B. V. Mariae. =

3. Constitutio. = Omnes lectores actuales teneantur assistere omnibus Vesperis, et Matutinis, et Missis solemnibus festiuitatum primae Classis necnon ad Missam B. V. Mariae in Sabbato, et ad omnia Suffragia quae pro fratribus decedentibus persolvuntur atque etiam ad omnia Constitutionis anniuersaria. = Et secundo statuitur, quod debeant

asistere litaniæ, et Salve, quæ ibidem canitur, et ad in Communi deserendum. =

4. Constitutio. In quolibet Theologorum Collegio, in quo nominari debent a Provinciali tres lectores) tan ipsi, quæ Artium, doctrinam a Div. Thoma traditam doceant sub eis opinionibus, quæ Communiter assistantur in Scola Thomistica Dominicana, sub pæna privationis a lectura. Conclusiones autem, quæ in qualibet hebdomada subtentantur, ab hora septima usque ad nonam post vesperum disputentur. = Et declaratur a toto Cap.o Generali quod Asignatio lectorum, taliter explicata, non possit præjudicare autoritate P. N. Vicarij Generalis, tan in hoc, quam in allijs quæ ex Cap. 6 disfinitione 2a. Cap. 6. Constat. Et si alliquis ex Provincialibus Contravenerit, seu litem alliquam super hoc ~~vel allud~~ mouerit, puniatur pœnis inobedienti correspondentibus. =

5 Constitutio. In Theologorum Collegijs lectiones omnes sint Scholasticæ Theologiæ, et quod quilibet lector Theologiæ teneatur mitire ad Disfinitorium, in fine cuiuslibet Curssus Materiam ase elaboratam, et lectam, et idem scriptoribus nostri Ordinis præcipitur, ut a Disfinitoribus reuideantur; et præcipitur, quod nostra Constitutio circa lectiones oppositionis ad Cathedras obtinendas, inviolabiter obseruentur. = Et secundo statuitur, quod Patres Provinciales asignent lectoribus Theologiæ Matherias, quas in quolibet Curssu legere debent; et in Communi Bibliotheca deponantur, et seruentur.

6. Constitutio = Extra aduentum, et Quadragesimam Caleris tantum Concedatur Scholasticis in qualibet hebdomada, una vacationis die, in qua recreationis gratia egrediantur ad Rusticandum, si tempus faueat, quod si intemperatum fuerit tempus, eadem Recreatio absque asistensia ad orationem mentalem permitatur. =

7. Constitutio = Scholasticus Conclusiones subtentaturus, per tres antecedentes dies ab asistensia in Choro sit exemptus, præter orationem mentalem, a qua solum excipitur, hora matatina diei immediate, post prædictum exercitium, et hora vespertina eiusdem diei Conclusionum. Lectori autem præsidenti, et Scholastico subtentanti, portiuncula alliqua vltra Communem, attento præcenti labore, ministretur. =

= Statuta Spesialia, quæ ad Provintiam Italiæ tantum pertinent.

1. Constitutio Provinciales Italiæ, vel Syculæ, possunt pro suo libito, Concionatores mittere toto tempore quadragesimæ, ad prædicationis ministerium, etiam si in loco, Vbi sunt Concionaturi, Conuentus Ordinis nostri non sit, dummodo nunquam sine socio mittantur. =

2 Constitutio. Lectores actuales, et preteriti, alijque Religiosi ... in publicis Conclussionibus possint argumentari = Et ... Conceditur â toto Capº: quod lectores, qui novem annos ... losophiam, aut Theologiam legerint, gaudeant eisdem exem ptionibus, quæ ex Difinitoribus quinquaginta annorum Conce duntur, dummodo quod novenium completum esse coram suo Provintiali, et Difinitorio probauerunt, et quod ut gau deant dictis exemptionibus Certificatio a toto predicto Difinito rio, ... Subscribatur: et si quæ exemptiones sunt absque prædictis Solemnitatibus, intelligantur nullæ. =

3. Constitutio. Pater Vicarius Generalis posit libere Secretarium assu mere ex Provintia Sycula, non obstante qualibet Constitu tione Contraria. = .

4 = Constitutio. Provincia Sycula, seu italica (ut equalitas servetur in omni bus) sit equalis Cum Cæteris in officijs, et honoribus, ita quod ex ea posit assumi Procurator Generalis, Romanæ Curiæ, alterna tiva servata Cum allijs Provincijs Hispaniæ. =

5. Constitutio. Conventus Malleani, et Episcopij in Sadinis Recolectioni nostræ aggregatæ, Patri Provinciali Italliæ, seu Syciliæ, tradantur regendi, sicut Cæteri Conventus eiusdem Provintiæ. Et quia ab ... sus inolebit, ut Pater Provincialis Provintiæ Syculæ per se Solum ... Presidem Provintialem pro Conuentibus Italliæ nominaret, ... tutum fuit primo a toto Capº quod de inceps non posit à Patre Provinciali Cycilia, fieri denominatio talis Presidis Pro vincialis, Precipiens Provintiali pro tempore existenti, ut per se vel per suum Visitatorem tales Conuentus visitare teneatur, ut precipitur in nostra Constitutione; ita taliter quod finita Visitatione jurisdictio, et oficium Visitatoris expiret.

6 Constitutio. Patribus Electoribus Provintiæ Syculæ, qui in Capº Generali suffragati sunt vel fuerint, preter ea suffragia, quæ in mortem ex Constitutione ipsi debent applicari, quilibet Conventus predictæ Provintiæ teneatur duas Missas privatas offerre, et alia ... ra Missa Conceditur. =

Attento Statuitur, quod Electores ejusq. accedentes ad Capitulum Generale Cuiuscumq. Etatis sint, gaudiant privilegijs, quæ Conceduntur Difinitoribus habitualibus quinquaginta Etatis annos habentibus, propter ingentem Laborem itineris.

Decretto del Capº. Genl. dado en el Visso en dies y ocho de Mayo, de mill settezientos, y veintte y seies.

Visto por todo el Capitulo Genl. el testimonio en relación de los autos fhos Contra el R. P. Fr. Franco. de Sn. Lorenzo, Ex-Provincial dela Provª. de Castilla, y los quatro Difinidores de su tiempo, y la Sentensia dada Contra ellos, por el dho. Provl. Appco. y Padres Difinidores, asimismo Appcos. de dha Provª., y la sentensia, q. en apelación dio el Rdo. P. Fr. Luis de Sn. Marcos Vicº. General y así mismo las Causas dela fuga, delos P.P. Fr. Franco. de Sn. Lorenzo, Fr. Diego dela Trinidad, y Fr. Diego del Angel, como también estar el Capº. Ciertamte. informado, q. dhos. tres Padres han Celebrado en Apostasia; bien Considerada la grauedad desta Causa, y despues de auer redarguido todo el Capº. de demasiadamte. misericordioso al dho. P. Vic. Gen. absoluto Fr. Luis de Sn. Marcos. = Christi nomine invocato. = Fallo: q. acordo todo el Capº. que debió Confirmar, y Confirmaba en todo y por todo, como en ello se Contiene, la sentensia dada por los P. P. Provl. y Difinidores Appcos. Contra dhos tres Padres, y por la fuga de auer Celebrado en ella, la privación perpetua, como se previene en ntras. Constituciones Cap. 32. de Apostatis et fugitivis. y por auer abussado dela Piedad, et benignidad dela Religion de nuebo les Condeno el Capº. al dho. P. Fr. Franco. de Sn. Lorenzo en la privasión perpetua de todos honores de P. de Provª. y a los dos Padres, que le acompañaron en la fuga, delos privilegios q. gozan por Nuestras leyes los Padres Ex-Difinidores = Assi lo

5 Sexto statuitur: quod Procurator Generalis Romanę Curię locum, et sedem habeat in Omnibus nostris Conventibus immediate post Commendatores, porrigit; et conceditur ex Procuratoribus Generalibus Romanę Curię privilegium, et exemptiones, quę conceduntur ex Diffinitoribus quinquaginta annos habentibus=

6 Primo statuitur a toto Capitulo Generali, quod ex Diffinitores omnes exempti sint ab examine; admodum quo dicitur de Lectoribus, in addicione ad Caput 24, Dist. V. §. Praelati=

Acta pro uniformi Collegiorum Regimine

1 In Omnibus nostri Ordinis Collegiis hę festa horę Canonicę cum cantu fiant: Vesperę omnium festivitatum primę classis, quę servantur a populo: nec non Conceptionis Purissimę, Sancti P. N. Petri Nolasco, Sancti Ioseph, Apparitionum B. Virginis Marię de Mercede, Sancti Michaelis Arcangeli: item Matutinum integrum Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, et feria quinta in Cęna Domini. in Matutinis autem S. P. Nostri, et Sancti Ioseph, Assumptionis, et Apparitionis B. V. Marię de Mercede, Sancti Michaelis Arcangeli, Corporis Christi, Epiphanię Domini, Conceptionis Purissimę V. Marię, Nativitatis S. Ioannis Baptistę, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli: Invitatorium, Te Deum, et Benedictus cantatur. Et praecipitur idem fieri debere in die Ascensionis Domini. in festo

Secundę classis, quę agonuo servantur, nec non cuiuslibet Sancti Ordinis nostri Presentationis, Visitationisque Te Deum tantum canatur. Prima etiam in festo Nativitatis Domini. Tertia in die Pentecostes, et Nona in die Ascensionis Domini cum cantu fiant =

2 Missa Conventualis in Omnibus Prioratibus supra dictis inviolabiliter est canenda, nec non feria quarta Cinerum, in omnibus Quadragesimę Dominicis, et in prima Adventus, in Commemoratione Defunctorum, tam Ecclesię, quam Religionis, in Anniversarijs Ordinis, et tandem omnibus anni Sabatis, Missa solemnis B. V. Marię =

3 Omnes Lectores actuales teneantur assistere Omnibus Vesperis, et Matutinis, et Missis Solemnibus festivitatum primę Classis, nec non ad Missam B. V. Marię in Sabbato, et alijs omnibus Suffragijs, quę pro fratribus decedentibus persolvuntur; atque etiam ad omnia Constitutionis Anniversaria. Et similiter, quod debeant assistere Litanię, et Salve, quę Sabbato canitur, et ad in communi Verrendum =

4 In quolibet Theologorum Collegio (in quo nominari debent a Provinciali tres Lectores) tam ipsi, quam Artium, Doctrinam a D. Thoma traditam doceant, sub eius opinionibus, quę communiter usitantur in schola Thomistica Dominicana, sub pena privationis a Lectura. Conclusiones autem, quę in qualibet Hebdomada sustentantur, ab hora septima usque ad nonam post Vesperum disputentur =

5 In Theologorum Collegijs Lectiones omnes sint scholasticę Theologię, et quilibet Lector Theologię teneatur mittere ad Diffinitorium in fine cuiuslibet Cursus, materiam a se elaboratam, et lectam: et idem Diffinitoribus ordinis Nostri precipitur, ut a Diffinitoribus Revideantur; et precipimus, quod Nostra Constitutio circa Lectionis opiniones ad Cathedras obtinendas inviolabiliter Observetur: et similiter tenentur PP. Provinciales assignare Lectoribus Theologię Materias, quas in quolibet Cursu legere debent, et in communi Bibliotheca Reponantur, et serventur =

6 Extra Adventum et Quadragesimam Ecclesię, tantum conceditur Scholasticis in qualibet hebdomada, Una Vacationis dies, in qua recreationis gratia Concedantur ad rusticandum, si tempus faveat; quod si intemperatum fuerit tempus, eadem recreatio absque assistentia ad Orationem mentalem permittatur. =

7 Scholasticus conclusiones sustentaturus per tres antecedentes dies ab assistentia in Choro sit exemptus, preter Orationem mentalem, a qua etiam eximitur hora Matutina diei immediate post predictum Exercitium, et hora Vespertina eiusdem diei Conclusionum. Lectori autem Presidenti, et Scholastico sustentanti, porciuncula aliqua ultra Communem, attento presenti labore ministretur. =

8

Statuta specialia quę ad Provinciam Italię tantum pertinent.

1 Provinciales Italię, vel Sycilę, possunt pro suo libito Concionatores

mittere toto tempore Quadragesime ad Predicationis ministerium, etiam si in loco, ubi Contionaturi sunt, Conventus Ordinis nostri non sit, dum tamen numquam sine Socio mittantur. = (A)

2. P. Vicarius Generalis possit libere Secretarium assumere ex Provincia Sycula, non obstante qualibet Constitutione contraria. =

3. Provincia Sycula, seu Italica (ut equalitas servetur in omnibus) sit equalis cum ceteris in officiis, et honoribus, ita quod ex ea possit assumi Procurator Generalis Romane Curie, alternativa servata cum aliis Provinciis Hispanie. =

4. (E) Conventus Malleani, et Episcopij in Sabinis, Recollectioni nuper aggregati, Patri Provinciali Italie, seu Sicilie tradantur regendi sicut et ceteri conventus eiusdem Provincie. Et quia abusus inolevit, ut Pater Provincialis Provincie Sycule, per se solum Presidem Provincialem pro Conventibus Italie nominaret, declaratum fuit a toto Capitulo, quod deinceps non possit a Patre Provinciali Sicilie fieri nominatio talis Presidis Provincialis; precipiens Provinciali pro tempore existenti, ut per se, vel per suum Visitatorem tales Conventus visitare teneatur, ut precipitur in nostra Constitutione; ita taliter quod finita visitatione, iurisdictio, et officium Visitatoris expiret. =

[margin: ... detrahes aliis ... Religiosi ... ... Conclusionibus possint augmentari =]

5. Patribus electoribus Provincie Sycule, qui in Capitulo Generali suffragati sunt, vel fuerint, preter ea suffragia, que in morte ex Constitutione ipsis debent applicari, quilibet Conventus predicte Provincie teneatur tres missas privatas offerre. =

6. Electores Provincie Sycule accedentes ad Capitulum Generale, cuiuscumque etatis sint, gaudeant privilegiis, que conceduntur Diffinitoribus habitualibus, quinquaginta etatis annos atingentibus, propter ingentem laborem itineris. =

Declaratio Capituli.

Quia Pater Rev. Vicarius Generalis electus, remote abiens, iuramentum prestare non potuit tempore, solemnitate, et circunstantiis, quibus a nostris Constitutionibus distinct. 2. Cap. 3. fieri precipitur; presens Generale Capitulum consulto declaravit, huiusmodi iuramentum a nostra lege prescriptum, a predicto Patre nostro Vicario Generali electo fieri quam primum debere, coram Patre Provinciali, et Diffinitorio, Provincie nostre Sycule. Quod quidem in simili eventu, in libro Religionis reperitur ita fuisse determinatum anno Dni millesimo sexcentessimo trigessimo quarto, fol. 20. = Similiter idem Generale Capitulum declaravit, quod Promocurator Generalis Romane Curie, qui propter idem absentie impedimentum, promocurator ante non iuravit, ut debuit; iuramentum suo muneri ex lege indispensabiliter annexum, quam totius ab ipso prestandum curet, coram Preside, et Patribus Consiliariis nostri Romani Hospitij. =

Conclusio Capituli.

Tandem ex decisivis votis presentis Capituli, fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis, anni Domini millesimi sexcentesimi trigesimi quinti, Coenobium [illegible] Christi [illegible]

E

Viso, Diœcesis Hispalensis in Provincia Bethicæ. Vigilia Pentecostes; nostris annuente votis Excelentissimo Dño. Duce Methyme-Sydonis, ad quem designatio Domus Capitularis spectat, ex iure Patronatus totius nostræ Recollectionis. —

Commitia hæc Generalia, supremo auxiliante numine, finem feliciter attigerunt, in honorem eiusdem Dei Optimi Maximi, necnon Beatissimæ V. Mariæ de Mercede ab omni labe originalis Culpæ in primo instanti suæ animationis præservatæ; S. Protho Parentis nostri Petri Nolasco, omniumque cœlestis Curiæ Sanctorum, die nona Mensis Junij. anno à Virgineo partu millessimo septingentessimo vigesimo nono; ab Apparitione Beatæ V. Mariæ ad fundationem nostri Ordinis, anno quingentessimo undecimo; et nostræ Recollectionis Oriente, Centessimo vigessimo sexto.

Fr. Antonius a Sto. Jacobo Vic. Gen. [illegible]

Fr. Marcus a D. Antonio Proalis Castellæ

Fr. [illegible] a S. [illegible] Sicilie et Italie

Fr. [illegible] a Spiritu Sto. Diffinitor Glis Castellæ

Fr. Thomas a Pace Diffor Genlis Castelæ

Fr. Gregorius à SS. Trinitate Diff. Gralis Castellæ

Fr. Joannes a Dvo Augustino Diffor Geralis Castellæ

Fr. [illegible] a [illegible] Diff. [illegible] Siciliæ

Fr. Joachim [illegible] à S. Anna Diff. [illegible]

Fr. Marcus à [illegible] Pal. Bethicæ

Fr. Ildefonsus [illegible] Diffinor Gralis Bethicæ

Fr. Joseph à Sto. Athanasio Diffor Genlis Bethicæ

Fr. Petrus à Sanctis Diffinor Genlis Bethicæ


Fr. Josephus a Sta. Andrea Dif. Genlis Bæticæ

Fr. [illegible] à S. Philippo [illegible]

Fr. Petrus [illegible] a [illegible] Diffinor Gralis Siciliæ

De mandato P. N. Ex. Vic. Gen. Rdmi. [illegible]

Fr. Emm. à Divo Petro Paschasio SS. Rius Generalis et Capitulis



Jesus Maria, y Joseph.

In nomine Sanctissimae Trinitatis, Patris, et filij, et Spiritus Sancti, et sub protectione Beatissimae Virginis Mariae de Merzede, et Protoparentis nri Sancti Petri Nolasco, et Omnium Sanctorum.

Sea notorio á todos, Como en el Convto de Nuestra Sra de Belen de la Ciudad de S. Lucar de Barrameda, Provincia de la Concepcion Arzovispado de Sevilla en veinte, y siete dias del mes de Mayo de mil setecientos, treinta y cinco años, Viernes en la tarde aviendose juntado para la Zelebracion del Capittulo Genel conforme á nuestra sagrada Constitucion, y Vrebes de la Santid de Gregorio decimo quinto, y Urbano octabo Nuestro Pre Fr. Juan de Jesus Maria Presde Genel por nonvramiento de Nuestro Pe Fr. Jesualdo Maria de Santana Vicario Genl de todo el Orden de Merzed. Res.s Nros Pe Provinl de Andalucia, el Pe Fr. Marcos de Sn Antonio, Provinl de la Provia de Castilla, el Pre Provinl de Sicilia Fr. Cayetano de Sta Rosalia * ; Pres difinidores de la Provina de Andalucia. el Pre Fr. Mathias de S. Pablo, el Pre Fr. Pedro de los Santos, el Pre Fr. Nicolas de la Sma Trinid el Pre Fr. Luis de S. Thomas. Pres difinidores Geneles Por la Provincia de Castilla el Pre Fr. Juan de la Nattividad, el Pre Fr. Lorenzo de Sn Juan Bautista, el Pre Fr. Lorenzo Alonso del Espiritu Santo, el Pre Fr. Bernardo de la Assuncion = Pres difinires Genes de la Provina de Sicilia el Pre Fr. Casimiro del Santissimo Rosario, el Pre Fr. Jacobo de Sr Juan Bautista, el Pre Fr. Onofre de Sn Agustin, el Pre Fr. Ramon de la Concepn el Pre Fr. Andres de Sr Sn Joseph Procurador Genl de Andalucia, el Pre Fr. Bartholome de Santa Anna Procur Genl de Castilla el Pre Fr. Hinaldo de Sn Francisco Procur Genl de Sicilia

[margin: Fr. Marcos de la Cruz]

[margin: * N. P. Fr. Antonio de San Jacobo Pde Genl de Andalucia]

q. portodos son veinte votos legitimos para laeleccion de Vic.to
Gen.l de toda Nuestra Recolec.n Aviendose leydo el nonvam.to
del Excele.mo Sr. Duq. de Medina Sidonia, dado en Madrid à
veinte, ydos de Marzo de mil setecientos, treinta, y cinco años, en q.
asignaba por Casa Capitular este Conv.to de S. Lucar de Barrad.a
Cyo el Secret.io G.l de Capp.o intime à todos los bocales vna pa-
tente, en q. el P.re Pres.te Gen.l Fr. Juan de Jesus Maria avien
do sido reconocido por todos los bocales por tal Pres.te Gen.l mandaba
àtodos los Religio.s devajo de precepto for.l de obed.a y pena de
excomun.n Ma.r latte sententie ipso facto incurrenda, et una canonica
monitione premissa, manifestasen, y declarasen, si alguno de los bo
cales tenian impedim.to Canonico, ô inhavilidad para sufragar en
dh.o Cap.o mandando q. se fixase à la puerta dela sala Cap.ar
dh.a patente, como se executò, y ley do el Secre.o el Edicto
del S.to Trib.l dela Inquisi.n y asimismo ley la tabla delos di-
funtos, q. han muerto en este sexenio delas tres Provin.as y se
hizo por ellos el sufragio; y con esto se acabò esta primera
session.

El dia siguiente Vigilia de Pentecostes se hizo la invoca.n del Espi-
ritu S.to cantando el Veni Creator; y el P.e P.re Ge.l aviendo hecho
vna exorta.n à todos los bocales, para q. eligessen en Vic.o Gen.l su-
geto de las calidades, q. mandan nuestras sagradas Consti.nes me pre
guntò à mi como Secre.o de Cap.o si algun Religioso avia manifes-
tado algun impedi.to Canonico, ô inhavilidad delos bocales, à q. respon
di q. no. Absolviò su Rev.a e hizo jura.to arreglandose à la for
ma, q. disponen nuestras sag.das Consti.es y enla misma forma hicieron
todos los bocales, q. por todos eran veinte: Se procedio à la eleccion
pidiendo zedulas à mi secre.o del Cap.o y aviendose regulado, pues-
tos en vna cagetita por el P.e P.re Gen.l los tres P.res Pro.es y tres
Padres Disf.es se hallaron diez, y nueve zedulas con el nombre
del P.re Fr. Juan dela Natividad, y vna zedula con el nombre
del P.re Fr. Marcos de S.n Antonio, y asi quedò hecha canonicamente
la eleccion de Vic.o Gen.l de todo el orden de s.ta Terr.a Descal.s en
la Persona de Nuestro Padre Fr. Juan dela Nativ.d

à quien immediata.te dieron la Obed.a todos los Capp.es, se passó à la Iglesia Cantando el Te Deum laudamus: Tomo Su R.a asiento, y le dieron todos los Relig.os la Obed.a reconociendole por Sup.or Gen.l

El dia Siguiente, q. se contaron Veinte y nueve de Mayo por la tarde, mandó N. P. Vicario General tocar à Capp.o y estando todos Congregados se hizo la invocac.n del Espiritu Santo para proceder à la eleccion de Procura.or Gen.l dela Curia Romana, encargando su R.a pussiessen los ojos en sugeto benemerito, y tomando zedulas enla mismaforma, q. queda dh.o y llegadas à regular por los mesmos q. ordena ntra Sag.da Constit.n se hallaron quince zedulas con el nombre del P. Fr. Pedro de la Purificacion, una con el nombre del P. Fr. Barthe de San Cayetano, y otra con el nombre del P. Fr. Ignacio de Santo Domingo, portodos son diez y siete, q. es el numero delos vocales, Con loqual quedó Canonica.te electo en Pro.or Gen.l dela Curia Romana el P. Fr. Pedro de la Purificacion. =

Acta vim constitutionis habentia, quę ad primam distintionem pertinent.

Distintio Prima.

1 Primadie post festum omnium Sanctorum Ordinis nostri, non impedita festo duplici, fiat aniversarium solemne cum integro defunctorum ofitio pro omnibus defunctis fratibus: omnes que Sacerdotes pro eis defunctis ea die missas aplicent.

2 Omnibus nostri Ordinis Sacerdotibus pręter eas missas, quę eis Cap. 27. distintione secunda conceduntur; ultra conceditur ut proma celebrent intentione diebus S. P. N. Petri Nolasco, Epiphanię, Purificationis, S. Joseph, Annuntiationis (diebus, quibus hęc dua festa celebrantur) nec non Apparitionis S. Michaelis Archangeli, Ascensionis Domini, Corporis Christi, S. Joannis Baptistę, SS. Apostolorum Petri, et Pauli, Beatissimę Virginis Marię de Mercede, Conceptionis, Nativitatis, et Assumptionis ejusdem deiparę, S. Raymundi Nonnati, S. Catharinę Virginis, et Martyris, S. Antonii Abbatis, S. Laurentii Martyris, S. Petri Paschasii, omnium SS. Ordinis nostri, et etiam in festo cujuslibet S. Ordinis nostri, et Circumcissionis Domini, subrogando sequenti die missas, quas Constitutio antiqua, prima die cuiuslibet mensis pro defunctis fratibus applicat. Et nobo declaratur à toto Capitulo quod

conceditur cuilibet sacerdoti ultra primam Missam in die Nativitatis Domini allias duas Missas celebrare pro sua intentione .=

3 Festa inventionis Sanctæ Crucis Sanctæ Annæ, et cujus libet Sancti Ordinis nostri, nec non tota Epiphaniæ Domini octava inclusibe â flagelatione eximantur: et declaratur quod festa principalium Patronorum tam Diœcesis, quam loci, si festive â populo serbentur â disciplina eximantur; in ea autem diœcesi, vel loco ubi plures sunt Patroni principales, et festibe etiam colluntur eorum festa equaliter â flagellatione excusentur.

4 Festa cujuslibet Sancti Ordinis nostri (si intra adbentum, et septuagesimam non incidant) non jejunentur. Et nobo declaratur si prædicta festa inciderint in qualibet feria in rogationibus non eximantur â jejunio.

Est constitution anadida

5 Epistolæ Missæ â Difinitoribus, ad Moniales, vel â Monialibus ad Difinitores, nec Commendator, nec Commendatrix eas possint apperire legere, aut ocultare sub pena posita in nostra Constitutione.=

6 Ad obviandas tot tam quebras quæ legis, et obedientiæ fractiones, quas ex facili celarum ingresu ubique Ordinis nostri experti sumus oriri, per nimium deinceps est, ut quilibet frater speciali seta, vel clave celam suæ havitationis occludat, ut eaque permittuntur ad usum. Ut autem hæc permissio de vita reformatione serbetur præcipimus Commendatoribus, ut clabem communem (vulgo Magistram) secum habeant, quam alteri subditorum non tradant ut ipsis solis celæ pateffant; subditis autem cujuscunque gradus sint præcipimus, quod nullus speciali clave, seu respagulo possit uti sub pena gravioris culpæ per quatuor menses, necnon privationis perpetuæ cujuscunque clavis. Excipiuntur tamen ab hac regula communi Patres Redemptores, Procuratores Generales, et Conventuales.=

7. In omnibus nostræ redemptionis conbentibus speciale erigatur altare in honorem, et titulum beatissimæ Virginis de Mercede, necnon prima cujuslibet mensis dominica fiat procesio cum imagine ejusdem Deiparæ intra claustra, vel atria nostra, et talis procesio semper vespere fiat, nisi aliâs adsit aliqua urgentissima causa, quia tunc mane talis procesio indispensaviliter debet fieri, et ut tantum fundationis nostræ sacræ Reli

gionis beneficium á nostra gratitudine numquam excidat, etiam statutum est quod in omnibus nostri Ordinis domibus, tam fratrum, quam Monialium etiam Colegiis officium Matutinum Apparitionis ejusdem Smæ Virginis Mariæ, die qua solemniter celebratur, media nocte cum solita solemnitate cantetur. =

8 Commemorationes, seu suffragia Sanctorum Ordinis nostri, quæ ex apostolica concessione indultum est recitari omnibus diebus post Completorium in Choro dicantur, nec non in officio divino, consiunt Commemorationes Eclesiæ ante Comemorationem pro pace. =

9 In nostris choris tam fratrum, quam Monialium semper recitetur post Completorium Oratio illa Sacrosanctæ et individuæ Trinitati &c. quam Sumi Pontifices laudabiliter aprobarunt, et pro divini officij suplendis defectibus indulserunt confere omnes eclesiastici Chori istam gratiam amplectantur; ne ob levissimum onus tam fructuosa indulgentia privbentur. =

10 Religio nostra Calendario Sanctorum diæcesis utatur sicut regulariter utuntur fere omnes religiones in Hispania donec contrarium decretum expresse constet ex hauthoritate Appostolica. =

11 Qui septuaginta ætatis annos attigerint, sint ab obligatione assistendi in Choro exenti tam ad Matutina media nocte, quam ad Orationem mentalem cum primo mane (nisi habente salute velint assistere ex debotione) teneantur tamen assistere ad ceteras Chori horas prætendictas; sexagenarius autem solum excipimus à matutinis precibus media nocte (præter festa primæ et secundæ clasis, quæ cum cantu celebrantur ad quæ semper assurgant) sicut ad Orationem Matutinam, nisi ob aliquam grabem causam exceptionem specialem à Prælato superiori obtineant. =

12 Fratres Clerici, et Laici teneantur duplicata suffragia pro sacerdotibus conventualibus persolbere, sicut sacerdotes tres missas pro non sacerdotibus conventualibus celebrant. Et præcipitur vicarijs conventuum sub pœna suspensionis ab officio per duos menses, id obserbandum curent ut absque remissione semper ad omnia suffragia persolbenda omnes Laicos, et clericos, qui sub custodia Magistri non sunt convocet, et cum ipsis prædicta suffragia recitet, idem præcipitur Magistris studentium, et Novitiorum sub eadem pœna.

13 In omnibus Conventibus Monialium pro qualibet Moniali, quæ in aliquo eorum decesserit, novem Missæ cum Cantu Celebrentur, loco ejusdem numeri missarum, quæ privatibe in suis Constitutionibus præcipiuntur ce-citari: Et si pro prædictis Missis persolbenda sit eleemosina eorum Præsidenti Vicario, aut Confessario nostri Ordinis sufficiat ea, quæ pro Missa privata justa morem illius loci solet persolvi.

14 Statuitur, et declaratur à toto Capitulo posse Patres Provinciales interpretare, et dispensare circa Constitutiones prædictarum, Monialium, dum à Sede Appostolica, vel capitulo Generali, abrogationem non obtinuerint, semper tamen justa de causa, et si adsit gravissima, poterit etiam dispensare circa reelectiones in oficio Comendatricis, salva semper dispositione et decreto Sacri Concilij Tridentini, sess. 25. Cap. 7. de Ætate, et qualitate eligendæ in superiorem, ubi non minor annis quadraginta præcipitur debere esse eligendam. =

15 Ad observantiam decreti Sacræ Regularium Congregationis circa Confessarios nostrarum Monialium præcipitur à Capº Generali, non posse Continuare in eodem conventu prædictos Confessarios, nisi per unũ tantum triennium, et insuper quod Patres Provinciales teneantur mittere Confessarios extraordinarios temporibus à Constitutione designatis, ita tamen, quod ordinarius Confessor tempore, quo dicti extraordinarij suum munus exercent, nulatenus posint audire Confessionem alicui moniali; nisi in casu expresso in decreto, scilicet in gravi periculo mortis.

16 Statuitur etiam, quod omnia bona, pecuniæ scilicet, eleemosinæ fructus, aut reditus radicum, aut capitalium, quæ in una quaque Provincia pertinent, tam de presenti, quam de futuro ad Beatificationes, aut Canonizationes Cujuslibet Servi, aut Servæ Dei, et etiam cujuscunque memoriæ, seu operis pij, non posint à solis Provincialebus administrari, custodiri, expendi, vel cum ipsis aliquid emi, aut ad fructificandum censualiter imponi; sed in deposito tribus clavibus clauso, custodiantur quarum unam habeat Pater Provincialis, alias duas duo Patres diffinitores antiquiores. Ad expendendum autem, emendum, aut imponendum semper assistentia, et votum decisibum omnium Diffinitorum sit necesarium; mutuari autem nullatenus unquam posint.

17 Cœlæ, ubi nostri quatuor V. V. Fundatores è vita deces-
serunt, in Veneratione semper habeantur, et conserventur, ita
quod nunquam demoliri, nec ad havitationem alicujus sæcularis,
Religiosi, imo nec Prelati, aut Superioris, usui designari, aut
concedi, nec ad alios usus deservire possint, sed ad Orato-
ria pro infirmis applicentur, et exornentur: monumentaque
aut epitaphia, quæ antea in fronte prædictarum cœlarum pro
Venerabili memoria affixa erant, iterum suis locis restituan-
tur, ut dictæ Venerabiles memoriæ semper conserventur:
et præcipitur cuilibet Comendatori prompta executio hujus tam
pij, ac debiti instituti. =

18 Pro Patribus, qui munus Redemptoris, aut Procuratoris Romanæ
Curiæ exercuerint, in quolibet Conventu suæ Provinciæ, præter
Comunia suffragia, una Missa solemnis cum sua Vigilia, et res-
ponsorio canatur. Et declaratur tale suffragium debere fieri,
etiam si suffragia Conventualis, aut Superioris habeant. Et con-
ceditur, quod prædicta Missa cum sua Vigilia, et responsorio extren-
datur ad omnes Conventus cujuscunque Provinciæ pro Patribus tan-
tum, qui sint, vel fuerint Procuratores Generales Romanæ Curiæ. =

19 Missa votiva Beatæ Mariæ Virginis de Mercede, quæ
omnibus anni Sabbatis primo mane post primam, vel tertiam
canitur, semper sit in altari eidem Sanc.mæ Virgini Mariæ sa-
crato. Et declaratur quod prædicta Missa semper debet cani de
misterio Apparitionis ejusdem Virginis cum duabus solis comme-
morationibus, exceptis diebus Sabbati Sancti, Vigiliæ, et festi-
vitatis Nativitatis Domini, et S. P. N. Petri Nolasco,
juxta decretum Sacræ Congregationis sub die undecima Julij
anni millessimi septingentessimi undecimi. Et præcipitur à
toto Capitulo, quod festum Vmæ. Virginis de Mercede celebran-
dum sit in omnibus nostri Ordinis Conventibus, tam fratrum, quam
Monialium die vigessima quarta Septembris, ut Religio cum
Eclesia conformetur; attamen præcipitur à toto Capitulo, quod
in dominica prima mensis Augusti fiat procesio ejusdem Vir-
ginis Mariæ, et pro gratiarum actione in memoriam tanti
beneficij Te Deum canatur. Et declaratur, quod in Vigilia

Beatissimæ Virginis Mariæ de Mercede servetur jejunium,
sed absq. disciplina; ejus autem festibus dies, si in secunda, vel quarta
feria inciderit, sit ab abstinentia carnium exemptus. =

20 Statuitur, quod si occurrat festum magnæ solemnitatis, quod à populo servetur, semper eadem Missa propria de Apparitione canatur, et tunc non debeat omiti Missa Conventualis hora competenti, nisi tale festum sit de aliquo Misterio B. Virginis; quia tunc predicta Missa primo mane omittitur, cujus loco sufficiet, et suplebit Missa Conventualis, quæ de Misterio currenti hora tertia debet cani, juxta ritum ab Eclesia determinatum. Si autem recitetur in Choro de aliquo officio votivo, vel infra octava, aut festo ejusdem V. Virginis quod non servetur à popolo, predicta Missa, quæ primo mane est canenda, sit de officio post dictam tertiam. Et declaratur, quod quando juxta predicta occurrant duæ Missæ sabbato canendæ, post dimidiam orationis mentalis horam dicatur prima, et immediate Missa Apparitionis, ut dictum est. =

21. Statuitur, quod in conventibus nostrarum Monialium, ubi tres Religiosæ professæ choro deputatæ, et sanguine sorores germanæ sint, vel fuerint, minus antiqua illarum vocem activam non habeat in electionibus, nec alijs determinationibus Comunitatis, donec deficiat aliqua ex antiquioribus.

22. Statuitur, quod dies S. P. N. Petri Nolasco, quocunq. tempore, vel die occurrat no jejunetur, nisi si alicubi sit jejunium de præcepto: similliter non servetur abstinentia, nisi occurrat feria sexta, vel sabbato.

23.. Statuitur, quod in morte cujuscunq. Diffinitoris actualis, vel alterius à jurisdictione ordinaria exempti, si præsens sit P. Provincialis ejusdem Provinciæ, associatus cum Comendatore Domus, vel ejus Præside, ingrediatur cellam defuncti, antequam aliquid ex illa extrahatur, et quæ ad usum comunem pertinent, Conventui madantur; quæ vero ad officium, scilicet, literas, causas, scripturas, sigillum, et alia similia Pater Provincialis accipiat. Si autem absens P. Provincialis fuerit, Comendator, vel ejus Præses cum duobus Diffinitoribus ex his deficientibus, duobus ex dignioribus domus predicta exequatur.

Et (præcipitur) declaratur, quod in morte cuius cunq. Religiosi Pater Comendator domus, vel ejus Præses non possit ingredi Celam defuncti, nisi associatus cũ duobus Patribus Consiliarijs Conventus

Statuta, quæ vim Constitutionis non sortiuntur, quia per tria Sexenia Continuata aprobationem non obtinuerunt.

Distintio prima.

1. Statuitur tertio, quod in Conventibus, qui sunt Capita Provintiarum scilicet Hispalensis in Betica, Sanctæ Barbaræ Matritensis in Castella, et Conceptionis Panormis in Sicilia, restituantur, ut antea erant deposita, seu archiva Ordinis in communi Provintiæ, et domus, et in his custodiantur scripturæ, breves, et bulæ et alia instrumenta, et unum quodque depositum sit tribus Clavibus clausum hoc modo dispositis. de Archivo, seu deposito Religionis primam clavem habeat P. Vicarius Generalis, seu ejus Præses, alteras duas habeant duo P.P. Diffinitores antiquiores: de Archivo Provintiæ, primam clavem habeat Pater Provintialis, duas vero reliquas alij duo PP. Diffinitores: Et de deposito domus primam clavem habeat Comendator, et alteras duas clavigeri, seu depositarij: et præcipitur, quod nulus Religiosiorum possit a talibus depositis, Bullam, seu alia instrumenta extraere, quin ibi obligationem suo nomine offirmatam restituendi relinquat. =

2. Statuitur tertio, quod si in nostra Religione inveniantur duo Germani Fratres, non possit esse Unus ex eis Provintialis, et alter Diffinitor, seu Prelatus Localis: Et etiam præcipitur, quod Unus Frater Germanus non possit esse Comendator, et alter ejus Vicarius: et hoc ipsum inteligatur, quando Unus ex eis est Viccarius Generalis, alter non possit esse Provintialis. =

Statuta Vim Constitutionis habentia quæ ad Secundam distionem pertinent.

Distintio Secunda

1. Ad observantiam Bullarum Sanctissimi Domini Nostri Urbani Octavi, et Alexandri septimi, quibus ad duo tantum trienia permittitur aliquem eligi ad Officia Comendatoris, aut Procuratoris Generalis

Provintiæ, facta est à quatuor Capitulis Generalibus Uniformis declara-
tio: quod qui quatuor annos Continuos in duobus Trienijs, vel unum annum
Completum in uno trienio, et totum immediate sequens trienium prædicta ex-
ercuit officia, in sequenti Capitulo non possit reeligi ad aliquod ex relatis of-
ficijs, nec ad Officium Diffinitoris, nec Procuratoris generalis Romanæ Curiæ, qui
autem intra annum ante Capitulum fuit electus, licet in tali Capitulo suffragium
ferat, potest reeligi in duobus Capitulis sequentibus ad duo integra triennia,
quia illam parvam temporis quantitatem pro nihilo ad triennij computum re
putamus. =

2 Electio Diffinitorum in Capitulo Provintiali non fiat per schedulas qua-
tuor nominibus conjuntim in capselam missas, sed pro quolibet Diffinitore eli-
gendo à Capitularibus sumantur. =

3 Deinceps sint inhaviles ad officia Vicarij Generalis, Provintialis, aut
Vicarij, vel Præsidis Provintialis, et Diffinitoris, qui Cursus philosophiæ, et
Theologiæ, vel Sacrorum Canonum per sep. annos integros non compleverint. =

4 In electionibus, quæ fiunt in Capitulis Conventualibus per vota secreta,
nullus in Sacris Ordinibus non constitutus, suffragium ferat. =

5 Nullus posit eligi ad officium Procuratoris Generalis per duo Continuata
trienia, nec Procurator Generalis Romanæ Curiæ reeligi possit ad idem ministerium,
nec in toto sequenti trienio ad aliud suffragatibum officium pertinens ad Ca-
pitulum provintiale, nisi ad Generalatum, vel Provintialatum ascendat. =

6 In nostro Romano Hospitio semper sint Clavigeri, et Procurator domus
per votta secreta Canonice electi, et quantum ad Orationem mentalem, Offi-
tium divinum, et horarum cantum, Ceterosque actus in communi exercendos,
ad litteram in prædicto hospitio servetur, quod in paragrapho de regimine Collegio-
rum in hoc, et allijs Capitulis generalibus decretum est. =

7 Procurator Generalis Romanæ Curiæ impedimento legitimo non adstrictus
ad Capitulum generale venire teneatur: necnon præcepimus rationem dati,
et accepti reddere tam visitatoribus, quam Capitulo generali nominibus
Clavigerorum firmatam; quod si personaliter ad Capitulum venire non posit,
eandem rationem dati, et accepti ad idem Capitulum debet mittere. =

8 Si Pater N. Viccarius Generalis infirmitate, vel allio legitimo impe-
dimento adstringatur; itta quod personaliter in prædicto Capitulo præsidere
non possit; jus, et potestatem liberam habeat ad nominandum per se ejusdẽ

Capituli Generalis Præsidem, qui eandem vocem, et sedem habeat in omnibus ejusdem Capituli Generalis operationibus, ac si idem Pater Viccarius Generalis personaliter ibi adesset; ad eum modum, quo decernitur Capitulo Provintiali in antiqua Constitutione Cap. 6. distinc. 2. quod si ex tali infirmitate, qua prædictus Pater Noster Viccarius Generalis impeditus fuit Capitulo assistere, contingat mori, tunc talis Præses ab ipso nominatus in suo munere perseveret, tam in sede, quam in voce, usque dum solvatur Capitulum Generale. =

9 Nulla Provintia de novo possit pro nunc erigi, aut dividi sine consensu expresso, vel Capitulo Generalis, vel Patris nostri Viccarij generalis, et voto duplicis adminus Diffinitorij, qui autem contra hoc decretum Bullam aliquam ausus fuerit impetrare (etiam si sit Provintialis) ipso facto maneat excomunicatus, privatusque officio, sede, et voce, tam activa, quam pasiva in perpetuum. =

10 Patres, qui Provintiales absoluti, vel Viccarij Provintiales per vienium fuerint, locum, et sedem post diffinitores actuales immediate habeant, servata inter eos officij prioritate, et non professionis antelatione: et declaratur â toto Capitulo, quod electi canonice in Capitulo, sive apostolica institutione, præcedant illos, qui ex gratia tali exemptione funguntur: prædictosque omnes excipimus ab officijs, quæ assignantur in Tabula Communi, præter officia humillia fricandi, et verrendi. =

11 Redemptores actuales, et proccuratores Generales Provintiæ sedem habeant immediatam post viccarium Conventus, servato inter eos ordine antiquitatis in professione. Et similiter secundo (tertio) statuitur, et declaratur â toto Capitulo Generali, incompatibile esse cum officio Redemptoris, et Scriptoris, vel Cronologi, aliquod officium suffragatibum, sive ad Capitulum Generale, sive Provintiale pertineat. Et etiam secundo (tertio) declaratur incompatibille esse in uno, eodemque subjecto officium Redemptoris, cum officio Scriptoris, seu Cronologi Generalis. =

12 In omni electione cujuslibet vocalis sive ad Generale, sive ad Provintiale Capitulum pertineat, Pater Viccarius Generalis tenea-

tur suffragari, si in ~~Provincia~~ Conventu, ubi fit electio, reperiatur Præses; si à ~~Provincia~~ abit, moneri debet à Provinciali de electione facienda: qui admonitus teneatur (et non sit ei liberum) mittere, creare, seu nominare Præsidem dictæ electionis, qui eandem vocem, sedem, et propositionem intra Diffinitorium debet habere, ac si P. N. Viccarius Generalis assisteret; hæc autem nominatio semper fiat in persona alterius, qui sit extra Diffinitorium. Et etiam declaratur à toto Capitulo Generali, quod P. N. Viccarius Generalis, seu ejus Præses debet suffragari in electione Magistri Novitiorum, sive intra, sive extra Capitulum fiat. =

13 In omni electione extra Capitulum facienda suffragium Provincialis debet concurrere, etiam si P. N. Viccarius Generalis, vel ejus Præses, in prædicta electione suffragetur. Observanda tamen est nova Constitutio ad calcem, in qua decernitur, quod in omni electione vacantis Diffinitoris; ipse P. N. Viccarius Generalis, vel ejus Præses, Provincialis, seu ejus Viccarius Provincialis, et tres tantum Diffinitores debent concurrere. =

14 Incompatibile est in eadem persona officium Comendatoris, aut Procuratoris Generalis, cum officio Diffinitoris. =

15 Diffinitores actuales exempti sint à jurisdictione ordinaria Comendatoris, ita quod Patri Provinciali sint immediate subjecti; etiam socios ad egrediendum eis assignabit. Attamen in absentia provincialis licentia à Comendatoribus petant, tam ad egrediendum e domo, quam ad cetera omnia, quæ regulariter sese offerunt. Et declaratur, quod nomine Commendatorum non intelligantur ~~de Viccario~~ eorum Viccarij. =

16 Festum S. Michaelis Archangeli quod juxta ritum ecclesiæ sub ritu duplicii majoris, et sine octava celebrare debemus, cum apparato primæ clasis quoad cantum celebretur. Et etiam declaratur, quod festum Sanctorum Ordinis nostri eadem solemnitate, et ritu canatur.

17 In anniversarium defunctorum Ordinis officium integrum in Choro recitetur, sed non post Matutinum Divini officij, sed intra eandem diem, tempore à Prælato ordinario disponendo. =

18 Patres exprovinciales, et ex Vicarij Provinciales ante Comendatores hospites sedeant: Diffinitores autem habituales ab officijs Diaconi, et Subdiaconi sint exempti.

19 Si Præses Capituli Generalis à Patre Viccario Generali nominatus, vel morte, vel infirmitate, vel alio accidenti, prædicto Capitulo, ad cujus præsidentiam fuit nominatus, præpediatur assistere, tunc, si facilis est recursus ad Patrem N. Viccarium Generalem, antiquia Capituli eum moneat, ut de alio Præside sua potestate provideat; si vero talis recursus moraliter est impossibilis, quin prædictum Capitulum Generale notabilem temporis moram patiatur (et declaratur, quod notabilis mora illa intelligenda est, quæ impedire potest horam præfixam celebrationis Capituli) Statuimus, quod in præsidentia succedat Provintialis, vel Viccarius Provintialis illius Provintiæ, cujus filius est P. Viccarius Generalis.=

20 Officium Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ illico spirat, ubi sexenium impleberit, etiam si ob infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum non accedat ad Generale Capitulum; tunc enim vacante prædicto munere succedere debet in præsidentia, et regimine nostri hospicij frater antea à P. Viccario Generali nominatus, qui alius sit à Procuratore vacante; cui Præsidi ceteri omnes obedient. Ipse vero Præses in negocijs Ordinis non se intromittat, donec novus Procurator accedat.

21 Statutum fuit, et admissum à toto Capitulo decretum fœlicis recordationis SS. Dñi. nri. Innocencij Papæ Undecimi, quod incipit: nuper pro parte: in quo prohibetur omnibus nostri Ordinis Prælatis localibus pecunias capitales mutuo accipere, et superioribus quibuscunque ad id consensum præbere, nisi servato juris ordine: qui quidem ordo juris sic debet procedere, ut post petitionem expressam, et affirmatam majoris partis conventus, accedat consensus Prælati superioris cum beneplacito, etiam spetialibus literis affirmatus. Qui autem contra hoc decretum aliquod, seu Bullam ausus fuerit impetrare, subjaceat pœnis contentis in jure contra alienantes bona Eclesiæ.

22 Si Prælatus tempore Capituli, pecunias, quas mutuo acceperit, non solverit, maneat privatus voce pasiva indispensabiliter per sep annos. Et etiam statutum est secundo tertio à toto Capitulo, et nuncdenuo, quod Præsidens nostri Romani hospicij non possit aliquo censu, vel censibus prædictum hospitium gravare, nisi servato juris ordine, quod in

præsenti Constitutione declaratur. Et Casu, quo prædictus Præsidens, super
hoc, à Sacra Congregatione dispensationem aliquam impetrare tentaverit, tunc
Capitulum Generale omnibus Religiosis in nostro hospitio existentibus in com
muni, et unicuique seorsim, facultatem præbet, Ut apud eandem Sacram
Congregationem proclament; et simili modo præcipitur, quo Patri nostro
Viccario Generali de tali atentatu Notitiam præbeant.=

23 Ex diffinitoribus Conceditur quod, qui quinquaginta etatis annos at-
tigerint, ab officijs hebdomadarij, et missæ utrimq. sint exempti; et denuo
declaratur, quod etiam eximantur ab officio Cantoris: necnon præci-
pitur Comendatoribus, Ut nullatenus eos mittant ad missas extra domos
nostras celebrandas, cuiuscunq. etatis sint. Et etiam denuo Statuitur,
quo iisdem privilegiis gaudeant exdiffinitores suffragantes in Capitu-
lo generali, cuiuscunq. etatis sint: Et declaratur à toto Capitulo
Generali, quod exdiffinitores, qui per Bienium Completum officio Diffi-
nitoris non fuerint functi, non gaudeant privilegiis, et exemptio-
nibus exdiffinitoribus concessis.=

24 A toto pleno Capitulo declaratur, quod Clausula Constitutionis
nostræ, qua præcipitur, quod P. Viccarius Generalis extoto Corpore
Religionis eligatur, sic ad praxim deinceps debet reduci, Ut inter
tres Provintias, quæ modo stant, et prædicti Corporis Equalia sunt mem-
bra, alternativa successio in Viccariatu Generali serbetur; itta quod
nullus ex provintia, cuius filius in hoc, et antecedenti Capitulo assuntus
fuit ad dignitatem Religionis supremam, in Sequenti assumi possit ad illam

25 Declaratur tamen, quod si de Cursu temporis aliqua Provintiarum
dividatur in duas, vel plures, non ideo debent augeri alternationes,
sed Semper sint restringendæ ad tres Provintias modo Stantes; itta
quod, Unus Generalis tantum ad Castellas, allius ad Bœthicas, et allius
ad Sycilias, et alias exigibiles extra Hispaniam extendatur.=

26 Decernitur etiam, quod hac subsistente alternativa, et ut multitudo Præ
latorum vitetur, nullus Comisarius Generalis Cum Voce, et Sede in ali-
qua Provintiarum instituatur, sed P. Viccarius Generalis in qualibet Provin
tia ad quam personaliter non potest accedere, nominare debet Visitato-
rem Generalem ex Provintia visitanda, et non ex allia juxta formam præs
criptam in nostra Constitutione Distinc. 2: Cap. 21.=

27 Et conceditur dicto Visitatori Generali sedes, et Locus in omnibus Provinciæ Conventibus ante Comendatores hospites à die nominationis: Similiter etiam stabilitum est, quod P. Viccarius Generalis in Provincia, seu Provinciis, in quibus non est facilis recursus ad ipsum, nominet perse judicem appelationis Causarum, qui suam judicaturam exerceat cum eisdem conjudicibus adjunctis, cum quibus P. Viccarius Generalis in Causarum appelatione concurrit. Quod totum iam vim Constitutionis obtinuit, quia iam in præcedenti Capitulo Generali admissum fuit decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium, in quo decernitur licuisse, et licere. Datum Romæ die 6 Februarii, Anni millessimi septingentesimi vigessimi secundi. Et etiam decernitur, quod Judex talis appelationis, qui semper debet esse Visitator, sit liber à jurisdictione Ordinaria, tam ipse, quam secretarius ab ipso nominatus. =

28 Patres, qui Viccariatu Generali functi fuerint, in omni Capitulo Generali Ordinis, nec non in omni Provinciali suæ Provinciæ suffragium, et vocem habeant ad omnes electiones, ceteraque acta, quæ in prædicto Capitulo determinantur; Verum ad alias electiones, quæ extra Capitulum solent occurrere, non suffragentur; nisi quando eorum vota pro absentibus subrogantur. =

29.. Prædicti Patres ex Viccarii Generales, tam intra, quam extra Capitulum, sed ubicunque concurrant, sedem, et locum ante omnes diffinitores cuiuscunq. Provinciæ perpetuo serbent, et sint semper, et absolute exempti à jurisditione Ordinaria patris Comendatoris, ipsis que Patribus ex Generalibus conceditur facultas nominandi Religiosum aliquem obedientiæ, qui eis tam intra, quam extra domum tamquam infirmis assistant: eademque precedentia in sede, et loco declaratur, in sua respective Provincia pro Patribus ex Provincialibus, qui actualiter fuerint Diffinitores, respectu alliorum Diffinitorum, qui non extiterint Provinciales. =

30 Nullus in Vicarium, seu Vice Rectorem assumatur antequam vigesimum ætatis annum attingat. =

31 Sotius, seu Secretarius Generalis Ordinis locum, et sedem habeat immediate post Procuratores Generales, et Redemptores, et ante ceteros Conventuales. =

32. Deficiente per mortem, vel aliud legitimum impedimentum, Preside Ca-
pituli Provintialis, et non sit facilis recursus ad P. N. Viccarium Generalem
presideat in dicto Capitulo P. Provintialis, vel Viccarius Provintialis, ne
aliquam temporis moram patiatur .=

33.. Visitator tantum habens jurisdictionem in domo, quam actualiter visi-
tat, et intra precissos dies sue visitationis à nostris Constitutionibus tax-
atos, sedem, et Locum teneat à die ingressus domus visitande hus-
que ad discessum ab ipsa dummodo non excedat numerum viginti die-
o/o rum.+ Et declaratur quod P. N. V. Generalis in unoquoque triennio
no se votó + semel tantum visitare teneatur .=

34.. Statuitur, et declaratur à toto Capitulo, quia in Provintia Sycu-
o/o la Patres visitatores Generales introduxerunt abusu Limitandi ju-
risdictionem, que de jure, et Nostra Constitutione pertinet ad Provin-
no se votó tiales tempore per sex menses ante Capitulum provintiale nullo modo
habeant visitatores Generales aliam jurisdictionem, et Locum, quam quod
statutum est in Nostra Constitutione .

35. Statuitur, et declaratur à toto Capitulo, quod quando alternativa
sucessio Officij Vicarij Generalis pertinet ad Provintiam siculam,
debent assistere Capitulo generali saltem tres Vocales ejusdem Pro-
vintie, et si forsam in itinere per mortem, vel aliud impedimentum
Legitimum aliquis horum trium accedere non possit ad dictum Capitu-
lum Generale, allij duo deferentes secum testimonium certum faciens
predictum impedimentum, sufficiant, ut ex dicta Provintia eligatur
P. V. Generalis . Si vero dicta Provintia predicto modo assistere neque-
at, tum electio fiat ex Provintia Hispanie, Cuius filius non est Vic-
carius Generalis Presens, Servato tamem jure Provintie Sycule ad futu-
rum immediate Capitulum .-

36. Statuitur quod Proccurator Generalis Romane curie locum, et sedem
habeat in omnibus nostris Conventibus immediate post Commendatores
hospites; et Conceditur ex proccuratoribus Generalibus Romane cu-
rie previlegium, et exemptiones, que Conceduntur ex diffinitoribus
quinquaginta annos habentibus .=

Statuta
Vim Constitutionis non habentia que ad eandem secundam distintionem pertient. —
Distintio Secunda.

1. Tertio statuitur, et declaratur â toto Capitulo, quod facultas in antecedenti Generali capitulo Provintialibus data, ut annuatim petterent â Conventibus suę Provintię, portionem moderatam, ad communes, et in excusaviles sumptus Religionis, sic inteligi debet, quod tales portiones solum deserviant ad Conducendam Provintiam ad Capitulum Generale, vel ad aliquam Causam urgentem pro bono Religionis, vel ad librorum impresionem; sed adbertendum tamen venit quod tales portiones ex Erario nulatenus extrahantur absque licencia expressa P. N. V. Generalis. Et precipitur sub precepto formali S. obedientię Provintiali, et Diffinitorio, ne ad alios preternumeratos fines; tales portiones extrahant. —

2. Statuitur 2.° â toto Capitulo Generali, quod ex Diffinitores omnes exempti sint ab examine; admodum quo dicitur de electoribus in addictione ad Capitula. distinc. 1.° V

Acta
Pro uniformi Colegiorum regimine.

1. In omnibus nostri Ordinis Colegiis hęc festa horę Canonicę Cum Cantu fiant: Vesperę omnium festivitatum primę Clasis, quę servantur â Populo; nec non Conceptionis Purissimę, S. P. N. Petri Nolasco, Sancti Joseph, Aparitionum V. Marię de Mercede, S. Michaelis Archangeli. Item Matutinum integrum Nativitatis Domini, Ressurrectionis, Pentecostes, et feria quinta in cęna Domini. In Matutinis autem S. P. N. et S. Joseph, Assumptionis, et Apparitionis Vma Virginis de Mercede, S. Michaelis Archangeli, Corporis Xpti Epiphanię Domini, Conceptionis purissimę Virginis Marię, Nativitatis S. Joannis Baptistę, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli: invitatorium, Te Deum, et Benedictus Canatur. Et precipitur idem fieri debere in die Ascensionis Domini.

Infestis autem Secundæ Clasis, quæ à Populo servantur necnon
Cuiuslibet Sancti Ordinis nostri, Visitationis, et Expectationis, Te Deum
tantum Canatur. Prima etiam in Vigilia Nativitatis Domini.
Tertia in die Pentecostes; et Nona in die Ascensionis Domini cum
Cantu fiant. =

2 Missa Conventualis in omnibus festivitatibus supradictis inviolabi-
liter est Canenda, necnon feria quarta cinerum, in omnibus quadra
gessimæ dominicis, et in prima Adventus, in Commemoratione defunc
torum, tam eclesiæ, quam Veligionis, in aniversariis Ordinis, et tan-
dem in omnibus anni sabbatis, Missa Solemnis V. Virginis Mariæ.

3 Omnes Lectores actuales teneantur assistere omnibus Vesperis, et
matutinis, et Missis Solemnibus festivitatum primæ Clasis, necnon
ad Missam V. Virginis Mariæ in Sabbato, et ad omnia Sufragia quæ
pro fratribus decedentibus persolbuntur; atque etiam ad omnia Cons-
titutionis anniversaria. Et similiter quod debeant assistere lita-
niæ, et Salve, quæ sabbato Canitur, et ad in comuni Verren-
dum.

4 In quolibet Theologorum Colegio (in quo nominari debent à
Provinciali tres Lectores) tam ipsi, quam artium, Doctrinam
à Divo Thoma traditam doceant sub eis opinionibus, quæ Com
muniter Vitantur in Schola thomistica Dominicana, sub pœ-
na privationes à lectura. Conclusiones autem, quæ in qualibet
hebdomada sustentantur, ab hora septima, usque ad nonam post
Vesperum disputentur. =

5 In theologorum Colegiis Lectiones omnes sint Scholasticæ theolo-
giæ, et quilibet Lector theologiæ teneatur mittere ad Diffinitorium
in fine cuiuslibet Cursus Materiam à se elaboratam, et elec
tam, et idem Scriptoribus Ordinis nostri præcipitur, ut à Diffini-
toribus Vevideantur; et præcipitur, quod nostra Constitutio circa lec-
tiones opositionis ad Cathedras obtinendas inviolabiliter observetur.
Et similiter, quod Patres Provinciales assignent Lectoribus theologiæ ma-
terias, quas in quolibet Cursu legere debent, et in communi bibliotheca
reponantur, et serbentur. =

6 Extra adventum, et Quadragessimam Ecclesiæ, tantum conce
datur Scholasticis in qualibet hebdomada una Vacationis dies,
in qua recreationis gratia egrediantur ad rusticandum, si tem-
pus faveat; quod si intemperatus fuerit tempus eadem re-
creatio absque assistentia ad Orationem mentalem permitta-
7 tur. =

Scholasticus Conclussiones sustentaturus, per tres antece
dentes dies, ab assistentia in Choro sit exemptus, præter Ora-
tionem mentalem, à qua solum excipitur hora matutina diei
immediatè post prædictum exercitium, et hora Vespertina
ejusdem diei Conclussionum. Lectori autem Præsidenti, et Scho-
lastico Sustentanti portiuncula aliqua ultra comunem attento
præsenti labore ministretur. =

Statuta Spetialia,
Quæ ad Provintiam S. Raymundi Nonnati Siciliæ
tantum pertinent.

1 Provintiales Italiæ, vel Syculæ possunt pro suo livito Contio-
natores mittere, toto tempore quadragessimæ ad prædicationis
ministerium, etiam si in Loco ubi sunt Contionaturi, Conven-
tus Ordinis nostri non sit dum modo numquam sine socio mit-
tantur.

2 Lectores actuales, et præteriti, alliique Religiosi literati
in publicis Conclussionibus possint argumentari. =

3 Pater Viccarius Generalis possit libere Secretarium assum-
mere ex provintia Sycula non obstante qualibet consti-
tutione contraria. =

4 Provintia Sycula, seu Italica (ut equalitas servetur
in omnibus) sit equalis cum ceteris in officiis, et hono-
ribus, itta quod ex ea ~~posit assumi~~ assumantur Proccurator Genera-
lis Romanæ Curiæ, alternativa servata cum aliis Provin-
ciis Hispaniæ. =

5 Conventus Manleanii, et Episcopii in Sabinis Recollectioni
nostræ agregati, Patri Provintiali Italiæ, seu Siciliæ tradantur
regendi, sicut cæteri Conventus ejusdem Provintiæ. Et quia abusus

inolevit, ut P. Provintialis Provintiæ Syculæ per se solum Præsidem Provintialem pro Conventibus Italiæ nominaret; declaratum fuit à toto Capitulo, quod deinceps non possit à P. Provintiali Siciliæ, fieri nominatio talis Præsidis Provintialis; præcipiens Provintiali protempore existenti, ut per se, vel per suum Visitatorem tales Conventus visitare teneatur, ut præcipitur à nostra Constitutione, ita taliter, quod finita visitatione, juris dictio, et officium visitatoris spiret.

6 Patribus Electoribus Provintiæ Syculæ, qui in Capitulo Generali suffragati sunt, vel fuerint, præter ea suffragia, quæ in morte ex Constitutione ipsis debent applicari, quilibet Conventus prædictæ Provintiæ teneatur tres Missas privatas offerre. =

7 Electores Provintiæ Syculæ accedentes ad Capitulum Generale, cuiuscunque ætatis sint, gaudeant privilegiis, quæ conceduntur Diffinitoribus havitualibus quinquaginta ætatis annos attingentibus, propter ingentem laborem itineris =

Conclusio Capituli.

Tandem ex desiderio votis præsentis Capituli fuit designatum ad celebrationem Sequentis Capituli Generalis anni Domini millesimi septingentessimi quadragessimi primi Cenobium Sanctæ Ceciliæ Deserti Ripensis in Provintia Castellæ, vigilia Pentecostes, nostris annuente votis Excelentissimo Domino Duce Methinæ Sydoniæ, ad quem designatio domus Capitularis spectat ex jure Patronatus nostræ totius Recolectionis. =

Commitia hæc Generalia Supremo auxiliante Numine finem foeliciter attigerunt in honorem ejusdem Dei optimi Maximi, nec non Beatæ Virginis Mariæ de Mercede, ab omni labe Originalis Culpæ in primo instanti suæ animationis præservatæ, Sancti Proto Parentis Nostri Petri Nolasco,

Omnium que Cœlestis Curiæ Sanctorum, die prima Junij, Anno à Virgineo Partu millessimo Septingentessimo Trigessimo quinto ab Apparitione V. Mariæ Virginis ad fundationem Nostri Ordinis anno quingentessimo decimo septimo, et Nostræ Recolectionis Oriente Centessimo Trigessimo Secundo. =

fr Joannes a Nativitate V. Genlis electus
fr. Ioannes a Iesu Maria Præses Capituli.
Fr. Marcus à Cruce Proalis Prov. Bethicæ =
fr Marcus a S. Antonio Proalis Castellæ
fr. [illegible] à S.to Josepho Proalis Sicil.
fr. Antonius a S.to Jacobo ex Vr. Genlis
Fr. Matthias a S.to Paulo Diff. Gen. Bethicæ
fr. Petrus a Sanctis Diffinit. Genlis Bethicæ
fr. Nicolaus à S.S.ma Trinitate Diffinitor Generalis Bethicæ
fr. Ludovicus à S. Thoma Diffint. Genlis Bæticæ
fr. Laurentius à S.to Joanne Bap.ta Diff.or Genlis Castellæ
fr. Ildephonsus à Spiritu Sancto Diff.or Generalis Castellæ
fr. Bernardus ab Humiltate Diff.or Gl. Castellæ
fr. Casimirus à Sanct. Rosario Diff.r Gnlis Siciliæ
F. Iacobus à S. Ioe Baptista diff. Gentis Siciliæ
fr. Onuphrius à S. Augustino Diff.r Gnlis Siciliæ
fr. Raymundus ab Immaculata Conceptione Diffinitor Generalis Siciliæ

De Mandato R.N.V. Glis et Capituli
fr ferdinandus a Solitudine
Secretarius Genlis et Capituli

+

Jesus Maria, y Joseph.

In nomine Sanctissime Trinitatis Patris,
et Filij, et Spiritus Sancti, et sub protecti-
one Beatissime Virginis Marie de
Mercede, et Protoparentis Nostri
Sancti Petri Nolasco, et
omnium Sancto-
rum

Notorio sea á Todos, como en el Conuento de Sta Cecilia de
la Villa de Ribas, Arzobispado de Toledo, de la Prouincia
del Señor S. Joseph en Castilla, de Descalzos de Nra Señora de la
Merced, Redempcion de Captiuos Christianos &c. En diez y nueue dias
del Mes de Mayo, de Mil siete cientos, y cinquenta y un años. Viernes
en la tarde, auiendose Juntado, para la Celebracion del Capitulo
General conforme á Nra Sagrada Constitucion, y Breues, de la
Santidad de Gregorio, decimo quinto, y Urbano octauo. Nuestro
Padre, Fr. Juan de la Natiuidad: Vicario General Presidente
de dicho Capitulo, el Pe Fr. Antonio de S. Guillermo, Prouincial
de la Prouincia de S. Joseph, en Castilla. el Pe Fr. Pedro de los Santos
Prouincial de Andalucia. el Pe Fr. Juan Antonio de la Asumpcion
Prouincial de Cicilia. el Pe Fr. Antonio de S. Jacobo. ex Pro Genl. Di-
finidores de Castilla. el Pe Fr. Nicolas de S. Juan Bauta. el Pe Fr.
Bartholome de S. Ana. el Pe Fr. Juan de S. Joachin. el Pe Fr. Ma-
nuel de S. Gabriel. Difs. de Andalucia. el Pe Fr. Marcos de la Sma
Trinidad. el Pe Fr. Fernando de la Soledad. el Pe Fr. Nicolas de la Santissima
el Pe Fr. Juan de S. Dionisio. Diffinidores de su Proui-
ncia de Cicilia. el Pe Fr. Buenauentura de S. Antonino. el Pe
Fr. Onofrio de S. Catalina. el Pe Fr. Jacomo de S. Juan Bautta
el Pe Fr. Juan Francisco Maria de S. Ana. y el Pe Fr. Pedro
de la Purificacion, Procurador General de la Romana Curia. el Pe
Fr. Nicolas de S. Maria de Socors. Procurador General, de la Prouincia
de Castilla. el Pe Fr. Antonio de S. Ana. Procurador general de la Prouincia
de Andalucia. y el Pe Fr. Placido de la Concepcion. Procurador
General, de la Prouincia de Cicilia. que por todos, son veint y un
botos, lexitimamente congregados, y calificados para la Election de

Vicario General de toda Nra Recoleccion. Auiendose leido el nombramiento del Ex.ma Señora Duquesa de Medina Sydonia Patrona General de toda Nra Sagrada Descalcez. Firmado de su mano, como curadora, y Madre del Ex.mo Señor D. Pedro de Alcantara; su Hijo. su fecha en Huelua á ueinte de Nouiembre de Mil setecientos y quarenta. en que assinaua para Casa Capitular, en que se hauia de celebrar el Capitulo General, el Conuento de S.ta Cecilia, del Desierto de la Villa de Riuas. E yo el Secretario General, y de Capitulo intimé á todos los dichos Vocales de dicho Capitulo una Patente del dicho Nro Pre Vicario General Fr. Juan de la Natiuidad Presidente del Capitulo en la qual conformandose con la ley les mandaba con precepto formal de S.ta Obediencia y pena di excomunion Mayor late sententie que si Alguno supiesse de algun Impedimento Canonico, de Censura ó Inabilidad ó otro qualquiera del dicho, en Alguno de los Vocales lo manifestasse y depusiesse dentro del termino de quattro horas ante Mi el Secretario de dicho Capitulo desde la notificacion de dicha Patente. Y el dicho Nro Pre Vicario General, leyo los §§ Vt autem libertas fol: 41 y el §. Nullus audeat fol: 60 y el §. ordinamus preterea fol: 221 y el § Statuimus fol: 220. que tratan de las penas de los Ambiciosos, y Solicitadores de Votos. Y luego en cumplimiento de lo dispuesto, por la Santidad de Vrbano octauo Constitu: 23. que empieza. Sanctiss.us Dominus noster. Hyse notorio y ley yo el Secretario de dicho Capitulo, el Edicto de la S.ta Inquisicion que comprehende diuersas Constituciones Apostolicas en fabor de dicho Tribunal para que á todos constasse. Y assi mismo yo el Secr.io del Capitulo ley la Tabla de los Difuntos, Religiosos y Religiosas que en las tres Prouincias han Muerto, desde el Capitulo General proximo passado hasta este dicho dia; y se hiso por ellos el Sufragio y commemoracion que dispone nra Constitucion, y con esso se acabó la Primera Session.

El dia siguiente Vigilia de Pentecostes se hiso la inuocasion del espiritu santo, cantandose el Veni Creator. Y el Pre Presidente General hauiendo echo una exortasion á todos los Vocales, para eligessen un Vicario General sugeto de las qualidades que mandan nuestras sagradas Constitusiones. =

Me preguntó á Mi como Secretario de Capitulo
si algun Religioso hauia manifestado algun impedi
mento Canonico, ó Inabilidad de los Vocales, a que res-
pondi que no. Assolvio Su Reverencia, é hizo Juramento
arreglandose á la forma que disponen nuestras Sagradas
constituziones, y en la misma forma, hizieron todos
los Vocales, que por todos eran ueinte y uno. Se procedio
á la Election, pidiendo zedulas á Mi Secretario del
Capitulo, y hauiendose regulado, puestos en una Cajesita
por el Pré Presidente General, los tres Padres Graves
y tres Padres Diffinidores, se hallaron, quattorze zedu-
las, con el nombre, del Pré Fr. Pedro de los Santos, y
siette con el nombre, del Pré Fr. Marcos de la Cruz.
y assi quedo echa, Canonicamente, la Election de Vicario
General, de todo el Orden de Mercedarios Descalzos, en
la Persona de Nro Pré Fr. Pedro de los Santos, a
quien, Immediatamente, dieron la Obediencia, todos los
capitulares. Se passó á la Yglesia, cantando el Te deum
laudamus. Tomó Su Reverenzia assiento, y le dieron
todos los Religiosos, la Obediencia, reconosiendole
por Superior General —

El Dia siguiente, que se contaron ueinte un Dia del
Siligo por la mañana Mando Nro Pré Vicario General
tocar á Capitulo. Estando todos congregados se hyso la
innocacion del Espiritu Santo para proceder á la Election
de Procurador General de la Curia Romana: Encargando
Su Reva. pusiessen los ojos en sujeto benemerito, y toma-
ndo zedulas en la misma forma que queda dicho, y
llegadas á regular por los mismos que ordena Nra Sagrada
Constitution se allaron, dessiseis zedulas con el nombre del
Pré Melchor de S. Antonio, y una con el nombre del Pré
Fr. Raymon de la Conception, por todos son diessiete
que es el numero de los Vocales, con lo qual, quedo canoni-
camente electo en Prõr. General de la Curia Romana
el Pré Melchor de S. Antonio —

+

Cetera vero Constitutionis habentiae quae ad Primam distintionem pertinent —

— Distintio Prima —

1 Prima die post festum omnium Sanctorum ordinis nostri non impedita festo ampliori, fiat Anniversarium solemne cum integro Defunctorum officio pro omnibus defunctis fratribus, omnesque Sacerdotes pro eis Defunctis ea die Missas applicent —

2 Omnibus nostri ordinis Sacerdotibus, preter eas Missas, quae eis Cap: 27. distintione secunda conceduntur, ultra conceditur, ut pro sua celebrent intentione diebus S. P. N. Petro Nolasco, Epifaniae, Purificationis, S.ti Joseph, Annunciationis (Diebus, quibus hec duo festa celebrantur) nec non Apparitionis S.ti Michaelis Archangeli, Ascensionis Domini, Corporis Christi, S.ti Joannis Baptae, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Beatissimae Virginis Mariae de Mercede, Conceptionis, Nativitatis, et Assumptionis ejusdem Deiparae, S.ti Raymundi Nonnati, S.tae Catarinae Virg: et Martiris, S.ti Antonij Abatis, S.ti Laurentij Mart: Santi Petri Paschasij, omnium Santorum ordinis nostri, et etiam in festo cuiuslibet S.ti ordinis nostri, et Circumcisionis Domini, subrogando sequenti die Missas, quas Constitutio antiqua prima die cuiuslibet Mensis pro defunctis fratribus applicat. Et nono declaratur à hoc Capitulo, quod conceditur cuilibet Sacerdoti, ultra primam Missam in die Nativitatis Domini, alias duas Missas celebrare pro sua intentione; et de novo conceditur pro sua celebrent intentione etiam in die S. Jacobi Ap.

3 Festa Assumptionis Sanctae Mariae, Sanctae Annae et cuiuslibet Sancti ordinis nostri nec non tota Epifaniae Domini octava inclusive a flagellatione eximantur et declaratur, quod festa Principalium Patronum, tam Diecesis quam loci, si festive á Populo servantur, a disciplina eximantur. In ea autem Diecesi vel loco ubi plures sunt Patroni Principales et festive etiam coluntur eorumque festa equaliter á flagellatione eximantur —

4 Festa cuiuslibet sancti ordinis nostri (si intra Adventum et
et septuagesimam non incidant) non Ieiunentur et tamen de-
claratur si predicta festa inciderint in quolibet feria in Roga-
tionibus non eximantur a Ieiunio—

5 Epistole misse, a Diffinitoribus ad Moniales, vel a Monialibus
ad Diffinitores, nec Commendator, nec Commendatrix eas possint
aperire, legere, aut occultare: sub Pena posita in nostra Con-
stitutione—

6 Ad obviandas tot tam crebrasque legis, et Obedientie fractio-
nes, quas ex facili Cellarum ingressu, ubique ordinis nostri Expe-
rti sumus oriri, permissum deinceps est, ut quilibet frater, spe-
ciali sera, vel claue Cellam sue Habitationis occludat, ut eaque
permittuntur ad Vsum, maiori securitate seruentur. Vt autem
hec Permissio debita reformatione seruetur, precipimus Com-
mendatoribus, ut clauem Comunem (vulgo) Magistram, secum
habeant, quam Alteri subditorum nemini tradant ut ipsis illi
Celle pateant. Subditis autem cuiuscumque gradus sint,
precipimus quod nullus speciali claue, seu repagulo, vtatur
sub pena grauioris culpe, per quatuor Menses, nec non pri-
uationis perpetue cuiuscumque clauis. Excipiuntur tamen ab
hac Regula communi Patres Redemptores, Procuratores, Reg.
et Conuentuales—

7 In omnibus nostre Recollectionis Conuentibus specia-
liter eligatur Altare, in honorem et titulum Beatis-
sime Virginis Marie de Mercede, nec non prima cuiuslibet
Mensis Dominica, fiat Processio indispensabiliter cum Ima-
gine eiusdem deipare, intra Claustra vel Atria nostra: Et
talis Processio semper Vespere fiat, nisi alias adsit aliqua
Vrgentissima causa, quia tunc Mane, talis Processio, omnino
debet fieri: Et ut tantum fundationis nostre sacre Religio-
nis beneficium a nostra gratitudine, numquam excidat, etiam
statutum est quod in omnibus nostri Ordinis tam
Fratrum quam Monialium etiam Collegiis, officium Matuti-
num Apparitionis eiusdem Sanctissime Virginis Marie, die qua
solemniter celebratur, Media nocte, cum solita Solemnitate
cantetur.

8. Commemorationes, seu Suffragia, Sanctorum Ordinis nostri
que ex Apostolica concessione, indultum est recitari, omnibus diebus
post completorium, in Choro dicantur, nec non in Officio diuino
cum fiunt commemorationes Ecclesie, vna commemoratione
pro Pace—

9 In Nostris Choris, tam Fratrum quam Monialium, semper recitetur post Completorium Oratio illa: Sacro Sanctæ et individuæ Trinitati &c. quam Summi Pontifices laudabiliter approbarunt, et pro Diuini Officij supplendis defectibus indulserunt, cum fere omnes Ecclesiastici Chori istam gratiam amplectantur, ne ob leuissimum onus, tam fructuosa Indulgentia priuentur—

10. Religio Nostra Kalendario Sanctorum Diœcesis utatur, sicut regulares utuntur fere omnes Religiones in Hispania, donec contrarium decretum expresse constet authoritate Apostolica—

11. Qui septuaginta ætatis Annos attingerint sint ab obligatione assistendi in choro exempti, tam ad Matutina Media Nocte, quam ad Orationem Mentalem primo Mane (Nisi fauente salute uelint assistere et deuotione.) Teneantur, tamen assistere ad cæteras Chori horas, præterdictas; ordinarios autem solum eximimus a Matutinis precibus Mediæ Nocte. Præter Festa, primæ et secundæ Classis, quæ cum cantu celebrantur, ad quæ semper assistant, sicut ad orationem Matutinam, nisi ob aliquem grauem causam, exemptionem specialem a Prelato Superiori obtineant—

12. Fratres Clerici et laici teneantur triplicata Suffragia, pro Sacerdotibus conuentualibus persoluere, sicut Sacerdotes tres Missas pro Non Sacerdotibus conuentualibus celebrant. Et præcipitur Vicarijs Conuentuum sub pœna suspensionis ab officio per duos Menses, id obseruandum curent, ut absque remissione semper ad omnia suffragia persoluenda, omnes laicos, et Clericos, qui sub custodia Magistri non sunt, conuocet, et cum ipsis, praedicta predicta suffragia recitet. Item præcipitur Magistris Studentium, et Nouitiorum sub eadem pœna—

13. In omnibus Conuentibus Monialium, pro quolibet Moniali, quæ in aliquo eorum decesserit, nouem Missæ cum cantu celebrentur loco eiusdem Numeri Missarum quæ priuatim, in Nris constitutionibus præcipiuntur recitari: et si pro predictis Missis, persoluenda sit Elemosyna, eorum Presidenti, Vicario, aut Confessario Nostri ordinis, sufficiat ea, quæ pro Missa priuata iuxta Morem illius loci solet persolui—

24\. statuitur et declaratur à toto Capitulo, posse Patres Provinciales interpetrare, et dispensare circa Constitutiones, prædictarum Monialium, dum à Sede Apostolica, vel Capitulo Generali approbationem non obtinuerint, semper tamen, iusta de causa, et si adsit gravissima; poterit etiam dispensare circa reelectiones in officiis Ammendatricis. Salva semper dispositione, et decreto Sacri Concilij Tridentini Sess. 25. Cap: 7. de ætate et qualitate eligendæ in Superiorem, ubi non minor annis quatraginta, præcipitur quod, debeat esse eligenda.

25\. Ad observantiam Decreti sacræ Regularium Congregationis circa Confessarios, nostrarum Monialium, præcipitur, a Capitulo Generali, non posse continuari in eodem Conventu prædictos Confessarios, nisi per unum tantum Triennium, et insuper, quod Patres Provinciales, teneantur mittere, Confessarios Extraordinarios, temporibus, à Constitutione designatis, ita tamen, quod ordinarius Confessor tempore, quo dicti extraordinarij suum munus exercent, nullatenus possit audire confessionem alicuius Monialis, nisi in casu expresso in decreto, scilicet in gravi periculo Mortis.

26\. Statuitur, quod omnia bona, pecuniæ, scilicet Elemosinæ, fructus, aut redditus radicum, aut Capitalium, quæ in unaquaque Provintia pertinent, tam de præsenti quam de futuro, ad Beatificationes, aut canonizationes cuiuslibet servi, aut servæ Dei; et etiam cuiuscumque Memoriæ, seu operis pij, non possint à Patribus Provincialibus administrari, custodiri, expendi, vel cum ipsis aliquid emi, aut fructificandum censualiter imponi; sed in deposito tribus clavibus clauso custodiantur, quarum una habeat P. Provincialis, alias vero duas, duo Patres diffinitores antiquiores. Ad expendendum autem, emendum, aut imponendum, semper assistentia, et votum decisivum omnium diffinitorum sit necessarium. Mutari autem nullatenus unquam possint.

27\. Cellæ ubi nostri quatuor PP. Fundatores, è vita decesserunt, in veneratione semper habeantur, et conserventur, ita quod, nunquam demoliri, nec ad habitationem alicuius secularis, Religiosi imo nec Prelati, aut Superioris, uti designari, aut concedi, nec ad alios usus, deservire possint; sed ad Oratoria pro Infirmis applicentur, et exornentur, Monumentaque aut Epitaphia, quæ antea in fronte prædictarum Cellarum

Pro venerabili memoria afixa erant iterum suis locis restituantur, ut alite venerabiles memorie semper conserventur & precipitur cuilibet commendatori prompta exequtio huius tam pij ac debiti statuti—

18. Pro Patribus, qui munus Redemptionis, aut Procuratoris Generalis Romane Curie exercuerint, in quolibet conventu, utriusque Provincie, preter communia suffragia, una Missa solemnis, cum sua Vigilia, & responsorio, canatur & declaratur, tale suffragium debere fieri etiam si suffragia conventualis aut superioris habeant. Et conceditur quod predicta Missa, cum sua Vigilia, & responsorio, extendatur ad omnes conventus cuiuscumque Provincie Pro Patribus tantum, qui sint vel fuerint Procuratores Generales Romane curie—

19. Missa Votiva, Beate Marie Virginis de Mercede, que in omnibus Anni Sabatis primo mane post primam vel tertiam canitur semper sit in Altari eidem Sanctissime Virgini dedicatum. Et declaratur quod predicta Missa semper cantetur de Misterio Apparitionis eiusdem Beate Virginis, cum duabus solit commemorationibus, exceptis diebus Sabati Sancti, Vigilie & festivitatis Nativitatis Domini & Sancti P. N. Petri Nolasci iuxta decretum sacre congregationis sub die undecima Iulij Anni Millesimi septingentesimi undecimi & precipitur á toto Capitulo, quod festum Beatissime Virginis Marie de Mercede celebrandum sit in omnibus Nostri Ordinis Conventibus, tam Fratrum quá Monialium die vigesima quarta Septembris, ut Religio cum Ecclesia conformetur. Attamen precipitur, á toto Capitulo, quod Dominica prima Mensis Augusti, fiat Processio eiusdem Virginis Marie, & pro gratiarum actione, in Memoriam tanti Beneficij. [Te deum Laudamus] Canatur. & declaratur quod in Vigilia Beatis.^ma Virginis Marie de Mercede servetur Ieiunium, sed absque disciplina; eius autem festivus dies si in secunda vel quarta feria inciderit, sit ab abstinentia carnium exemptus.—

20. Statuitur, quod si occurrat festum Marie Memoriale quod a Populo servetur, semper eadem Missa propria de Apparitione canatur, & tunc non debet omitti Missa conventualis, hora competenti, nisi tale festum sit de aliquo Misterio Beate Virginis, quia tunc predicta Missa prima mane omittitur, cuius loco sufficit, & supplebit Missa

Conuentualis que de Misterio occurrenti, hora tertia debet cani, iuxta Ritum ab Eclesia determinatum. Si autem recitetur in Choro de Aliquo officio Votino, uel Infraoctaua aut festo eiusdem Beatę Virginis, quod non seruetur a Populo, predicta missa, que primo mane est canenda sit de officio pos Dictam Tertiam. Et declaratur, quod quando iuxta predicta occurrant due Misse Sabbato canende; Post dimidiam horam Orationis Mentalis, dicatur Prima, et immediatè Missa Apparitionis canatur, ut dictum est.—

11. Statuitur. quod in Conuentibus nostrarum Monialium, ubi tres Religiose Professe Choro deputate et Sanguine Sorores germane sint, uel fuerint, minus antiqua illarum, vocem actiuam non habeat in electionibus, nec in Alijs determinationibus, Communitatis, donec deficiat Aliqua ex Antiquioribus—

12. Statuitur, quod dies S. P. N. Petri Nolasco, quocumque tempore, uel die occurrat, non ieunetur, nisi alicubi sit ieiunium de precepto: Similiter non seruetur Abstinentia, nisi occurrat feria sexta, uel Sabbato.—

13. Statuitur quod in Morte cuiuscumque Diffinitoris actualis, uel alterius a Iurisdictione ordinaria exempti, si presens sit Pater Prouincialis eiusdem Prouincie associatus cum Commendatore Domus, uel eius Preside ingrediatur Cellam Defuncti, ante quam aliquid ex illa exhauriatur, et que ad usum communitatis pertinent, Conuentui tradantur; que uero ad officium, scilicet litteras causas Scripturas, sigillum, et alia similia, P. Prouincialis accipiat. Si autem absens P. Prouincialis fuerit, tunc, Commendator, uel eius Preses, cum duobus Diffinitoribus, et his deficientibus, duobus ex Dignioribus domus predicte

Item secundo. exequatur. ~~Et de nouo~~ Declaratur et Statuitur a Toto Capitulo Generali, quod similiter obseruetur, in Morte cuiuscumque Religiosi precisiendo, quod P. Comendator Domus uel eius Preses non possit ingredi Cellam Defuncti nisi associatus a duobus Patribus Consiliarijs Conuentus—

Statuta vim Constitutionis habentia, quę ad secundā distinctionem pertinent

Distinctio Secunda

1. Ad observantiam Bullarum Sanctissimi Domini Nostri Urbani octavi & Alexandri septimi, quibus ad duo tantum triennia permittitur, Aliquem eligi ad officia Commendatoris, aut P[ro]curatoris Generalis Provincię, facta est à quinque Capitul[is] Generalibus uniformis declaratio; quod, qui quatuor Annos con[-]tinuos, in duobus triennijs, vel unum tantum completum, in an[...] Triennio, & totum immediate sequens triennium, prędicta exercu[...] officia, in sequenti Capitulo non possit reeligi, ad aliquod ex relatis officijs, nec ad officium Diffinitoris, nec Procuratori[s] Generalis Romanę Curię; Qui autem intra Annū ante Capi[tu]lum fuit electus, licet in tali Capitulo suffragium ferat, p[o]test reeligi, in duobus capitulis sequentibus, ad duo integra Triennia, quia illam parvam temporis quantitatem, pro nihil[o] ad Trienny computum reputamus—

2. Electio Diffinitorum in Capitulo Provinciali, non fia[t] per schedulas quatuor nominibus coniunctim, in capsellam missas, sed pro quolibet Diffinitore eligendo, á Capitulanib[us] sumatur.

3. Deinceps sint inabiles ad officia Rmi. Generalis, Pralis, aut Vicarij, vel Presidis Proalis, & Diffinitoris, qui cursu[m] Philosophię, & Theologię, vel sacrorum Canonum, per sex Annos integros non compleverint.

4. In electionibus, quę fiunt in Capitulis Conventualib[us] per vota secreta, nullus in sacris Ordinibus non const[i]tutus, suffragium ferat—

5. Nullus possit eligi ad officium Procuratory Generalis per duo continuata triennia, nec Procurator Generalis Romanę Curię reeligi possit ad idem Ministerium, nec in toto sequenti Triennio, ad aliud suffragatiuum officiu[m] pertinens ad Capitulum Provinciale, nisi ad Generala[tum], vel Provincialatum ascendat—

6. In nostro Romano Hospitio, semper sint Claviger, & Procurator Domus, per vota secreta canononice electi; & quantum ad orationem Mentalem, Officium Divinum & horarum cantum, cetteroque Actos in communi exercen[-]dos, ad literam, in Prędicto Hospitio, servetur—

Quod in Paragrapho, de Regimine Collegiorum, in hoc et
in alijs Capitulis Generalibus decretum est —
7. Procurator Generalis Romanæ curiæ, Impedimento legitimo
non adstrictus, ad Capitulum Generale uenire teneatur: Nec non
præcipimus, rationem dati, et accepti reddere, tam Visitatoribus, quã
Capitulo Generali, nominibus Clauigerorum firmatam; Quod si Perso=
naliter ad Capitulum, uenire non possit, eamdem rationem dati, et
accepti ad Idem Capitulum debet mittere —
8. Si Pater Noster R. Generalis, tempore celebrationis Capituli Ge=
neralis, Infirmitate, uel alio legitimo Impedimento adstringatur, ita
quod Personaliter, in prædicto Capitulo præsidere non possit; Ius et pote=
statem liberam habeat, ad nominandum per se eiusdem Capituli Generalis
Præsidem qui eandem Vocem, et Sedem habeat in omnibus eiusdem Capituli
Generalis operationibus, ac si Idem Pater R. Generalis, personaliter ibi adesset;
ad eum modum, quo decernitur de Capitulo Provinciali in Antiqua Consti=
tutione Cap. 6. distinct. 2. Quod si ex tali Infirmitate, qua prædictus Pater
Vicarius Noster Generalis impeditus fuit assistere, contingat mori, tunc
talis Præses ab Ipso Nominatus in suo munere perseveret, tam in
Sede, quam in Voce usque dum soluatur Capitulum Generale —
9. Nulla Prouincia, de nouo possit pro nũc, erigi, aut diuidi sine
consensu expresso uel Capituli Generalis, uel Patris Nostri R. Generalis et
uoto duplicis ad minus, Diffinitorij; qui autem contra hoc Decretum, Bul-
lam aliquam ausus fuerit impetrare (etiam si sit Provincialis) Ipso
facto, maneat excommunicatus, priuatusque officio, Sede, et Voce, tam Acti-
uæ, quam Passiuæ in perpetuum —
10. Patres qui Provinciales absoluti, uel Vicarij Provinciales per
Biennium fuerint, locum et Sedem post Diffinitores actuales imme-
diate habeant, et ante Commendatores Hospites: seruata inter eos
officij Prioritate, et non Professionis antelatione: Et declaratur a
Toto Capitulo quod electi canonice in Capitulo, sine Apostolica Substitutione,
præcedant illos, qui ex gratia tali exemptione fruuntur, Prædictosque
omnes excipimus ab officiis, quæ assignantur in tabula communi præ-
ter officia humilia, Seruiendi et Verrendi —
11. Redemptores actuales, et Procuratores Generales Provinciæ Sedem
tertio habeant immediatam post Vicarium Conuentus, seruato inter eos ordi-
ne Antiquitatis in Professione. Et similiter ~~tertio~~ Statuitur, et De-
claratur a toto Capitulo Generali, incompatibile esse cum officio Re-
demptoris, et Scriptoris, uel Chronologi, aliquod officium suffragatiuũ,
tertio siue ad Capitulum Generale, siue Provinciale, pertineat. Et etiam
~~tertio~~ declaratur, incompatibile esse in uno eodemque subiecto
officium Redemptoris, cum officio Scriptoris, seu Chronologi Generalis
12. In omni electione cuiuslibet Vocalis, siue ad Generale, siue
ad Provinciale Capitulum pertineat, Pater Noster R. Generalis, te-
neatur suffragari si in Conuentu, ubi fit electio, reperiatur Præsens:-

Si autem absit, moneri debet á Provinciali de electione facien[da]
qui admonitus, si non possit personaliter assistere, teneatur (et
non sit ei liberum) mittere, creare, seu nominare Præsidem to[ti]
ius electionis, qui eandem vocem, sedem et propositionem inter
Diffinitorium debet habere, ac si Pater noster R. Generalis
assisteret; Hæc autem nominatio, semper fiat in persona Alte-
rius, qui sit extra Diffinitorium. Et etiam declaratur á toto
Capitulo Generali, quod Pater noster R. Generalis, seu eius Præ-
ses debet suffragari in electione Magistri Novitiorum, sive
intra, sive extra Capitulum fiat.

13. In omni electione extra Capitulum facienda suffra-
gium Provincialis debet concurrere, etiam si P. N. R. Generalis
vel eius Præses in prædicta electione suffragatur. Observan-
da tamen est, nova Constitutio ad calcem, in qua decernitur
quod in omni electione vacantis Diffinitoris, Ipse Pater N.
R. Generalis, vel eius Præses Provincialis, seu Vicarius Provi-
ncialis, et tres tantum Diffinitores debent concurrere.

14. Incompatibile est in eadem persona, officium Commenda-
toris, aut Procuratoris Generalis cum officio Diffinitoris.

15. Diffinitores Actuales exempti sint á Iurisdictione Ordi-
naria Commendatoris, ita quod Patri Provinciali sint Im-
mediate subiecti, qui etiam socios ad egrediendum eis as-
signabit; Attamen in absentia Provincialis, licentiam
a Commendatoribus petant, tam ad egrediendum á domo quam
ad cætera quæ regulariter sese offerunt, eademque exem-
ptio, et Immunitas, in omnibus et singulis extendatur ad
Patres qui functi fuerint officio R. Generalis. Et prædicti
Patres ex R. Generali sint semper et absolute exempti á Iu-
1 secundo risdictione Commendatoris. (Ut ~~de novo~~ declaratum est)
Ipsis vero Patribus ex Generalibus conceditur facultas
nominandi, Religiosum aliquem obedientiæ, qui eis, tam
intra, quam extra domum, assistat. Et declaratur, quod
nomine Commendatorum non intelligantur eorum Vicarij.

16. Festum S.ti Michaelis Archangeli, quod iuxta ritum
Ecclesiæ sub ritu dupplicis Maioris, et sine octava celebra-
re debemus, cum apparatu primæ classis, quo ad cantum
celebretur. Et etiam declaratur, quod festum omnium SS.rum
Ordinis Nostri, eadem solemnitate, et ritu canatur.

17. In Anniuersario Defunctorum Ordinis, officium Integrū in Choro recitetur, non post Matutinum diuini offitij, sed intra eamdem diem, tempore à Prelato ordinario disponendo.

18. Patres et Prouintiales, et ex Vicarij Prouinciales, ante Commendatores hospites sedeant: diffinitores autem Abituales, ab officijs Diaconi, et Subdiaconi sint exempti.

19. Si Preses Capituli Generalis, á Pre V. Generali Nominatus, uel Morte, uel Infirmitate, uel alio accidenti, Predicto Capitulo, ad cuius Presidentiam fuit nominatus, impediatur assistere, tunc si facilis est recursus, ad P. Rmū Vicarium Generalem, Admittet Capituli eum Moneat, ut de alio Preside sua Potestate prouideat; si uero talis recursus, Moraliter est impossibilis, quin Predictum Capitulum Generale notabilis temporis Moram, patiatur (Et declaratur, quod notabilis Mora illa intelligenda est, que impedire potest horam prefixam celebrationis Capituli) Statuimus quod in Presidentia succedat Prouincialis, uel Vicarius Prouincialis illius Prouincie cuius filius est Pater V. Generalis.

20. Officium Procuratoris Generalis Romane Curie, ilico spirat, ubi sexennium impleuerit, etiam si ob Infirmitatem uel aliud legitimum impedimentum non accedat ad Generale Capitulum, tunc enim uacante predicto Munere succedere debet in Presidentia, et regimine nostri Hospitij frater antea, á Pre V. generali nominatus, qui alius sit á Procuratore uacante, cui Presidi ceteri omnes obediant. Ipse uero Preses in Negotijs non se intromittat, donec Nouus Procurator accedat—

21. Statum fuit, et admissum, á toto Capitulo Generali Decretum felicis recordationis Sanctissmi D. N. Innocentij Pape Vndecimi, quod incipit Nuper Pro Parte etc. in quo prohibetur omnibus nostri Ordinis Prelatis localibus pecunias capitales mutuo accipere, et superioribus quibuscumque ad id consensum prebere, nisi Seruato Iuris ordine: Qui quidem ordo Iuris sic debet procedere, ut post petitionem expressam, et offirmatam Maioris partis Conuentus, accedat consensus Prelati Superioris, cum diffinitorio, etiam specialibus litteris offirmatus; qui autem contra hoc decretum aliquod seu Bullam, ausus fuerit impetrare, subiaceat penis contentis in Iure contra alienantes bona Ecclesie—

22. Si Prelatus tempore Capituli, pecunias quas mutuo accesserit, non solverit, maneat priuatus, Voce passiua indispensabiliter per sex Annos. Et etiam Statuitur Tertio, á toto Capitulo, quod Presidens nostri Romani Hospitij, non possit aliquo Censu, uel censibus predictum Hospitium grauare, nisi seruato Iuris ordine, quod in presenti Constitutione declaratur. Et casu quo Predictus Presidens super hoc, á sacra Congregatione dispensationem aliquam impetrare tentauerit tum Capitulum Generale, omnibus Religiosis in predicto nro Hospitio existentibus, in communi, et unicuique seorsim facultatem prebet, ut apud eande

Sacram Congregationem proclament. Et simili modo precipitur, quod Pri nro Vicario Generali de tali Aeuentate notitiam prebeant.—

23. Diffinitores habituales ab officijs Diaconi, et Subdiaconi sint exempti; Et Diffinitores autem qui quinquaginta etatis annos attigerint, etiam ab officijs Hebdomadarij et Mense ultime sint exempti, et denuo declaratur, quod etiam excipiantur ab officio cantoris: nec non precipitur Commendatoribus ut nullatenus eos mittant ad Missas extra Domos nostras celebrandas, cuiuscumque etatis sint; Et etiam statuitur Tertio, quod ijsdem priuilegijs gaudeant ex Diffinitores, Suffragantes in Capitulo Generali cuiuscumque etatis sint. Et declaratur a toto Capitulo Generali, quod ex diffinitores qui per biennium completum officio diffinitorij non fuerint functi non gaudeant Priuilegijs, et exemptionibus, ex diffinitoribus concessis.—

24. A toto pleno Capitulo declaratur quod Clausula Constitutionis nostre, qua precipitur, quod Pater N. Generalis ex toto corpore Religionis eligatur, sit ad praxim deinceps debet reduci ut inter tres Prouincias, que modo stant (et predicti Corporis equalia sunt Membra) Alternatiua successio in Vicariatu Generali seruetur. Ita quod nullus ex Prouincia, cuius filius in hoc, et in antecedenti Capitulo Assumptus fuit ad Dignitatem Religionis supremam, in sequenti assumi possit ad illam.

25. Declaratur tamen quod si decursu Temporis Aliqua Prouinciarum diuidatur in duas uel plures non ideo debent augeri alternationes sed semper restringende sint ad tres Prouincias modo stantes. Ita quod, unus Generalis tantum ad Castellas, Alius ad Bethicas, et Alius ad Sicilas et alias erigibiles Prouincias extra Hyspaniam extendatur.

26. Decernitur etiam, quod hac subsistente Alternatiua, ut multitudo Prelatorum uitetur nullus Commissarius Generalis, cum Voce, et Sede in Aliqua Prouinciarum instituatur; sed Pater N. R. Generalis in qualibet Prouincia ad quam, Personaliter non potest accedere, nominare debet Visitatorem Generalem, et Prouincia Visitanda, et non ex Alia, iuxta formam prescriptam in nostra Constitutione, dist. 1. cap. 11.

27. Conceditur tamen dicto Visitatori Generali, sedes, et locus in omnibus Prouincie conuentibus ante Commendatores Hospitij a die nominationis: similiter etiam stabilitum est quod P. N. Generalis in Prouincia, seu Prouincijs, in quibus non est facilis recursus ad ipsum nominet per se, Iudicem Appellationis Causarum qui suam Iudicaturam exerceat cum eisdem facultatibus adiunctis cum quibus, Pater N. Generalis in eis

Causarum appellatione concurrit. quod totum Iam vim constitutionis obtinuit, quia iam in prędentibus Capitulis Generalibus admissum fuit Decretum Sacrę Congregationis Episcoporum, et Regularium in quo decernitur: Licuisse et licere. Datum Romę die 6. februarii: Anni Millesimi Sextingentesimi vigesimi secundi. Et etiam decernitur quod Iudex talis Appellationis qui semper debet esse Visitator sit liber à Iurisdictione Ordinariâ tam Ipse quam secretarius ab Ipso nominatus.

28. Patres qui Vicariatu Generali functi fuerint in omnibus Capitulis Generalibus Ordinis, nec non in omni Capitulo Provinciali suę Provincię suffragium et vocem habeant ad omnes Electiones ceteraque Acta que in prędictis Capitulis determinantur. Verum in Electione alias, que extra Capitulum solent occurrere, non suffragentur, nisi quando eorum vota pro Absentibus subrogantur.

29. Prędicti Patres ex Vicarii Generales, tam intra, quam extra Capitulum, ubicumque concurrant, sedem, et locum ante Omnes perpetuo servent. Eademque Diffinitores cuiuscumque Provincię, perpetuo servent Prędentia, in sede, et loco, declaratur in sua respectiva Provincia, pro Patribus et Provincialibus, qui actualiter fuerint diffinitores respectu Aliorum Diffinitorum qui non extiterint Provinciales.

30. Nullus in Vicarium, seu Vice Rectorem, assumatur ante quam trigesimum Ętatis Annum attingat.

31. Solius seu secretarius Generalis Ordinis locum et sedem habeat immediate, post Procuratores Generales, et Remptores et ante ceteros Conventuales.

32. Deficiente per Mortem vel Aliud legitimum Impedimentum Preside Capituli Provincialis, et non sit facilis recursus ad Patrem Nostrum Vm Generalem, presideat in dicto Capitulo Pater Provincialis vel Vicarius Provincialis, ne aliquod temporis Iacturam patiatur.

33. Visitator tantum habens Iurisdictionem in domo quam Actualiter visitat, et intra prefisos dies suę Visitationis à Nostris Constitutionibus taxatos, sedem, et locum obtineat, à die Ingressus domus visitandę usque ad discessum ab Ipsa, dummodo non excedat numerum viginti dierum. Et declaratur quod P. Noster Vicarius Generalis in uno quoque triennio semel tantum visitare teneatur.

34. Statuitur, quod Procurator Generalis Romanę Curię locum et Sedem habeat in omnibus nostris Conventibus, immediate post Commendatores Hospites, et concedantur ex Procuratoribus Generalibus Romanę

Curie privilegia, et exemptiones, quibus gaudent ex Diffinito-
res, quinquaginta Annos habentes.

Statuta vim Constitutionis non habentia, que ad eamdem secundam distintionem pertinent

Distinctio secunda

1 Tertio statuitur, quod in Conventibus, qui sunt Capita Provinciarum, scilicet, Sanctæ Barbaræ Mati-
tensis in Castella, Hispalensis in Bethica, et Conceptionis Panormi in Sicilia, restituantur, ut antea erant, Deposita seu Archivia Ordinis in communi Provinciæ Domus, et in his custodiantur scripturæ Breves et Bullæ, et alia Instrumenta, et unumquodque depositum, sit tribus clavibus clausum hoc modo dispositis. De Archivio, seu deposito Religionis primam Clavem, habeat Pater Noster Rᵐᵘˢ Generalis, seu eius Præses alteras duas habeant, duo Diffinitores Antiquiores; De Archivio Provinciæ primam Clavem habeat P. Provincialis, duas vero reliquas Alij duo Patres diffinitores: Et de Deposito Domus, Primam Clavem habeat Pater Commendator, et alteras duas Clavigeri, seu depositarij: Et præcipitur, quod nullus Religiosorum possit à talibus depositis Bullam, seu alia Instrumenta extrahere quin ibi obligationem suo nomine obfirmatam restituendi relinquat.

2. Tertio statuitur et declaratur, à toto Capitulo Generali quod si in nostra Religione, inveniantur duo Germani fratres, non possit esse unus et Provincialis et alter Diffinitor sive Prelatus localis: Et etiam præcipitur quod unus frater Germanus non possit esse Commendator et Alter eius Vicarius; Et hoc ipsum intelligatur, quando unus et Vicarius Generalis, Alter non possit esse Provincialis.

3. Tertio statuitur et declaratur à toto Capitulo, quod facultas in antecedentibus Generalibus Capitulis data Provincialibus, ut Annuatim peterent à Conventibus suæ Provinciæ Portionem moderatam ad comunes et inexcusabiles sumptos Religionis sic intelligi debet, quod tales portiones solam deserviant ad conducendam Provinciam ad Capitulo

Generale uel ad aliam causam urgentem pro bono Religionis uel ad librorum impressione; Sed aduertendum tamen uenit, quod tales Portiones ex erario nullatenus extrahantur, absque licentia expressa, R. P. N. Generalis. Et precipitur sub precepto formali Sanctę Obedienzę Prouinciali, et Diffinitorio ne ad Alios preter numeratos fines, tales Portiones extrahant.

4. Tertio statuitur a toto Capitulo Generali, quod ex Diffinitores omnes exempti sint ab examine, ad modum quo dicitur de lectoribus, in Additione ad cap: 24. dist: 4. §. Prelati &.

Acta
Pro Uniformi Collegiorum Regimine

1. In omnibus nostri ordinis collegijs, hec festa seu horę Canonicę cum cantu fiant: Vesp: omnium festiuitatum Primę classis, quę seruantur a Populo: nec non Conceptionis Purissimę, S. P. N. Petri Nolasco, Sti Josephi, Apparitionum Beatę Marię de Mercede; S. Michaelis Archangeli. Item Matutinum integrum, Natiuitatis Domini, Ressurrec; Pentecostes et feriæ quintę in Cena domini. In Matutinis autem Sti P. N. Petri Nolasco et Sti Josephi, Assumtionis, et Apparitionis Beatissimę B. Marię de Mercede; Sti Michaelis Archangeli, Corporis Christi, Epiphanię domini, Conceptionis Purissimę Virginis Marię, Natiuitatis Sancti Joannis Baptistę et SS. Apostolorum, Petri et Pauli; Inuitatorium Tedeum et Benedictus canatur. Et precipitur Idem fieri debere in die Ascensionis Domini. In festis autem secundę classis, quę a Populo seruantur, nec non cuiuslibet Sancti Ordinis nostri Presentationis et Visitationis, Beatę Virginis Marię, Tedeum tantum canatur. Prima etiam in Vigilia Natiuitatis domini, Tertia in die Pentecostes, et Nona in die Ascensionis Domini. Cum cantu fiant

2. Missa Conuentualis, in omnibus festiuitatibus supradictis, [illegible] labiter, est canenda, nec non feria quarta cinerum in omnibus Quadragesimę dominicis, et in Prima Aduentus, in commemoratione defunctorum, tam Ecclesię, quam Religionis, in Anniuersarijs ordinis et tandem omnibus Anni sabbatis, Missa solemnis, Beatę Virg: Marię =

3 Omnes lectores actuales, teneantur assistere omnibus Vesperis, Matutinis, & Missis solemnibus festivitatem Primę Classis, nec non ad Missam Beatę Virginis Marię in Sabato, & ad omnia suffragia, quę pro fratribus decedentibus persolvuntur, atque etiam ad omnia Constitutionis Anniversaria. Similiter debeant assistere Litanię, & Salue. quę Sabato canitur, & ad in com(m)uni Verrendum —

4 In quolibet Theologorum collegio (in quo numerari debent a Provinciali tres lectores) tam ipsi quam Artium doctrinam, a Divo Thoma traditam doceant sub eis opinionibus, quę communiter assitantur in Schola Thomistica Dominicana sub pęna privationis a lectura; Conclusiones autem quę in quolibet Hebdomoda sustententur ab hora septima, usque ad nonam, post Vesperum disputentur

5. In Theologorum Collegijs lectiones omnes, sint Scholasticę Theologię, & quilibet lector Theologię, tenatur Mittere ad Diffinitorium, in fine cuiuslibet cursus, Materiam a se elaboratam, lectam & idem scriptoribus ordinis Nostris, precipitur, ut a Diffinitoribus, revideantur; Et precipitur quod Nostra Constitutio circa electiones oppositionis ad Chatedras obtinendas inviolabiliter observetur. & similiter quod Patres Provinciales assignent lectoribus Theologię Materias quas in quolibet cursu legere debent, & in communi Bibliotecha reponantur et serventur.

6. Extra Adventum & quadragesimam Ecclesię tantum concedatur Scholasticis, in qualibet Hebdomoda una vacationis dies in qua recreationis causa egrediantur ad rusticandum si tempus faveat. quod si intemperiatum fuerit tempus, eadem Recreatio, absque assistentia ad orationem Mentalem, intra domum permittatur.

7. Scholasticus conclusiones sustentaturus, per tres antecedentes dies, ab assistentia in Choro sit exemptus, preter orationem Mentalem, a qua solum excipitur, circa Matutinis diei Immediate, post predictum exercitium, & hora vespertina eiusdem diei, conclusionum. Lectori autem presidenti, & Scholastico sustentanti, Portiuncula aliqua ultra communem attento presenti labore, ministretur.

Statuta
Vim Constitutionis habentia quę ad Prouinciam Sancti Raymundi Nonnati, Sicilię tantum perti-nent

1\. Prouinciales Italię, uel Sicilię possunt pro suo libito Concionatores Mit-
tere, toto tempore Quadragesimę, ad Predicationis Ministerium, etiamsi in
loco, ubi sunt concionaturi, Conuentus Nostri Ordinis, non sint, dummodo nu-
mquam sine socio mittantur—

2\. Lectores actuales, et preteriti, Aliique Religiosi litterati, possint in Publi-
cis conclusionibus argumentari

3\. Pater R. Generalis possit libere secretarium assumere ex Prouincia
non obstante qualibet Constitutione contraria—

4\. Prouincia Sicula seu Italica / Ut ęqualitas seruetur in om-
nibus / sit ęqualis cum ceteris, in officijs et honoribus. Ita ut ex
ea Assumatur Procurator Generalis Romanę Curię, Alternatiua
seruata cum Aliys Prouincijs -

5\. Quando Alternatiua Inuestio, Officij Vicarij Generalis pertinet
ad Prouinciam Syculam, debent assistere Capitulo Generali, saltem tres
Vocales eiusdem Prouincię, et si forsan in itinere, per Mortem, uel
aliud Impedimentum legitimum, Aliquis horum trium accedere
non possit, ad Dictum Capitulum Generale, Alij duo Vocales, defe-
rentes secum Testimonium, certum facientes prędictum Impedime-
ntum, sufficiant ut ex dicta Prouincia, eligatur Pater Vicarius
Generalis, si vero dicta Prouincia, prędicto modo assistere nequeat,
tunc electio fiat ex Prouincia Hispanię, cuius filius non est
Vicarius Generalis Pręsens, seruato tamen Iure Prouincię Sy-
culę ad futurum Immediate Capitulum—

6\. Conuentus Malleani, et Episcopij, in Sabinis, Recollectionis No-
strę aggregati, Patri Prouinciali Sicilię, seu Italię traduntur, re-
gendi sicut ceteri Conuentus eiusdem Prouincię, et quia Pater Pro-
uincialis Prouincię Siculę, solitus est nominare per se solum Pręsi-
dem Prouincialem pro conuentibus Italię prędictis, declaratum
fuit a toto Capitulo, quod deinceps non possit a Patri Prouinci-
ali Sicilię fieri nominatio talis Pręsidis Prouincialis, et pręcipitur
Prouinciali pro tempore existenti, ut per se, uel per suum Visita-
torem tales conuentus visitare teneatur, ut pręcipitur in nostra

Constitutione, ita ut finita visitatione Jurisdictio et officium visitatoris expiret.

7\. Pro Patribus electoribus, Provinciæ Sycule, qui in Capitulo Generali suffragati sunt, vel fuerint, preter ea suffragia, quæ in More ex Constitutione Ipsis debent applicari, quilibet Conventus prædictæ Provinciæ teneatur tres Missas privatas offerre.

8\. Electores Provinciæ Syculæ, accedentes ad Capitulum Generale cuiuscumque ætatis sint gaudent Privilegijs et exemptionibus, quæ conceduntur Diffinitoribus habitualibus quinquagintæ ætatis Anno attingentibus, propter ingentem laborem Itineris.

Conclusio Capituli

Tandem ex votis decisivis Presentis Capituli fuit designatum ad Celebrationem Sequentis Capituli Generalis Anni Millesimi septingentesimi quadragesimi septimi, Cenobium Corporis Christi, oppidi del Viso, in Provincia Bethica vigilia Pentecostes nostris Annuente votis Ex.mo Domino Duce Metimnæ Sydoniæ, ad quem designatio Domus Capitularis spectat, ex Jure Patronatus Totius Nostræ Recollectionis.

Comitia hæc Generalia Supremo auxiliante Numine, finem feliciter attingerunt In honorem eiusdem Dei optimi Maximi Nec non Beatæ Virginis Mariæ de Mercede ab omni labe originalis Culpæ. In primo instanti suæ Animationis, preservatæ - Sancti Protoparentis Nostri Petri Nolasco, omniumque Celestis Curiæ Sanctorum; Die vigessima quinta May. Anno. A Virgineo Partu. Millesimo septingentesimo quadragesimo primo. Ab Appne Beatæ Mariæ Virginis, ad fundationem Nostri ordinis. Anno quingentesimo vigesimo tertio. et Nræ Recollectionis orientis ~~Centesimo vigesimo~~ octavo —

Fr. Petrus a Sanctis ~~?~~ V. Gen.lis Fr. Joannes a Nativitate
Generalis Absolutus et Preses Capituli
Fr. Antonius a Viso Vicarius Provincialis Castellæ
Fr. Joannes de Antonio ... ab Assump.ne Provincialis Siciliæ

Fr. Antonius a S.to jacobo Ex V. Gen.lis
Fr. Bartholomeus a S.ta Anna Diff. Gralis
Castellae

Fr. Emmanuel a S.to Gabriele
Diff.tor Gen.lis Castellae

Fr. Nicolaus a S.ma Trinitate
Diff.tor Gralis

Fr. Ioannes a S.to Dyonisio
Diff.tor Gen.lis

Fr. Onuphrius a S.ta Catarina
Diff.r Gentis Siciliae

Fr. Ioannes Franciscus a S.ta Anna
Diff. Gen.lis Siciliae

Fr. Nicolaus a S. Ioanne Baptista
Diff.tor Gen.lis Castellae

Fr. Ioannes a S.to [illegible]
Diffinitor Gen.lis Castellae

Fr. Marcus a [illegible]
Diff.or G.lis [illegible]

Fr. Ferdinandus a solitudine
Diff.r Gen.lis

Fr. Bonaventura a S.to Antonino
Diff.r Gentis Siciliae
[illegible]

De Mandato Rmi. Patris Nri. P. Generalis et
Capituli
Fr. Melchior a D. Ant.o Secret.us Gen.lis et Cap.i

11

J. M. J.

In Nomine SS.^me Trinitatis Patris, et filij, et Spiritu S.ti et Sub Protectione Beatissimæ Mariæ de Mercede, et Protoparentis Nostri S.ti Petri Nolascho et Omnium Santorum
Amen

Notorio Sea atodos Como en el Conv.to de N.ra Madre dela Merced dela Villa de Huelva en esta Provin.cia de Andalucia y Arzobispado de Sevilla En dies y nueve dias del mes de Mayo del año demil setesientos y quarenta y siete, Viernes enla tarde aviendo se Juntado para la Celebrasion del Capitulo General, Conforme à N.ra Sagrada Constitusion y Breves dela Santidad de Gregorio Deci mo quinto, y Urbano Octavo: N.ro P. Vicario General fr. Pedro delos Santos Presidente de dicho Capitulo, El P. fr. Juan de S.n Dionisio Prov.l de Andalucia. el P.e fr. fran.co de S.n Marcos, Prov.l enla de Castilla. el P. fr. Pedro Maria de Jesus Prov.l enla de Sicilia N.ro P.e fr. Juan dela Natividad Vicario Gen.l Hijo dela Provincia de Castilla, y los PP. Difinidores dela Provin.a de Andalucia. fr. Bartholome de S.n Cipriano, fr. Diego de S.n Lorenzo. fr. Pablo de S.n Miguel, fr. fran.co del Espiritu S.to y PP. Difinidores dela Provin.a de Castilla, fr. Lucas del Espiritu S.to, fr. Melchor dela Visitasion, fr. Miguel de S.n Antonio, fr. Pedro de S.n Ygnacio. los PP. Difinidores dela Prov.a de Sicilia fr. Reginaldo de S.n fran.co fr. Esteban dela Concep.on fr. Nicolas del Carmen fr. Pedro Antonio dela Trinidad. y el P. fr. Augustin dela Encarnacion Proc.or Gene.l porla Prov.a de Andalucia, y el P. fr. fran.co dela Concep.on Proc.or Gene.l porla Prov.a de Castilla, y el P. fr. Juan Bautista dela Concep.on Proc.or Gene.l porla Prov.a de Sicilia q. portodos son Votos Veinte Legitimamente Congregados, y Calificados para la Elecsion de Vicario Gene.l detoda N.ra Recolecsion, y aviendose leido el Nombram.to del Ex.mo S.r Duque de Medina sidonia dado en Madrid a quinse del Enero de 1747 a.s

En q asignaba por Casa Capitular este Convto. de su Villa de Muelvos;
Yo el Secretario General y del Capitulo. Intime a todos los Vocales, una
Patente de el dicho M. R. P. Vicario General fr. Pedro de los Santos,
Presidente de el Capitulo En la qual, Conformandose con la Ley,
les mandaba En Precepto formal de Sta. Obediena. y pena de Esco
munion Mayor latæ sententiæ una pro trina Canonica Monitione
præmissa. que si alguno supiese de Algun Impedimto. Canonico
de Censura, ô Inhabilidad, ô otro qualquier de el derecho, en alguno de
los Vocales, lo manifestase, y depusiese dentro de el termino de quatro
horas. Ante mi el Secretario del dicho Capitulo, desde la Notificacion
de dicha Patente, a q me mando fixar, Como se executo assi, a la
Puerta de la Sala Capitular, y dicho M. R. P. Vicario Genl. fr. Pedro
de los Santos, y Presidente del Capitulo, me mando ler los Parrafos,
autem libertas. fs. 142 y otros parrafos de los Capitulos 1, 2, y 3, de la
division primera de Nras Constituciones q tratan de las penas de los
Ambiciosos, y solicitadores de Votos. y luego En Cumplimiento de lo dis
puesto por la Santidad de Urbano octavo Constitucione 23 q empiesa
Sanctissimus Dominus Noster, y hise notorio, y lei Yo el Secretario de
dicho Capitulo, el Edicto de la Sta. Inquisicion, q Comprehende ô varias
Constituciones Apostolicas en favor de dicho Tribunal = y asimis
mo lei, Yo el dicho Secretario la tabla de los Difunctos Religiosos,
y Religiosas q en las tres Provincias An muerto desde el Capitulo
General proxime pasado, asta este dicho dia, y se hizo por ellos
el Sufragio y Commemoracion q dispone Nra Constitucion.
Y Con esto se Concluyo esta primera Sesion. = El dia siguiente Vi-

gilia de Pentechostes, Yo el dicho Secretario Celebre el Sto. Sacri
ficio de la Misa En la Sala Capitular, a que asistieron todos los Vo
cales; y aviendose despues echo la Invocacion del Spiritu Sto. Cantan
do el Himno Veni Creator Spiritus. M. R. P. Presidente Genl. aviendo
echo Una Exortacion a todos los Vocales para q eligiesen en Vicario
Genl. Sugeto de las qualidades, q mandan Nras Sagradas Constitu
ciones: Me pregunto a mi Como Secretario Genl, y del Capitulo, si
algun Religioso avia Manifestado algun Impedimento Cano
nico o de Inhabilidad de los Vocales; y aviendo respondido, q No
absolvio su R.a: y luego hizo Juramento arreglandose a la forma

q. disponen Nras. Sagradas Constituciones, y en la misma forma
hizieron todos los Vocales, q. por todos eran Veinte. Luego se pro
cedio ala Eleccion pidiendome sedulas ami Como Secretario
de Capitulo, y aviendose Regulado, las q. estaban en vn Jarro
de plata, por N. Rmo. Pe. General por los tres PP. Provinciales
N. P. ex Vicario Genl. fr. Juan dela Natividad, y por vno
delos Diffinidores mas Antiguos de Cada Provincia; se
hallaron dies y nueve sedulas con el Nombre de N. P.
fr. Pedro Maria de Jesus Provl. q. era dela Provincia de
Sicilia; y vna Con el Nombre de N. P. fr. Juan Antonio
dela Asumpsion ex Provl. de dicha Prova.: y assi, por todos
los Votos, quedo echa Canonicamente la Eleccion de Vica-
rio General detodo el Orden de Mercenarios Descal-
zos, en la persona de N. Pe. Maria de Jesus aquien in-
mediatamente dieron la obediensia todos los Capitulares
en la sala Capitular desde la qual se paso ala Iglesia Can
tando el te Deum laudamus: tomo su Rma. Asiento y le die
ron todos los Religiosos la obediensia Reconosiendole por
su Superior General = El mismo dia por la tarde dicho N. P. Pre
sidente General mando tocar a Capitulo, y Juntos en la Sala Capitu
lar los PP. Vocales, excepto los tres PP. Procuradores Generales les
propuso su Rma. Como ala provincia de Castilla la Procuracion
General de Roma para q. dichos PP. Confereniasen entre si
el sugeto q. les paresiese mas del agrado y honrra de Dios. En esta
misma Sesion nombro su Rma. alos PP. Diffinidores fr. Pablo
de Sn. Miguel por esta Provincia de Andalucia, y a fr. Isidro de
Sn. Ignacio por la de Castilla. y fr. Reginaldo de Sn. Franco. por
la de Sicilia, para q. entre los tres Viesen y Regulasen la Carta
quenta de todo el Sexenio de N. hospicio de Sn. Juanino en Ro-
ma. y Con esto absolvio esta segunda Sesion. =

El dia Siguiente
por la mañana q. se Contaron Veinte y vno del mes de Mayo
mando N. P. Presidente General tocar a Capitulo y estando todos

Congregados se hizo la Invocación del Espíritu S.to para proceder ala
elección de Procu.or General dela Curia Romana, y tomando sedulas
enla misma forma q̃ queda dicho, y llegadas a Regular por los mis-
mos q̃ Ordena N.ra Sagrada Constitución se hallaron diez, y siete se-
dulas las mismas q̃ ai de Vocales, todas con el nombre del P. fr. Blas
de S.r S.n Joseph; Con lo qual quedó Canonicamente Electo en Pro.or
General de la Curia Romana, el dicho P. fr. Blas de S.r S.n Joseph
= Ese mismo dia se leyó la Bulla de N.ro SS.mo P. Benedicto Deci
mo quarto sacada por los PP. delos sinco Conv.tos dela Congrega
ción de S.r S.n Miguel acerca dela qual no Rezolvió cosa el
Capitulo General, por q̃ los PP. dela Provincia de Sicilia Res-
pondieron que tenian q̃ Representar = Asimismo Repre
sentaron los PP. Diffinidores señalados para Regular las
quentas del hospicio de S.n Juanino q̃ no venian en forma, por
N. P. Proc.or Gl. lo qual determinó el Capitulo, dar Comisión a el Proc.or Gene.l
nuevamente electo, del q.d faciendum =

Acta vim Constitutionis habentia
q̃ue ad primam distinctionem
pertinent

Distinctio Prima

1 Prima die post festum Omnium Sanctorum Ordinis nostri, non
impedita festo duplici, fiat Anniversarium Solemne cum integro de
functorum officio pro Omnibus Defunctis fratribus: Omnesq̃ Sacerdo
tes pro eisdem Defunctis, ea die missas applicent.

Omnibus nostri Ordi
2 nis Sacerdotibus, preter eas missas, que lo Capite 27 distin.e 2 Conceduntur, ultra Conceditur, ut pro sua Celebrent intentione diebus S.tae P.
X.ti Domini Nativitatis, Epiphaniae, Purificationis, S.ti Joseph, Annuntia
tionis (diebus quibus haec festa Celebrantur) necnon Apparitionis S.ti Mi
chaelis Archangeli, Ascensionis Domini, Corporis X.ti, S.ti Joannes Bap
tistae, SS.rum Apostolorum Petri, et Pauli, B.mae Virginis Mariae de
Mercede, Conceptionis, Nativitatis, et Assumptionis, eiusq̃ Deiparae

Sti Raymundi Nonnati, Ste Catharinæ Virginis et martiris, Sti Antonij Abbatis, Sti Laurentij martiris, Sti Petri Paschasij, Omnium Sanctorum Ordinis Nostri, et etiam in festo Cujuslibet Sti Ordinis nostri et Circumcisionis Domini: subrogando secunda die missas quas Consuetudo antiqua prima die Cujuslibet mensis pro defunctis fratribus applicat. Tertio declaratur a toto Capitulo quod Reli Sacerdotes pro sua Celebrem intentionem omnes tres missas in die Nativitatis Domini; et secundo Conceditur quod pro sua Celebrem intentione, etiam in die Sti Jacobi Apostoli, de novo Conceditur quod pro sua Celebrient intentione in die Omnium Sanctorum Ecclesiæ.=

3 Feria Inventionis Stæ Crucis Stæ Annæ et Cujuslibet Sti Ordinis Nostri, nec non tota epiphaniæ Domini octava, inclusive, a flagellatione eximantur, et declaratur, quod festa principalium Patronorum, tam Diocesis, quam loci, si festive a populo serventur a disciplina eximantur. In ea autem Diocesi, vel loco ubi plures sunt Patroni principales, et festive etiam coluntur, eorum festa equaliter a flagellatione excusentur=

4 Festa Cujuslibet Sti Ordinis nostri (si intra adventum, et Septuagesimam non incidant) non Jejunentur, et tercio declaratur quod si prædicta festa inciderint in qualibet feria in Rogationibus non eximantur a Jejunio=

5 Epistolæ missæ a Diffinitoribus ad moniales, vel a monialibus ad Diffinitores, nec Comendatores, nec Commendatarii eas possit aperire, legere, aut occultare sub pœna posita in nostra Constitutione=

6 Ad obviandas tot, tam crebras quæ legis, et obedientiæ fractiones, quas ex facili Clausum ingressu, ubique Ordinis nostri Experti sumus Oriri, pernimium de incepto, ut quilibet frater speciali sera, vel clavi Cellam suæ habitationis occludat, ut ea quæ permituntur ad usum, majori securitate serventur. ut autem hæc permissio debita Reformatione serventur.

Præcipimus Commendatoribus, ut clavem Communem (Vulgo Maestram) secum habeant, quod alteri Subditorum nemini tradant, ut ipsi soli ea uti possint. Subditi autem Cuiuscumque gradus sint, præcipimus, quod nullam specialem clavem, seu Repagulo, possit uti, sub pœna gravioris Culpæ per quatuor menses, nec non privationis perpetuæ Cujuscumque clavis. Excipiuntur tamen ab hac Regula Communi, PP. Redemptores, Procuratores Generales, et Conventuales. =

7 In Omnibus nostris Recolectionis Conventibus Specialiter erigatur altare in honorem, et titulum B.mæ Virginis Mariæ de Mercede, nec non prima Cujuslibet Mensis Dominica fiat processio Indispensabiliter, Cum imagine Ejusdem Deiparæ, intra Claustra vel Atria nostra, et talis processio semper Vespere fiat, nisi aliquo obsit aliqua Urgentissima Causa, quia tum Mane talis processio Omnino debet fieri. Et tantum fundationis Obiit Sacræ Religionis beneficium a nostra gratitudine nimquam lapidat, etiam Statutum est, quod in Omnibus Nostri Ordinis domibus, tam fratrum, quam Monialium, etiam Collegiis, officium Matutinum Apparitionis Ejusdem B.mæ Virginis Mariæ, die qua Solemniter Celebratur, media nocte Cum solita Solemnitate Cantetur. =

8 Commemorationes, seu Suffragia Santorum Ordinis Nostri, quæ ex Apostolica Concessione Indultum est Recitari, Omnibus diebus post Completorium in Choro dicantur, nec non in officio divino, Cum fiunt Commemorationes Ecclesiæ, Ante Commemorationem pro pace.

9 In nostris Choris tam fratrum, quam monialium, semper Recitetur post Completorium, Oratio illa: Sacro Stæ et Individuæ trinitati &c quam Summi Pontifices laudabiliter approvarunt, et pro divini officii Suplendis defectibus Indulserunt Cum fere Omnes ecclesiastici Chori etiam gratiam Amplectantur, ne, oblivionum Onus tam fructuosa indulgentia priventur =.

10 Religio nostra Kalandario Sanctorum Diocesis Utatur sicut Regularitur Utuntur fere Omnes Religiones in hispania, donec Contrarium decretum

expresse Concessi ex Autoritate Apostolica. =

11 Qui Septuaginta etatis annos attigerint, sint ab obligatione assistendi in choro exempti, tam ad matutinum media nocte, quam ad Orationem Mentalem primo mane (nisi sponte sua[?] ipsi velint assistere ex devotione) teneantur tamen assistere ad ceteras Chori horas predictas; Sexagenarios autem solum eximimus a matutinis precibus media nocte, preter festa primae, et secundae Classis, quae cum cantu celebrantur, ad quae semper assurgant, sicut ad Orationem matutinam, nisi ob aliquam gravem causam exemptionem specialem a Prelato superiori obtineant. =

12 Fratres Clerici, et laici, teneantur multiplicata suffragia pro Sacerdotibus Conventualibus persolvere, sicut Sacerdotes tres missas pro non Sacerdotibus Conventualibus celebrant. et precipitur Vicariis Conventuum sub pena suspensionis ab officio per duos menses, ut observandum curent, ut absque remissione semper ad omnia suffragia persolvenda, omnes laicos, et Clericos, qui sub custodia Magistri non sunt, convocet, et cum ipsis predicta suffragia recitet. Idem percipitur Magistris Novitiorum, et Studentium sub eadem pena. =

13 In omnibus Conventibus monialibus pro qualibet moniali, quae in aliquo eorum decesserit novem missae cum cantu celebrentur, loco quidem numeri missarum, quae privative in suis Constitutionibus precipiuntur Rectori, et sic pro dictis missis persolvendas sit elemosina eorum presidenti Vicario aut Confessario nostri Ordinis; sufficit ea, quae pro missa privata iuxta morem illius loci solet persolvi. =

14 Statuitur, et declaratur a toto Capitulo posse PP. Provinciales interpretare, et dispensare circa Constitutiones predictarum Monialium, dum a Sede Apostolica, vel Capitulo Generali approvationem non obtinuerint, semper tamen iusta de causa, etiam atque gravissima poterit etiam dispensare circa Relectiones in Officio Commendationis, salva semper dispositione

Decreto S.ti Concilij Tridentini, Sessione 25 Cap. 7 de Etate, et quali tate eligendi in Superiorem, ubi non minor annis quadraginta, præcipitur qd debeat esse eligendus.

15 Ad observantiam Decreti Sacræ Regularium Congregationis circa Confessarios nostrarum monialium, præcipitur a Capitulo Generali, non posse continuari in eodem Conv.tu prædictos Confessarios nisi per unum tantum triennium, ac insuper, qd PP. provinciales teneantur mittere Confessarios extraordinarios temporibus a Constitutione designatis, ita tamen, qd Ordinarius Confessor, tempore qd dicti extra Ordinarij suum munus exercent, nullatenus possit audire Confessiones alicujus monialis, nisi in Casu expresso in decreto, scilicet, in gravi periculo mortis, vel nisi ipsa postulaverit. =

16 Statuitur qd omnia bona pecuniæ, scilicet elemosinæ, fructus, aut redditus stabilium, aut Capitalium quæ in nostra qualibet Prov.a pertinent, tam de præsenti, qm de futuro ad Beatificationes, seu Canonisationes Cujuslibet Servi, aut servæ Dei, et etiam Cujuscumque memoriæ seu operis pij, non possint a solis Provincialibus administrari, custodiri, expendi, vel cum ipsis aliquid emi, aut ad fructificandum denuo aliter imponi; sed in deposito tribus clavibus clauso custodiantur, quarum unam habeat P. Prov.lis, alias vero duas, duo PP. Diffinitores Antiquiores. Ad expendendum autem, emendum, aut imponendum, semper assistentia, et votum decisivum omnium Diffinitorum, ac nec serarium; mutuari autem nullatenus umquam possint. =

17 Cellæ ubi nostri quatuor SS. fundatores, extra decesserunt, in veneratione semper habeantur, et conserventur, ita qd numquam demoliri, nec ad habitationem alicujus secularis, Religiosi, imo nec Prælati, aut superioris, vel hospitis, nec ad alios usus deservire possint; sed ad Oratoria ornari, aut concedi, nec ad alios usus, deservire possint; sed ad Oratoria... pro imperfamis applicentur, et ornentur, monumentaque quæ ante pro in fronte prædictarum Cellarum pro venerabili memoria ipsarum lateant, etiam cuilibet loci substituantur, ut dicti SS memoriæ semper

Concerventur: et praecipitur Cuilibet Conventui prompta executio hujus tam pij, ac debiti Statuti.=

18 Pro PP. bus, qui munus Redemptoris, aut Procuratoris Generalis Romanae Curiae exercuerint, in quolibet Conventu utriusque Provinciae, praeter Communia Suffragia, una Missa solemnis cum sua Vigilia, et Responsorio Canatur: et declaratur tale suffragium debere fieri, etiam si suffragia, Conventualis aut superioris habeant; et Conceditur quod predicta Missa cum sua Vigilia, et Responsorio extendatur ad omnes Conventus Cujuscumque Provinciae pro PP. bus tantum qui sint, vel fuerint Procuratores Generales Romanae Curiae.=

19 Missa Votiva B. Mariae Virginis de Mercede quae omnibus Anni Sabatis primo mane post primam Canitur semper sit in altari eidem SS.mae Virgini Mariae sacrato. et declaratur quod predicta Missa semper debet Cani de Misterio Apparitionis ejusdem Beatae Virginis, cum duabus solis Commemorationibus, exceptis diebus Sabati Sancti, Vigiliae et festivitatis nativitatis Domini, et S. P. N. B. Petri Nolascho Juxta decretum Sacrae Congregationis sub die Undecima Julij Anni Millesimi Septingentesimi Undecimi. et praecipitur a toto Capitulo, quod festum B.mae Virginis Mariae de Mercede, Celebrandum sit in omnibus nostri ordinis Conventibus, tam fratrum, quam Monialium die Vigesima quarta Septembris, ut Religio cum ecclesia Conformetur. attamen praecipitur a toto Capitulo, quod Dominica prima Mensis Augusti fiat processio ejusdem Virginis Mariae, et pro gratiarum actione in memoriam tanti Beneficij Te deum laudamus Canatur. et declaratur quod in Vigilia B.mae Mariae Virginis de Mercede servetur Jejunium, sed absque Disciplina. Qui autem festivus dies, si in secunda, vel quarta feria inciderit, sit ab abstinentia a Carnibus exemptus.=

20 Statuitur, quod si Occurrat festum majoris Solemnitatis, quod a populo servetur, semper eadem Missa propria de Apparitione Canatur; et tunc non debet omitti Missa Conventualis

hora Competenti, nisi tale festum sit de aliquo misterio Beatæ Vir-
ginis, quia tunc prædicta Missa primo mane omittitur, cujus loco su-
fficiat, et supplebit Missa Conventualis, quæ de misterio occurrenti hora
tercia debet cani, juxta Ritum ab ecclesia determinatum. Si autem
Recitetur in choro de aliquo officio dotivo, vel infra octavam, aut fe-
sto quibus Beatæ Virginis, quod non servetur a populo, prædicta Missa quæ
primo mane est Canenda, sit de officio post dictam terciam. et de-
claratur, quod quando juxta prædicta occurrat dicæ Missæ Sabato Canen-
dæ, post secundam horam orationis mentalis, dicatur prima, et im-
mediate missa apparitionis canatur ut dictum est. =

Statuitur, quod in
21 ~~morte Cujuscumque Diffinitoris actualis~~ Conventibus nostrarum monialium
ubi tres Religiosæ professæ Choro Deputatæ, et sanguine Carnei humanæ sint,
vel fuerint, minus Antiqua illarum Vocem activam non habeat in
electionibus, nec in aliis determinationibus Communitatis, donec deficiat
aliqua ex Antiquioribus =

22 Statuitur, quod dies Sancti Patris Nostri Petri nolascho
quocumque tempore, illa die occurrat, non jejunetur, nisi aliqui sit jejunium
de precepto: similiter non servetur abstinentia nisi occurrat feria sexta,
vel Sabato =

23 Statuitur quod in morte Cujuscumque Diffinitoris actualis, vel alterius
a Juridictione ordinaria Exemptus, si Præsens sit Pater Provincialis, quicum
Provinciæ, adsociatus Cum Commendatore Domus, vel ejus Præsidente
Provinciæ, adsociatus Cum Commendatore Domus, vel ejus Præsidente
dicatur Cellam Defuncti, antiquæ ex illa aliquis extrahatur, et quod ad usum
Conventui habantur; quæ vero ad officium
communem pertinent, Conventui habantur; quæ vero ad officium
scilicet literas, Causas, Scripturas, Sigillum, et alia similia Pater Provin-
cialis accipiat. Si autem absens Pater Provincialis fuerit, tunc
Commendator, vel ejus Præses Cum duobus Diffinitoribus, et iis deficientibus
duobus ex dignioribus domus, prædicta exequatur. et tercio declara-
tur, et Statuitur a toto Capitulo Generali, quod similiter observa-
vetur in morte Cujuscumque Religiosi, præcipiendo quod Pater Commendator domus
vel ejus Præses, non possit ingredi Cellam defuncti, nisi adsociatus a duobus Patribus
Conciliariis Conventus =

fol.

Statuta
Vim Constitutionis Habentia, quæ ad Secundam distinctionem Pertinent
Distinctio ~~~ Secunda

1 Ad observantiam Bullarum SS.mi Domini Nostri Urbani Octavi, et Alexandri Septimi, quibus ad duo tantum Triennia permittitur, aliquem Eligi ad Officia Commendatoris, aut Procuratoris Generalis Provinciæ, facta est à Sex Capitulis Generalibus Uniformis Declaratio: quod qui quatuor annos Continuos In duobus triennijs, Vel Unum tantum Completum In Uno triennio, et totum In mediate Sequenti triennium, prædicta Exercuit officia, In sequenti Capitulo non possit Reeligi ad aliquod ex Relatis officijs, nec ad officium Diffinitoris, nec Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ: qui autem Intra annum ante Capitulum fuit Electus, licet In tali Capitulo Suffragium ferat poterit Reeligi In duobus Capitulis Sequentibus, ad duo Integra triennia, quia illam parvam temporis quantitatem, pro nihilo ad triennij Computum Reputamus. Ab eo novo declaratur quod qui cumque Cum dispensatione, usque ad nonum Annum, talia officia Suffragativa functus fuerit, non possit eligi ad aliquod ex Relatis officijs, nisi per triennium Integrum Immediatum ab officio Vacaverit. =

2 Electio Diffinitorum In Capitulo Provinciali non fiat per schedulas quatuor nominibus Conjunctis In Capsulam missas, sed pro quolibet diffinitore eligendo a Capitularibus Sumantur =

3 De Vicarijs sint Inhabiles ad officia Vicarij Generalis, Provincialis

aut Vicarij, vel Præsidis Provincialis, et Diffinitoris, qui cursum philosophiæ, et theologiæ, vel Sacrorum Canonum per sex annos integros non compleverint. =

4 In electionibus quæ fiunt in Capitulis Conventualibus per Vota Secreta, nullus in Sacris Ordinibus non Constitutus, suffragium ferat. =

5 Nullus possit eligi ad officium Procuratoris Generalis per duo Continuata triennia, nec Procurator Generalis Romanæ Curiæ Reeligi possit ad idem ministerium, nec in toto sequenti triennio ad aliud suffragativum officium, pertinens ad Capitulum Provinciale, nisi ad Generalatum, vel Provincialatum Accendat. =

6 In nostro Romano hospitio semper sint Clavigeri, et Procuratores Domus per Vota secreta Canonice electi; et quantum ad Orationem mentalem, officium de vinum, et horarium Cantum, Cæteros actus in communi exercentes, ad literam in prædicto hospitio servetur, quod in paragrafo de Regimine Collegiorum, in hoc, et in aliis Capitulis Generalibus decretum est. =

7 Procurator Generalis Romanæ Curiæ impedimento legitimo non adstrictus, ad Capitulum Generale Venire teneatur; nec non præcipimus Rationem dati, et Accepti Reddere, tam Visitatoribus, quam Capitulo Generali, nominibus Clavigerorum firmatam; quod si personaliter ad Capitulum Venire non possit, eamdem Rationem dati, et Accepti ad idem Capitulum debet mittere. =

8 Si P. Noster Vicarius Generalis, tempore Celebrationis Capituli Generalis, infirmitate, vel alio legitimo impedimento adstringatur, ita quod personaliter in prædicto Capitulo præsidere non possit; Jus, et potestatem liberam habeat ad nominandum per se ejusdem Capituli Generalis Præsidem, qui eamdem Vocem, et Sedem habeat in Omnibus ejusdem Capituli Generalis Operationibus, ac si ibem P. Vicarius Generalis personaliter ibi adesset; ad eum modum, quod decernitur de Capitulo Provinciali

In Antiqua Constitutione Capite 6 Dictum. 2. quod si ex tali in firmitate qua praedictus R. N. Vicarius Generalis impeditus fuit Capitulo assistere, Contingat mori, tunc talis Prior ab ipso nominatus in suo munere perseveret, tam in sede, quam in voce usque dum solvatur Capitulum Generale.=

9 Nulla Provincia de novo possit pro nunc erigi, aut dividi, sine Consensu expresso, vel Capituli Generalis, vel R.di N.ri Vicarii Generalis, et Voto duplicis ad minus Diffinitorii.=

10 RR. P.es qui Provinciales absoluti, vel vicarii Provinciales per Biennium fuerint, locum, et Sedem post Diffinitores actuales immediate habeant, et Ante Commendatores hospites; servata inter eos officii Prioritate, et non professionis Antelatione: et declaratur a toto Capitulo, quod electi Canonice in Capitulo, sive Apostolica institutione praecedant illos, qui ex gratia, tali exemptione fruuntur: praedictosque Omnes eximimus ab Officiis, quae assignantur in tabula Communi praeter officia sacandi, et Verrendi: et insuper de novo Conceditur eis, quod sint exempti a Jurisditione Ordinaria eodem modo, quod Diffinitores Actuales.

11 Redemptores actuales, et Procuratores Gen.el Provinciae Sedem habeant immediatam post Vicarium Conv.tus, servato inter eos Ordine Antiquitatis in professione. et Similiter Statuitur, et declaratur a toto Capitulo Generali in Compatibile esse Cum officio Redemptoris, et Scriptoris, 1 Chronologi aliquod officium Suffragativum, sive ad Capitulum Generale, sive Provinciale pertineat. et etiam ut Constitutio declaratur in Compatibile esse in uno eodemque subjecto officium Redemptoris, Cum officio Scriptoris, seu Chronologi Generalis.=

12 In omni electione Cujuslibet Vocalis, sive ad Generale, sive ad Provinciale Capitulum pertineat R. N.ri Vicarius Generalis teneatur Suffragari si in Conventu ubi fit electio

Repexiatur Præses; si autem abiit moneri debet a Provinciali de electione facienda: qui admonitus si non possit personali-ter assistere teneatur, (si non sit ei liberum) mittere, creare, seu nominare Præsidem dictæ electionis, qui eamdem vocem, sedem et propositionem intra Diffinitorium debet habere, ac si Rev.mus Vicarius Generalis assisteret. hæc autem nominatio semper fiat in persona alterius, qui sit extra Diffinitorium. etiam declaratur a toto Capitulo Generali, quod Rev.mus Vicarius Generalis, seu ejus Præses, debet suffragari, in electione Magistri no-vitiorum, sive intra, sive extra Capitulum fiat.=

13 In omni electio-ne extra Capitulum facienda, suffragium Provinciali debet con-currere, etiam si Rev.mus Vicarius Generalis, vel ejus Præses impedi-to electione suffragetur: observanda tamen est nova constitutio ad calcem inqua decernitur, quod in omni electione vacanti Diffinitorii, ipse Rev.mus V.us Generalis, vel ejus Præses, Provinciali, seu Vicarius Provincialis, et tres tantum Diffinitores debent con-currere.=

14 In compatibile est in eadem persona officium Com.rii aut Procuratoris Generalis cum officio Diffinitorii.=

15 Diffinitores actuales exempti sint a jurisdictione ordinaria Com.is ita quod P.ri Prov.lis sint immediate subjecti, qui etiam socios ad egrediendum eis asignabit; atamen in absentia Prov.lis, licentiam a Commen-datoribus petant, tam ad egrediendum a domo, quam ad cætera quæ regularitatem concernunt. et de novo statuitur a toto Capitulo Generali (quod P.P. Redemptores a jurisdictione ordinaria Com.is sint exempti) et etiam de novo conceditur P.P. Patribus Procura-toribus Generalibus suffragantibus in Capitulo Generali, quod ab officio Hebdomadarii, et missa ultima sint exempti; et P.P. Patribus Ex Generalibus de novo conceditur quod sint immediate subjecti ipsi P.

ojo
No es esta
clausula, la
ordenacion de los
PP. Redemp-
tores, la que
esta al ultimo
de este Cap.o

N.º Vicario Generali, et nulli alio, quibus etiam Conceditur facultas nominandi Religiosum aliquem obedientiæ, qui eis tam intra, quam extra Domum assistat. Ac declaratur quod nomine Commendatorum, non intelligantur eorum Vicarij =

16 Festum S.ti Michaelis Archangeli, quod juxta Ritum Ecclesiæ sub Ritu duplicis Majoris, et sine octaba Celebrare debemus, Cum ejusdem primæ Classis quoad Cantum Celebretur. Etiam declaratur quod etiam festum Omnium Sanctorum Ordinis nostri, Cum eadem solemnitate Canatur. Et denovo Statuitur quod in festo Nat. Doctoris Angelici S.ti Thomæ Aquinatis Te Deum Canatur tam in Collegijs quam in Conventibus, et quod in hac die pro sua Celebrent intentione =

17 In Aniversario Defunctorum Ordinis, officium integrum in choro Recitetur, non post matutinum Divini Officij, sed intra eamdem diei tempore a Prelato ordinario disponendo =

18 PP. ex Provinciales, et ex Vicarij Provinciales, ante Commendatores hospites sedeant. =

19 Si Præses Capituli Generalis a Patre Vicario Generali nominatus, Vel morte, Vel infirmitate, Vel alio accidenti prædicto Capitulo ad Cujus præsidentiam fuit nominatus, impediatur assistere, tunc si facilis est Recursus ad R. Rm. Vicarium Generalem, antiquior Capituli eum moneat ut de alio Præside sua potestate provideat; si vero tali Recursus moraliter est impossibilis, quin prædictum Capitulum Generale, notabilem temporis moram patiatur (ac declaratur quod notabilis mora illa intelligenda est, horam post primam Celebrationis Capituli). Statuimus, quod in Præsidentia Succedat Provincialis, vel Vicarius Provincialis illius provinciæ Cujus filius est Vicarius Generalis =

20 Officium Procuratoris Generalis Romanæ Curiæ, spiret ubi Sexennium impleverit, etiamsi ob infirmitatem

Vel aliud legitimum impedimentum non accedat ad Generale Capitulum, tunc enim vacante prædicto munere, succedere debet in præsidentia, et Regimine Nostri Hospicij frater antea a Patre Vicario Generali nominatus, qui alius sit a Procuratore vacante; cui Præsidi cæteri omnes obediant. ipse vero Præses in negotiis Ordinis non se intromittat, donec novus Procurator accedat. =

21 Statutum fuit, et admissum a toto Capitulo Generali Decretum felicis Recordationis SS.mi Domini Nostri Innocencij Papæ undecimi quod incipit: nuper pro parte etc. in quo prohibetur omnibus Nostri Ordinis Prelatis localibus pecunias capitales mutuo accipere, et Superioribus quibuscumque ad id consensum præbere, nisi servato+ quiquidem ordo Juris sic debet procedere, ut post petitionem expressam, et obfirmatam Majoris partis Conventus, accedat consensus Prælati Superioris, cum Diffinitorio, etiam specialibus literis obfirmatus; qui autem contra hoc, decretum aliquod, vel Bullam ausus fuerit impetrare subjaceat pennis contentis in Jure contra alienantes bona Ecclesiæ. = Juris ordine

22 Si Prælatus tempore Capituli pecunias, quas mutuo acceperit, non solverit maneat privatus voce activa et passiva per sex annos. et etiam statuitur a toto Capitulo, quod Præsidens Nostri Romani Hospicij, non posit aliquo Censu, vel Censibus prædictum hospicium gravare, nisi servato Juris ordine quod in præsenti Constitutione declaratur. et casu, quo prædictus Præsidens super hoc a Sacra Congregatione dispensationem aliquam impetrare tentaverit, tunc Capitulum Generale omnibus Religiosis in prædicto nostro hospicio existentibus, in communi, et unicuique seorsim, facultatem præbet, ut a quibus eamdem Sacram Congregationem proclament. et simili modo præcipitur, quod P. N. Vicarius Generalis+ attentatu nostro etiam præveant = de Italia tentare

Diffinitores habituales ab officiis Diaconi, et Subdiaconi sint exempti; ex
23 Diffinitores autem qui quinquaginta annos attingerint, etiam ab Officiis
Hebdomadarii, et Missae ultimae sint exempti; et quoad declaratur, quod exi-
piantur ab officio Cantoris, nec non praecipitur Commendatoribus, ut
nullatenus eos mittant ad missas extra domos nostras Celebrandas cuju
cumque aetatis sint. et etiam statuitur quoad quod eisdem privilegiis gau-
deant ex Diffinitores Suffragantes in Capitulo Generali cujuscumque eta-
tis sint. et declaratur a toto Capitulo Generali, quod ex Diffinitores,
qui per Biennium Completum officio Diffinitorii non fuerint fun
cti, non gaudeant privilegiis, et exemptionibus ex Diffinitoribus Conce
ssis =

24 A toto pleno Capitulo declaratur, quod Clausula Constitutionis nostrae,
qua praecipitur, quod Rmus. Generalis ex toto Corpore Religionis eligatur,
sit ad praxim deinceps debet Reduci, ut inter tres Provincias quae
modo stant (et praedicti Corporis equalia sunt membra) alternati-
va successio in Vicariatu Generali servetur, ita quod nullus ex Prova.
Cujus filius ~~otro~~ hoc, et in antecedenti Capitulo assumptus fuit ad dig
nitatem Religionis supremam, in sequenti assumi possit ad illam

25 Declaratur tamen, quod si decursu temporis ali
qua Provinciarum dividatur in duas, vel plures non ideo debent augeri
alternationes; sed semper Restringendae sint ad tres Provincias modo
stantes; ita quod unus Generalis tantum ad Castellas, alius ad Bethicas, et
alius ad Siculas, et alias elligibiles Provincias extendatur. =

26 De novo, et Primo sta
tuitur quod ut hanc alternationem cum equali honore, et fructu una
quaeque provincia possideat, Vacante quolibet modo possibili Vicariatu
Generali extra Capitulum, tunc Provincialis Provinciae ex qua assump
tus fuerat Vicarius Generalis, qui ab officio decessit, Convocet quatu
or Diffinitores, et Procuratorem Generalem, nec non ex Generales, et
ex Provinciales, et ex Vicarios Provinciales, qui fuerint per Bi
ennium Completum, quidem tantum Provinciae qui omnes

intra unius mensis spacium, et non ultra (vel quam primum fuerit
possibile) eligant Canonice Successorem Vicarij Generalis ex eadem
Provincia, qui universam Recollectionem Gubernet, integrumque
adimpleat Sexennium, a die electionis sui Predecessoris computandum,
et statim ac fuerit electus teneatur ilico confirmari: in qua Congre
gatione presideat Provincialis convocans quia in simili eventu Pas
sei Generalis Religionis constituitur a lege usque ad electionem fu
turam. =

27 Decernitur etiam, quod hac subsistente alternativa, et multitu
do Prelatorum vitetur, nullus Commissarius Generalis cum voce, et sede
in aliqua Provinciarum instituatur, sed P. Vicarius Generalis, in qua
libet Provincia ad quam personaliter accedere non potest, nominare
debet Visitatorem Generalem, ex Provincia visitanda, et non ex alia,
iuxta formam praescriptam in nostra Constitutione Dist. 2 Cap. 21

28 Conceditur tamen dicto Visitatori Generali,
sedes, et locus in omnibus Provinciis Conventibus, ante Commenda
tores hospites a die nominationis: similiter etiam stabilitum est,
quod P. N. Vicarius Generalis in Provincia, seu Provinciis, in quibus non
est facilis recursus ad ipsum, nominet per se Iudicem appelationis cau
sarum, qui suam Iudicaturam exerceant, cum eisdem Conjudi
cibus ad Iunctis, cum quibus P. Vic. Generalis in causarum appela
tione concurrit. quod totum iam vim Constitutionis obtinuit, quia
iam in precedentibus Capitulis Generalibus admissum fuit decre
tum Sacrae Congregationis Episcoporum, et Regularium, in quo de
cernitur: licuisse, et licere Datum Romae die 6 februarij anni
millesimi septingentesimi vigesimi secundi. et etiam decerni
tur, quod Iudex talis appelationis, qui semper debet esse Visitator, sit
liber a Iurisdictione Ordinaria tanquam, quod Secretarius ab ipso no
minatus =

29 PP. qui Vicariatu Generali functi fuerint, in omnibus
Capitulis Generalibus Ordinis, nec non in omni Capitulo Provinci
ali, seu Provinciis suffragium, et vocem habeant ad omnes electiones,

Ptera q. acta, quæ in prædictis Capitulis determinantur, verum ad electiones alias, quæ extra Capitulum solent occurrere, non suffragentur, nisi quando eorum voto pro absentibus subrogantur. =

Prædicti PP. ex Vicarij Generales, tam intra, quam extra Capitulum, ubicumque
30 concurrant, sedem, et locum ante omnes Diffinitores cujuscumque Provinciæ perpetuo servent, eamdemque præcedentiam, in sede, et loco declaratur in sua respectiva Provincia pro PP. ribus ex Provincialibus qui actualiter fuerint Diffinitores, respectu aliorum Diffinitorum, qui non fuerint Provinciales =

Nullus in Vicarium, seu Vice-Rec-
31 torem assumatur antequam trigesimum ætatis annum attingat.

Socius, seu Se-
32 cretarius Generalis Ordinis locum, et sedem habeat immediate post Procuratores Generales, et Redemptores, et ante cæteros Conventuales.

33 Deficiente per mortem vel aliud legitimum impedimentum, Præside Capituli Provincialis, et non sit facilis recursus ad P. Num. Rm. Generalem, præsideat indicto Capitulo P. Provincialis, vel Vicarius Provincialis, ne aliquam temporis moram patiatur.

34 Visitator tantum habeat Jurisdictionem in domo quam actualiter visitat, et intra præfixos dies suæ visitationis a Nris Constitutionibus taxatos, sedem, et locum obtineat, a die ingressus domus visitandæ, usque ad discessum ab ipsa; dummodo non excedat numerum viginti dierum. et declaratur, quod P. N. Rmus Generalis in unoquoque triennio semel tantum visitare teneatur.

35 Statuitur, quod Procurator Generalis Romanæ Curiæ locum, et sedem habeat in omnibus nostris Conventibus immediate post Commendatores hospites, et conceduntur ex Procuratoribus Generalibus Romanæ Curiæ privilegia, et exemptiones quibus gaudent ex Diffinitore quinquaginta annos habentes =

2 Constitutio. Statuitur, quod in Conventibus qui sunt Capita Provinciarum, scilicet Stæ Barbaræ Matritensis in Castella, Hispalensis in Bætica,

et Conceptionis Panormi in Sicilia. Restituantur, ut antea erant de
posita, seu Archivia Ordinis in Communi Provinciæ, et Domus, et in his
custodiantur Scripturæ, Breves, et Bullæ, et alia instrumenta, et nunq.
que. Depositum sit tribus clavibus clausum, hoc modo Dispositi: in Ar-
chivo, seu deposito Religionis, primam clavem habeat P. N. Vicarius Generalis,
seu ejus Præses, alteras duas habeant duo PP. Diffinitores Antiquiores.
de Archivo Provinciæ, primam clavem habeat P. Provincialis, duas ve-
ro Reliquas, alii duo PP. Diffinitores; et de Deposito Domus primam
clavem habeat Commendator et alteras duas Clavigerii, seu Depositarii. et præci
pitur, quod nullus Religiosorum possit a talibus Depositis Bullam, seu alia
instrumenta extrahere quin ibi obligationem Restituendi Relinquat
suo nomine obfirmatam.

3. Constitutio. Statuitur, et declaratur a to
to Capitulo Generali, quod si in nostra Religione inveniantur duo
hermani fratres, non possit esse unus eorum Provincialis, et alter Diffinitor,
seu Prelatus localis, et etiam præcipitur quod unus frater hermanus non
possit esse Commendator et alter ejus Vicarius, et hoc ipso intelligatur quando unus
eorum est Vicarius Generalis, alter non possit esse Provincialis.=

4. Constitutio.

Statuitur, et declaratur a toto Capitulo quod facultas in antecedentibus Ge
neralibus Capitulis, data Provincialibus, ut annuatim peterent a Conven
tibus suæ Provinciæ, portionem moderatam ad communes, et neces-
sarios sumptus Religionis, sic intelligi debet, quod tales portiones
solum deserviant ad conducendam Provinciam ad Capitulum
Generale, vel aliquam causam urgentem probono Religionis,
vel ad librorum impressionem; sed advertendum tamen venit, quod ta
les porciones ex Erario nullatenus extrahantur absque licencia ex
pressa P. Nostri Vicarii Generalis. et præcipitur sub precepto formali, s. ta obe
dientiæ Provinciali, et Diffinitorio, nec ad alios, præter numeratos
fines, tales portiones extrahant.

36 Quarto statuitur a toto Capitulo Generali
quod ex Diffinitores omnes exempti sint ab examine admodum quod eo

dicitur de Lectoribus in addicione de Capite 22 dist. 1ª parrafo Praelatis

De novo etiam praecipitur, et declaratur licere Superioribus mutare Religiosum, vel Religiosos extra tempus Visitationis de uno in alium Conventum =

31

Acta

Pro Uniformi Regimine Collegiorum

In Omnibus Nostri Ordinis Collegiis hae festa, seu horae Canonicae cum Cantu fiant: Vesperae Omnium festivitatum primae Classis quae servantur a populo: nec non Concepcionis purissimae, Sancti Patris Nostri Petri Nolasco, Sancti Joseph et Patronum Beatae Virginis Mariae de Mercede, et Sancti Michaelis Archangeli; Item Matutinum integrum Nativitatis Domini, Resurrectionis, et Pentecostes, et feria quinta in Caena Domini. In Matutinis autem Sancti Patris Nostri Petri Nolasco, et Sancti Joseph, Assumpcionis Beatissimae Virginis Mariae de Mercede, Sancti Michaelis Archangeli, Corporis Christi, Epiphaniae Domini, Concepcionis Purissimae Virginis Mariae, Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, invitatorium, te Deum, et Benedictus Canatur. et praecipitur idem debere fieri in die Ascensionis Domini. In festis autem secundae classis, quae a populo servantur, nec non cuiuslibet Sancti Ordinis Nostri, Presentacionis, et Visitacionis Beatae Virginis Mariae, te Deum tantum Canatur. prima etiam in Vigilia Nativitatis Domini, tercia in die Pentecostes, et nona in die Assencionis Domini cum Cantu fiant =

2 Missa Conventualis in Omnibus festivitatibus supra dictis inviolabiliter est Canenda, nec non feria quarta Cinerum, in Omnibus quadragesimae Dominicis, et in prima adventus, in Commemoratione Defunctorum tam Ecclesiae, quam Religionis, in Anniversariis Ordinis, et tandem Omnibus Anni Sabatis, Missa solemnis Beatae Virginis Mariae =

3 Omnes Lectores actuales teneantur assistere Omnibus Vesperis,

Matutini, et missi solemnibus festivitatum primæ Classis, necnon et missam B.tæ Virginis Mariæ in sabato, et ad omnia suffragia, quæ temporibus decentibus persolvuntur, atque etiam ad omnia Constitutionis anniversaria. Similiter debeant assistere Litaniis et salve quæ in sabato Cantatur, et ad in Communi Serviendum.

4 Pro quolibet theologorum Collegio tres Lectores assignentur a Provinciali, et tam ipsi, quam Lectores Artium doctrinam a D. Thoma traditam, doceant sub iis opinionibus, quæ Communiter dictantur in schola thomistica Dominicana, sub pœna privationis a lectura; Conclusiones autem, quæ in qualibet Hebdomada sustentantur, ab Hora septima usque ad nonam post Vesperum disputentur

5 In theologorum Collegiis, lectiones omnes sint Scholasticæ theologiæ, et quilibet Lector theologiæ teneatur mittere ad Diffinitorium in fine Cujuslibet Cursus, Materiam ac elaboratam, et Lectam, et eidem scriptoribus Ordinis Nostri præcipitur, ut a Diffinitoribus Revideantur: et præcipitur, quod nostra Constitutio Circa lectiones oppositioni ad Cathedras obtinendas, inviolabiliter observetur: et similiter, quod R.R. P.P. Provinciales assignent Lectoribus theologiæ, Materias quas in quolibet Cursu legere debent, et in Communi Bibliotheca reponantur, et serventur. =

6 Intra Adventum, et quadragesimam Collegiis, tantum concedatur Scholasticis in qualibet Hebdomada, una Vacationis dies, in qua Recreationis Causa, egrediantur ad Rusticandum, si tempus faveat, quod si intemperatum fuerit tempus, eadem Recreatio absque assistentia ad Orationem Mentalem intra domum permittatur. =

7 Scholasticus Conclusiones sustentaturus, per tres antecedentes dies, ab assistentia in choro sit exemptus, præter Orationem Mentalem, a qua solum excipitur hora Matutina diei immediate post prædictum exercicium, et hora Vespertina.

quidem dei Conclusionum. Lectori autem præsidenti, et Scholastico
Substentanti, portiuncula aliqua ultra Communem, attento præsen
ti labore ministretur.

Statuta
Vim Constitutionis habentia, Quæ ad Pro vinciam S.ti Raymundi Nonnati, Siciliæ tantum Pertinent

1 Provinciales Italiæ, Vel Siciliæ possunt pro suo libito Concio
natores mittere toto tempore quadragesimæ ad prædicationis
ministerium, etiam si in loco ubi sunt Concionaturi Conven
tus nostri Ordinis non sint, dum modo numquam sine socio mittantur

2 Lectores actuales, et præteriti aliique Reli
giositerati possint in publicis Conclusionibus argumentari.

3 Statuitur quod cum
sit in Contemptum Capituli Gen.lis Anni Millesimi Septingentesimi
Vigesimi noni, et expresse contra Nras Constitutiones, Ex Lectoribus
qui per novem Annos Suam exercuerint Lecturam gaudere pri
vilegijs Concessis Ex Diffinitoribus quinquaginta Annorum; His
non obstantibus a Capitulis Provincialibus Provinciæ Siculæ præ
dicta privilegia Lectoribus duodecim annorum Concessa, et admissa
fuisse: Nos præsenti Statuto Tollimus, et præcipimus Omnibus, et quibuscumque
Superioribus prædictæ Provinciæ Siculæ, ne amplius supra dicta privilegia
admittant, et admissa Radicitus Evellant

4 Provincia Sicula, seu Italica
ut æqualitas Servetur ab Omnibus, sit æqualis Cum cæteris in officijs,
et honoribus; ita ut ex ea assumatur Procurator Generalis Romanæ
curiæ, alternativa servata Cum alijs Provincijs.

Quando alternativa
5 Successio Officij V. Generalis pertinet ad Provinciam Siculam
debent assistere Capitulo Generali, Saltim tres Vocales ejusdem

Provinciæ, et si forsitan in itinere per mortem, vel aliud impedimen-
tum legitimum aliquis vocum eorum non posit accedere ad dictum Ca-
pitulum Generale, alij duo vocales, deferentes secum testimonium
certum faciens prædictum impedimentum, superant, ut supradic-
ta Provincia eligatur P. Vicarius Generalis. si vero prædicta
Provincia prædicto modo assistere nequeat, tunc electio fiat ex
Provincia Hispaniæ, cujus plius non est Vicarius Generalis Ex
Provincia Hispaniæ, cujus plius non est Vicarius Generalis ex
seni, servato tamen Jure Provinciæ Siculæ ad futurum in medio
re Capitulum=

6 P. Vicarius Generalis posit libere secretarium as-
sumere ex Provincia Sicula, nonobstante qualibet Constitutio-
one Contraria=

7 Conventus Manleani, et Episcopij in Sabinis
Recollectioni nræ aggregati, Patri Provinciali Siciliæ, seu
Italiæ traduntur regendi, sicut cæteri Conventus Provinciæ ejusdem.
et quia P.r Provincialis Provinciæ Siculæ, solitus est nominare
pe se solum Præsidem Provincialem pro Conventibus Italiæ præ-
dictis. declaratum fuit a toto Capitulo, quod deinceps non posit
a P.e Provinciali Siciliæ fieri nominatio talis præsidis Pro-
vincialis; et præcipitur Provinciali pro tempore existenti, ut
per se, vel per suum Visitatorem, tales Conventus visitare tene-
atur, ut præcipitur in nra Constitutione, itaut, finita Visitatione Juris-
dictio, et Officium Visitatoris expiret=

8 Pro Patribus Electoribus Pro-
vinciæ Siculæ, qui in Capitulo Generali suffragati sunt, vel fuerint,
præter ea suffragia quæ in morte ex Constitutione ipsi debentur ap-
licari, quælibet Conventus prædictæ Provinciæ teneatur tres mi-
ssas privatas offerre=

9 Electores Provinciæ Siculæ accedentes ad Ca-
pitulum Generale, cujuscumque ætatis sint, gaudeant privilegiis,
et exemptionibus, quæ conceduntur Diffinitoribus habitualibus

quinquaginta etatis annos attingentibus, propter ingentem laborem itineris

Conclusio Capituli

Tandem ex votis decisivis Presentis Capituli fuit designatum ad celebrationem sequentis Capituli Generalis, anni millesimi septingentesimi quinquagesimi tercii, Collegium Sancte Cecilie oppidi de Ribas in Provincia Sancti Josephi, vigilia Penthecostes, Nris, annuente voto, Excmo Domino Duce Methine Sidonie, ad quem designatio Domus Capitularis spectat, ex iure Patronatus totius Nre Recolectionis.

Commitia hec Generalia Supremo auxiliante numine, finem feliciter attigerunt in honorem ejusdem Dei Optimi Maximi, nec non Beate Virginis de Mercede, ab omni labe originali culpe, in primo instanti sue animationis Preservate; Sancti Patris Parentis Nostri Petri Nolascho, omniumque Celestis Curie Sanctorum: Die vigessima quarta Maii anno a Virgineo Partu millessimo septingentessimo quadragesimo septimo. ab Apparitione Beate Marie Virginis ad fundationem Nri Ordinis anno quingentesimo trigessimo nono, et Nre Recolectionis oriente, sentessimo quadragessimo quarto. =

Patribus Exredemptoribus, qui suum munus exercuerint, concedantur excemptiones concesse Diffinitoribus habitualibus quinquaginta etatis annos atingentibus. = Esta Clausula es la que corresponde al folio 255. parrapho 15 =

Fr. Petrus Ma. à Jesu Vr. Genl. electus

Fr. Petrus ü Juntis[?] Preses Capituli

V. G. abertus[?]

fr. Joannes a Sto. Dominico Provlis. Betice =

Fr. Joannes à Nativitate ex V. Generalis

Fr. Fran.cus à S.to Marco Provlis Castelle

Fr. Barn.us a S.to Cyriaco Diff.or Ge.lis Betice

Fr. Didacus a S.to Laurentio Diff.r Gen.l

Fr. Paulus a D. Michaele Diff.r Gen.lis Fr. Fran.cus a S.to ... Diff. Gen.lis Betice

Fr. Lucas a Spiritu S.to Diff.r Generalis Castellæ Fr. Melchior a ... Diff. Gen. Castellæ

Fr. Michael a Divo ... Diffin.r Gen.lis Castellæ Fr. Isidorus a Divo Ignatio Diff. Generalis Castellæ

Fr. Rinaldus a S. Joanne Diff. Generalis Siciliæ Fr. Stephanus a Concep. Diff. Gen.lis Siciliæ

Fr. Nicolaus a Carmelo Diff.r Generalis Siciliæ Fr. Petrus Antonius a S.ma Trinitate Diff.r Gen.lis Siciliæ

Por M.do de N.ro P.e Pre.te Gen.l y deff.s

Fr. Josephus a Divo Michaele S.S.us Gen.lis Capituli

Posecion de Vic.º Gen.l de N. P. fr. Ramon M.ª de S.n Juan Bautista Prov.l de Sicilia por muerte de N. P. Gen.l fr. Pedro M.ª de Tersi.

En dies días de Marzo de mil setecientos cinquenta y tres estando en capitulo en este conv.to de S.ta Barbara de Madrid à las once de la mañana, y juntos en el oratorio del choro N. P. fr. Ramon María de S.n Juan Bautista Prov.l de Sicilia, y N. P. fr. Juan de la Natividad Ex sup.r Gen.l y Prov.l actual en esta de S.n J. fr. Joseph de las Castillas, los P. P. Diff.res Gen.les el P. Comm.or de la casa, y toda la Comm.d Yo el infrascripto Sec.º Gen.l de todo el orden por mandato de dh.º N. P. Prov.l de Sicilia hize saber la muerte de N. P. Gen.l fr. Pedro María de Tersi, q sucedió el día siete de dh.º mes, y año, y la necesidad q avía de q la Relig.on no careciese de cabeza q la governase, como tambien q n.ras S.tas constituciones previniendo este caso disponen de successor, q es el primer llamado el P. Prov.l de la Prov.a de donde era hixo el Superior Gen.l difunto, cuia disposicion de la ley leí à todo el capitulo de verbo ad verbum, y respecto de hallarse presente el referido N. P. fr. Ramon María de S.n Juan Bautista Prov.l de Sicilia de donde era hixo N. P. Gen.l difunto, lo reconocieron todos por Vicario Gen.l de toda la orden sin la mas leve contradiccion dandole todos la obediencia desde N. P. fr. Juan de la Natividad Ex Gen.l y Prov.l actual siguiendo el Prelado de la casa, los P. P. Diffinidores Gen.les y toda la communidad hasta el menos antiguo, por lo q quedo constituido Vicario Gen.l de la orden hasta el capitulo Gen.l inclusive q se à de celebrar en el conv.to de S.ta Cecilia del ... Illa de Rivas en día nueve de Junio de este año de mil setecientos cinquenta y tres. Y à maior abundamiento me confirmo à mi el infrascripto en el empleo de secretario Gen.l q coram omnibus acepte. Y de todo lo dh.º doi fee, fecho ut supra. &.ª —

fr. Barth.me de S.n Pedro
Sec.º Gen.l

Reconocimiento de la Prov.a de Andalucia, y de la Congregacion de Italia. —

La Prov.a de la Immaculada concep.on de Merc.os desc.os de Andalucia hizo reconocimiento absoluto, y sin condicion alguna de Vic.º Gen.l de toda la orden à N. P. fr. Ramon María de S.n Juan Bautista dandole la obediencia como à tal Vic.º Gen.l en carta su fecha en Sevilla à primero de Mayo de este año de mil setecientos cinquenta y tres. Este mismo reconocimiento à hecho dando la obediencia la congregacion de S.n Miguel en Italia por carta su fecha en Nemi en dies de Abril de este mismo año, y lo firmo de q doi fee. Madrid y Mayo nueve de mil setecientos cinquenta y tres. =

fr. Barth.me de S.n Pedro
Sec.º Gen.l

En nueve días del mes de Mayo de mil setecientos cinquenta
y tres llegó â este convto. de Sta. Barbara de Madrid la Prov.a de
Sn. Ramon del Reino de Sicilia, y el día siguiente diez de Mayo
mandó juntar en su celda â dhos. PP. Lectores N. P. Fr. Ramon
María de Sn. Juan Bauttista Prov.l de Sicilia, y Vic.o Gen.l de todo
el orden de merz.os descalzos Redemp.s de caut.s Xpnos. y de orden
de su Rev.a los requerí p.a q hiziesen reconocimiento de ca
beza de la Relig.on en la persona de dho. nro. P. Fr. Ramon, como
lo avian executado las demas Prov.as cuio reconocimien
to de Vic.o Gen.l hizieron con unanime contentimiento, y die
ron la obediencia como â su legitimo sup.or Gen.l todo por
ante mi de q doi fee. en dho. día mes, y año. &a.

Fr. Barthe. de Sn. Pedro
Sec.o Gen.l

En veinte y seis días del mes de Mayo de mil setecientos cinqu
enta y tres en el convto. de Sta. Barbara de esta villa y corte de
Madrid N. P. Fr. Ramon María de Sn. Juan Bauttista Prov.l de Sici
lia, y Vic.o Gen.l de todo el orden de merz.os descalzos Redemp.s de caut.s
Xpnos. convocó â la celda de su oficio â N. P. Fr. Juan de la Natividad
Rector sup.or Gen.l de todo el orden, y actual Prov.l de esta de Sn. Joseph
de las dos Castillas, y assi mismo â su Diffinitorio Gen.l y al
P. Fr. Joseph de Sn. Andres Prov.l de la purissima Concep.n en An
dalucía, y â su Diffinitorio Gen.l como tambien al Diffinitorio
Gen.l de la Prov.a de Sn. Ramon en el Reino de Sicilia, q todos se
hallaban en este dho. convento con el motivo del proximo Ca
pitulo Gen.l q debe celebrarse el día nueve de Junio de este
presente año de setec.tos cinq.ta y tres. Y no obstante q todas
las Prov.as han reconocido â su Rev.a cabeza de por si, como
consta de las partidas antecedentes, hizo presente

